**BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE ZARAGOZA**

SIGNATURA: I – 96

*Bernardo, San. Floretus, in quo flores omnium virtutum et detestationes... 1494.*

**Floretus in quo flores omnium virtutum et deteſtatio nes viciorum metrice continentur vna cum commento.**

N.º 21.460

UNIVERSIDAD Y PRO[illegible] BIBLIOTECA [illegible] GOZA

ESTE LIBRO ES
de la Libreria del Mone-
ſterio de S. Franciſco
de Çaragoça.

Nec q̄ lecturā cōmenti tā ſublimis tā q̄ ꝓfūde indaginis aggredi pſumā ſi lectu
a ra dici mereať tria ſeriati habeo ꝓponere. Primū diuinū iplorare auxiliū. Secū
dū ꝓteſtatōes idicere ꝓut q̄litas ſuppetit virīū. Tertiū cōmēti vtilitatū reſerare
cōnubiū. Quib' iuxta capacitatē mei ingenioli deductis ad littere accedā elucidatiōem.
Quantum ad primū in quo habeo diuinū implorare auxiliū: necdū in hac tenui q̄tuz ad me cōpilatione. verūetiā in cuiuſq̄ alterius operis valida inſtauratione ſm platonez in thimeo: ⁊ recitať ſm boetiū. 3. de cōſolatiōe. 9. In minimis quoq̄ reb' diuinū dz iplorari auxilium: q̄ pretermiſſo nullum rite fundatur exordium. Cuz ex nobis ſimus inſufficientes. 2. ad corint. 3°. nō q̄ ſufficientes ſumus aliq̄d a nobis quaſi ex nobis excogitare: ſed ſufficiētia noſtra a deo eſt. et Jo. 15. Sine me nihil poteſtiſ facere. Languēs animus in mari lugubriter nauigādo teterrimiſ agitatuſ fluctib' nequiens de ſe rerū ſublimium optatū attingere poculū ſm Boeciuz in. 5°. de cōſolatōne ad deū glorioſiſſimum: qui ſue virtutis necnō inenarrabilis potētie diffuſione cūcta diriglt ⁊ conſeruat in libro de intelligentiis. 20. c. humiliter hanelat ſuſprando tā q̄ ad ſingulare refugiū. cū quo omnia ſine quo nulla validū ſortiunť effectū ſm phm̄. 11. phic. prie et Ja. p°. Omne donū optimū ⁊ oē datū pfectum deſurſum eſt. vt mih i q̄ ſquamis ignorantie varijſq̄ facinoroſis irretitus maculis veluti temerarius autumo explanatiuā gloſam ſuper cōmendabilem textum floreti cōpilare accumulādo ea que in meditatiōe ſacrarum inſeruntur ſcripturaꝝ: intentū ad iniciandū adaperiat: ad mediandū cōfirmet. ad fi nemq̄ poptatū deducere cōcedat. Que lz non ſit digna ꝓuidentie veſtre: tm̄ ſi ſincero cordis ſcrinio recūdať ꝓculdubio nō deſiſtet fructum afferre q̄plurimum ergo ⁊c̄. Rex glīa cūctorū cui vis dans dona ſophie. Lecture ſue perluſtret corda reoꝝ. Te ſine ductore variet labor abſq̄ valore. Catholico more rogo tu glosetur honore. Preſens cōmētū mirū claudens documentū: Si bene cōtentū pinguatur corde ſtudentū. Ergo deus vere q̄ curas quēq̄ fouere. Lumie gloſantis illuſtres intima mētis. Et hoc q̄ ad primū. Venio ad ſecundum in quo habeo ꝓteſtatiōes inſerere propoſſe primitus ꝓteſtādo q̄ in execu



Omne floretus liber incipit ad bona cetus
a Semper eris tutus eius documenta ſecut'.
Hic liber extractus ex pluribus eſt vocitat'.
Recte floretus quia flos eſt inde receptus.
Et breuiter textus fragrat virtute repletus.
Collegi flores non omnes ſed meliores:
Quos in virgultis domini vidi bene cultis
Qui non marceſcunt ſeruando dandoq̄ creſcunt
Ergo dilecte valeas vt viuere recte
Multis proficere domino ſemperq̄ placere:
Suſcipe corde bono flor[illegible] hos quos tibi dono:
Tollent languores tribuent tibi ſemper honores.
Si bene dulcores flor[illegible] retines ⁊ odores
Summo cultore florum clemente datore
Dogma ſacre fidei ponit prius ordo libelli
Poſtea precepta ponuntur parte ſecunda
Tertia pars vere monſtrat peccata cauere
Inde docet quarta pars eccleſie ſacramenta.
Virtutes quinta mores docet ⁊ documenta
Concludit ſexta de morte ſuaq̄ ſequela.

tione pñtis lecture non intendo aliq̄d aſſerere qḋ ī aliquo videat a recto tramite xp̄iane
religionis deuiare ſeu audientiū quouiſmō pias aures offendere. Qḋ ſi ex ignorantia ī
aduertentia ue contigerit: quod abſit: ex nūc reuoco retracto annulo ⁊ habeo ꝓ nō dicto
me ſubmittens in dictis dicendiſq; correctioni necnon limpide determinationi omnium
⁊ ſingulorum quos inſtinctu charitatis volo habere exoratos: vt ſi quid reprehenſibile
minusue eleganter expoſitum perſpexerint ſublata prorſus inuidie falce dignētur in par
tem interpretari meliorem. Imputando hoc potius gloſantis ignorantie inaduerten
tie ue ꝗ̄ pertinaci malicie. ⁊ attento ꝙ in omnibus bene agere ⁊ in nullo deuiare potius
ſit diuinitatis ꝗ̄ humanitatis In. l. ij. §. ſed quia diuine. C. de ve. iur. enucle. Si autem
in preſenti compilatione aliquid rite deductum reperitur non mihi ſed diuine maieſtati
gratiarū actiones dignanter referant a qua omnis ſapientia affluenter emanat. Eccleſi.
primo. Prouer. ij. ⁊ Ja. primo. ⁊ hoc de ſecūdo. Uenio ad tertium in quo habeo vtilita-
tes huius libelli declarare commendabiles: quarum aliquas elucidabo Alias autem
textuali committam diſcurſui Prima enim vtilitas poteſt dici fundamentum gratie ⁊
glorie cum in hoc libello tractetur primitus de fide que eſt primus habitus virtutum nō
tempore ſed natura ſm̄ Al. in. v. libro ſui cōpendij. Ipſa enim eſt firma petra ſupra
quam alie fundantur virtutes ſine qua impoſſibile eſt placere deo ad Hebre. xi. ſine hoc
enim fundamento omne edificium ruinoſum vel nullum cum vbi fundamentum non ſit
ſuperedificari non poſſit. de Preſbite. non baptiſa. ca. veniens. ⁊. i. q. i. cap. cum paulus.
Alia vtilitas eſt ſalubris excitatio ad bonum ⁊ obſeruantia a malo. cum hic tractetur
de preceptis decalogi que quicunq; cuſtodierit non experietur quicꝗ̄ mali. Eccleſi. viij.
Qui cuſtodit preceptū nō experietur quicꝗ̄ mali. Alia vtilitas eſt inſtructio ad bene
viuendum. cum hic tractetur de virtutibus que ſunt qualitates mentis quib⁹ recte viuit
⁊ nemo male vtitur ſm̄ beatum Auguſtinum in libro de libero arbitrio. ⁊ ſm̄ philoſo. ij.
ethicorum. c. v. vbi dicitur. Uirtus eſt que habentē perficit ⁊ opus eius bonum reddit.
Ipſe enim virtutes diſponunt habentem ad melius ſm̄ Phm̄. vij. ⁊. ij. ethicorum. Per
ſcientiam em̄ huius libelli ortat quiſq; fidelis mala euitare ⁊ bona feruenti⁹ operari per
q̄ue ad vitam introducitur eternam. Ergo qui tenuerit ſcientiam preſentis cōmēti beat⁹.
Prouer. iij. Alie vtilitates in proſecutione littere manifeſtabūtur de quibus hic cauſa
breuitatis ſuperſedeo. Iſtis tribus pūctis taliter qualiter: vt premiſi: deductis venio ad
littere elucidationem in hunc qui ſequitur modum.

## Incipit liber nomine floretus a beato bernardo clareuallis

metrice accumulatus ex pluribus ſacre ſcripture voluminibus ad eruditio-
nem vniuſcuiuſq; in fide catholica In cuius tituli continuatione q̄ttuor tan
guntur cauſe. Cauſa materialis cum dicit floretus. i. flos recept⁹ ⁊ accumulat⁹ a plu-
ribus ſacre ſcripture voluminibus. Cauſa formalis eſt duplex ſcilicet forma tractan-
di ⁊ forma tractat⁹ ſicut in alijs tractatib⁹. ⁊ iſta tangitur cū dicit metrice. Cauſa effi-
ciens tangitur per hoc ꝙ dicit beatus Bernardus clareuallis. Cauſa finalis tangi
tur per hoc ꝙ dicit ad eruditionem vniuſcuiuſq; in fide catholica que eſt multiplex. vt in
alijs libris iſtud patet ſatis omni ſcientifico. Notanter enim intitulatur floretus qꝛ
vt premiſi iuxta litteram flos ex pluribus voluminibus ſacre ſcripture receptus. vel intitu
latur floretus quaſi flos aptus ex parte ſui producere ſaltē inſtrumentaliter vnumquēq;
ad fructum incomparabilem ſcilicet vitam eternā. Et recte floretus propter tria que flori
videntur competere: que ſunt lata odorū perfuſio: fructus preuiatio: ꝑfulgens cōpoſitio.
Latus enim eſt ſcientie huius cōmenti ambitus cum per vniuerſum orbem a cunctis or-
thodoxis obſeruari nullatenus ābigatur. Cui niſi quiſq; firmiter adheſerit ad vitā eter-
nam peruenire non valebit. Secundum eſt fructus preuiatio. illa enim viſio beatifica eſt
fructus ille ineſtimabilis quem preuiat hic flos imarceſſibilis q̄ eſt ſcientia hui⁹ cōmen
ti. Tertium quod flori competere dignoſcitur: eſt prefulgens compoſitio. compilatio em̄
preſentis libelli prefulgens eſt varijs dogmatum coloribus. quibus veluti margaritis de



coratur precioſiſſimis. ergo floretus recte eſt vocitatus que fuerunt verba veſtris coram
conſpectibus per me a principio propoſita que ꝗ̄uis rudi ſtilo contexta; dignemini gra-
tenter ſupportare ſi placet. Nomine floretus ⁊c. Diuiſio littere eſt plana. Conſtructio
nem littere ⁊ gloſam interlinearem remitto ꝑcie lectorum cauſa euitandi faſtidium plu-
ribus nimis inſtando.

Credere debemus qui chriſti nomen habemus:
Doctrinam chriſti: quia nemo ſecus placet iſti:
Nec poterit fieri ſaluus nec ſanctus haberi:
Dicit enim chriſtus ad celum mox rediturus:
Qui batizatus fuerit valet eſſe beatus:
Si bene crediderit aliter ſine fine peribit:
Ergo cōſtanter credas ac indubitanter:
Que docet eccleſia romana petra ſolidata.

Ste titulus vſq; ad titulum ſequentē diuiditur prima ſui diuiſione in duas par
tes. In prima parte docet neceſſitatem ⁊ modum credendi. In ſecunda parte
determinat de ſingulis credendis. prima in principio. ſecunda ibi. Articuli fidei.
Iterum prima pars diuiditur in tres. In prima determinat de duodeci articulis fidei
habendo reſpectum ad eorum compoſitores qui fuerunt duodecim apoſtoli. In ſecūda
parte determinat de nouē articulis habendo reſpectum ad illa que radicaliter tenent cre-
dere. In tertia parte epilogat docendo circunlocutiue quid ſit fides. prima in principio
ſecunda ibi ſed tamē hic aliqui. tertia ibi hec eſt catholica. Itē prima pars diuiditur
in tres. In prima facit quod dictū eſt. In ſecunda aſſignat differentiā inter latriā ⁊ duliā
In tertia docet effectum fidei. prima hec eſt catholica. ſecunda ſolus adorādus. tertia ba
fides ſaluat cū ſuis annexis illa eſt diuiſio preſentis tituli ſub breuibus. Prima pars
continet duo membra. primū de neceſſitate credendi. ſecundū de mō credendi. ſecundum
membrū ibi Ergo conſtanter credas que docet eccleſia. Quo ad primū membrum qḋ
eſt de neceſſitate fidei. probo tali rōe. Illud eſt neceſſarium ſine quo nullus poteſt pue-
nire ad finem ad quē tendit ⁊ ordinat. fides eſt huiuſmodi. ergo maior eſt de ſe manifeſta
⁊ minor probatur pluribus auctoritatibus. primo auctoritate Anaſtaſij in ſuo ſymbolo
o. Hec eſt fides catholica quam niſi quiſq; fideliter firmiterq; crediderit ſaluus eſſe
nō poterit ⁊c. qḋ tāgitur in littera actoris quando dicit. nec poterit fieri ſaluus ⁊c. Et ad
hebreos. xi. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. quod tangitur in littera acto. quando
dicit quia nemo ſecus placet iſti. ⁊ Johan. tertio. Niſi quis renat⁹ fuerit denuo nō pōt
videre regnum dei. qui em̄ crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſaluus erit. qui vero non credide
rit condempnabitur. Marci. 16. quod tangitur in littera actoris quando dicit. qui bapti
zatus fuerit valet eſſe beatus. ergo apparet euidenter ꝙ deſideranti ꝑuenire ad finē ꝑop-
tatum qui eſt illa fruitio beatifica in qua quieſcunt anime ſanctorum neceſſariū ſit catho-
lica fide ſtabiliri. Quantum ad ſecundum membrum quod eſt de modo credendi. Eſt
notandum ꝙ credere articulos fidei explicite non eſt de generali fidei neceſſitate. niſi illis
qui aſſumunt officium predicandi ⁊ docendi. Ad cuius confirmatiōē precipit Deut.
27. Illis qui debebant legere ⁊ docere ꝙ lex lucide ⁊ aperte ſcribatur ſuper lapides qui
lapides ſm̄ gloſam ſunt layci ⁊ ſimplices. Credere autem implicite omnes articulos
non ſufficit ad ſalutem hōis qui ratione vtuntur. Credere autem quoſdam implicite ⁊
quoſdam explicite eſt fidei neceſſarie ad ſalutem. ad illos enim tenentur ratione vtentes
explicite credendos. quos eccleſiaſticus vſus manifeſtat ſicut eſt de vnitate ⁊ trinitate ꝑ-
ſonarum quem poſſunt noſcere ex ipſo actu ꝯſignationis. ſcilꝫ In nomine patris ⁊ filij et

ſpiritusſancti. Sic etiā de incarnatione.natiuitate.paſſione.reſurrectione.ꝛ peccatorū
remiſſione.quos recognoſcere poſſunt ex ſolennitatibus quas eccleſia celebrat.necnō ex
actibus ſacerdotum. nec in iſtis ingnorantia excuſat.quia talis ignorantia nō pōt eſſe ſi
ne negligentia vel contemptu vel vtroqꝫ. Alios autem articulos non ita manifeſtos te
nentur credere implicite ſicut credit ſancta mater eccleſia Romana petra ſolidata.i.cla-
ue nō errante. Ita ꝙ in nullo in particulari diſcrepent in.c.firmiter credimus.de ſumma
trinitate ꝛ fide catholica. Unde gloſa ſuper illud Iohā.ſexto. Colligite que ſuperaue
runt fragmenta dicit fragmenta ſunt ſecreta miſteria;que populus cōmunis nō poteſt ca
pere. Et hec ſm Bonauen.in tertio ſententia.hoc ſatis tangit actor noſter in littera ſua
per hoc qđ dicit que docet eccleſia petra ſolidata. petra enim dicitur chriſtus primo ad
Corinthios decimo. Petra autem erat chriſtus.

Sequitur textus.

Articuli fidei bis ſex ſunt corde tenendi:
Quos chriſti ſocii docuerunt pneumate pleni,
Credo deum patrem petrus inquit cuncta creantem.
Andreas dixit ego credo deum fore chriſtum.
Conceptum natum iacobus: paſſumqꝫ iohannes.
Infera philipus fregit: thomas ꝙ reuixit.
Scandit bartholomeus: veniet cenſere matheus.
Pneuma minor iacobus. ſymon peccata remittit
Reſtituit iudas carnem. vitamqꝫ mathias

In qua parte actor noſter determinat de ſingulis articulis fidei habendo reſpe-
2. ctū ad eorum compoſitores qui fuerunt duodecim apoſtoli.d.ꝙ iſto reſpectu ſunt duo-
decim articuli prout conſtat in eorūdem apoſtolorum ſymbolo. Credo in deū patrem
omnipotentē ꝛc̄. horum duodecim articulorum figura habetur Ioſue.x.ꝛ Apocalip.xij.
Ioſue decimo habetur ꝙ duodecim viri per quos figurantur duodecim apoſtoli porta-
uerūt de medio Iordanis alueo.id eſt de media ſcripture ſacre. Profunditate vbi ſtete-
rūt pedes ſacerdotū.i.affectiones ſanctorum patrum.duodeciꝫ lapides duriſſimos per
quos figurātur duodecim partes ſymboli que ſunt firme ꝛ imutabiles ꝛ poſuerunt in lo
co vbi caſtrametati ſunt.id eſt in eccleſia que eſt vt caſtrorum acies ordinata Can. ſexto:
vt fideles reſiſtāt dyabolo fortes in fide prime Petri.v. Vigilate quia aduerſari⁹ veſter
dyabolus tanꝙ leo rugiens circuit querens quem deuoret.ꝛ ſequitur remedium quādo
dicitur cui reſiſtite fortes in fide ꝛc̄. Apoca.xij.habetur ꝙ mulier amicta ſole ꝛ luna ſub
pedib⁹ ei⁹ habebat coronā duodecim ſtellarum. Mulier illa eſt eccleſia que eſt amicta ſo
le.id eſt fulgida diuinitate.x. Malach.ſecundo. Orictur nobis timentibus deum ſol iu-
ſticie. Corona dicitur fides in qua micāt duodecim ſtelle.i.duodecim articuli fidei qui di
cuntur ſtelle eo ꝙ illuminant obſcuritatem mentis.

Anteꝙ aggrediar ſingulorū articulorū declaratōeꝫ intendo
reſerare quid ſit ſymbolum.quid articulus.que ſint cauſe ſymboli contentorum uc in eo
ꝛ que ſint antecedentia fidem ſequentia ꝛ concurrentia cum fide 3 Quantum ad
primum eſt notandum ꝙ ſymbolum eſt omnium apoſtolorum ſimul vna ſententia. ꝛ di
citur a ſym quod eſt ſimul ꝛ bole ſententia quaſi pervnicam apoſtolorum ſententiam cō
ſtitutum ꝛ totum a quolibet approbatum ſm Bonauen. Quantum ad ſecundum ē
notandum ꝙ articulus eſt iudicialis veritas de deo artans nos ad credendum. Quan
tum ad tertium eſt notandum ꝙ quadruplex cauſa reperitur iſtius ſymboli.materialis.ef
ficiens.formalis.ꝛ finalis. Materialis fuit illa veritas que deus eſt,ꝛ de deo. Unde



ſicut res viſa eſt materia viſionis ita credita veritas eſt materia fidei. de qua veritate
habet Iohannis decimoſeptimo. Sermo tuus veritas eſt.ꝛ eodē.viij. Si veritatem
dico vobis quare non creditis mihi. Cauſa efficiens fuit duplex principalis ꝛ ſecunda
ria. Principalis fuit ſpiritusſanctus Act.ſecundo ceperūt loqui prout ſpiritusſanctus da
bat eloqui illis. Cauſa efficiens ſecundaria fuerunt apoſtoli iuxta intitulationē ſym-
boli. Cauſa formalis fuit ꝛ eſt vnio cordium in veritate credita. Corda enim vnum
ſunt quando vni veritati eodem modo conſentiunt Unde actuū decimo. Multitudi
nis credentium erat cor vnum ꝛ anima vna. Cauſa finalis fuit inſtructio fidelium
in illis que debent credere 4 Quantū ad quartum eſt notandum ꝙ quedam ſunt
antecedentia ad fidem vt ea que ſunt de iure naturali que exprimuntur in decalogo.que
tenemur credere quia ſupponuntur a fide vt ꝙ tranſgreſſio cuiuſlibꝫ precepti ſit peccatū
mortale.quedam ſunt ſequentia fidē ꝛ iſta ſunt in duplici differentia: quia quedam ſunt
reducibilia ad articulos ſpecialiter ꝛ illa tenemur credere.vt deum eſſe vbiqꝫ quod redu-
citur ad primum articulum. Credo in deum patrem omnipotentem ꝛc̄. Alia ſunt
que non ſunt reducibilia ad articulos ſpecialiter ꝛ tamen tenemur ea credere cum ſint de
terminata ab eccleſia vel in ſacra ſcriptura vt antixp̄m eſſe venturum.tamen poteſt redu
ci ad iſtū articulum Eccleſiam catholicam.quia eccleſia catholica illud aſſerit eſſe verum.
Quedā ſunt concurrentia ſimul cum ipſa fide vt articuli 5 Nūc venio ad ſingu
lorum articulorum declarationem di.iuxta litterā actorum.ꝙ primus articulus eſt.
Credere in deum patrem omnipotentem creatorem celi ꝛ terre. Quem compoſuit
beatus Petrus de quo Iere.tertio Patrem vocabis me ꝛ poſt me ingredi nō ceſſabis:
per illum primum articulum. Credo in deum excluditur duplex error.ſcꝫ error gentilliuꝫ
qui non credunt in deum ſed in ydolum. Unde p̄s.ſimulacra gentium argentū ꝛ au
rum. Item excluditur error manicheorum.qui ponebāt duo principia ſiue duos deos.ſ. 6
deum lucis ꝛ deū tenebrarū.vnū dicūt principiū boni.aliū principiū mali.

Queritur cuꝫ tria ſint que appropriantur trib⁹ pſonis ſcilicet
potentia patri:ſapiētia filio: bonitas ſpirituiſancto.quare dicitur eſſe articulus illud qđ
appropriatur patri:ꝛ non illud quod appropriatur filio ꝛ ſpirituiſancto. non enim dici
tur filius ſapiens eſſe articulus nec ſpiritus bonus:ſed bene dicitur pater omnipotens.
Solutio ſapientia ꝛ bonitas nō dicuntur articuli eſſe:quia per appoſitos articulos
intelligunt.per incarnationem enim ꝛ paſſionem ſapientia oſtenditur, ſicut dicit Augu:
ſuper Iohā.prudentia eius deuicit dyabolum ꝛ ſuperbiam eius. Item in illo articu
lo Iudicare viuos ꝛ mortuos intelligit ſapientia. Nam ſapiens eſt iudicare. Item i
illis articulis Remiſſionem peccatorum carnis reſurrectionem vitam eternam intelligi-
tur ſumma bonitas Aliam cauſam remitto ſufficientiori. Cum deus non poſſit peccare
nec facere ſibi equalem ꝛc̄. Videtur ꝙ non mereatur dici omnipotens 7 Solutio
act⁹ culpabiles in deo nō cadūt vt peccare ꝛ ſimilia nec penales vt metuere dolere. Iteꝫ
actus incōuenientes non cadunt in deo. Pro quo eſt notandum ꝙ actus dicitur incon-
ueniens tripliciter.vno modo quia contradicit diuine potentie vt facere maiorem ſe vel
ſibi equalem. Secundo modo quia contradicit eius veritati.vt facere idē ſimꝰ eſſe et non
eſſe vel preteritum futurum. Tertio modo quia actus contradicit eius bonitati vt dāpna 8
re beatum Petrum ꝛ ſaluare Iudam ꝛ hoc ſm Al.in ſuo cōpen.ꝛ Bonauen.

Queritur de verbo augu.di.ꝙ credere i deū ē credēdo amare
credendo in eum ire credendo adherere credendo incorporari. Solutio quadruplex eſt
actus annexus fidei.ſm ꝙ iungitur charitati. Nam fides prout eſt iuncta charitati ordi-
nat ad amandum deum.ad faciendum bonum.ad ſuſtinendum malum.ad diligendum
proximum.quaſi dicat idem Auguſti. Credere i deum eſt credendo amare quantum ad
affectum credendo ire in eum.ꝙtum ad bonum opus credendo adherere. quantum ad
tollerendam,credendo incorporari membris,quantuꝫ ad dilectionem proximi ꝛ hoc ſm

Bonauenturā. Sequitur illud Creatorem celi ⁊ terre quod ſumitur a primo capitulo
Gen̄. vbi dicitur. In principio creauit deus celū ⁊ terram per celū intelligitur celum empi
reum ⁊ ſpūales creature que in ipſo continentur per terram intelliguntur oīa viſibilia.
Queritur an exiſtens in peccato mortali poſſit dicere credo ī deū
ſine peccato. ⁊ videtur ꝙ non per gloſam ſuper illud ad Romanos quarto. credenti in
eum vbi dicitur ꝙ credere in eum eſt in eum ire credendo ⁊ credendo amare quod idem
eſt ꝙ eſſe in charitate qḋ non competit exiſtenti in peccato mortali. Solutio ſicut exi
ſtens in ſupmo odio non peccat dicendo orationē dominicam quia non dicit eam in per
ſona ſua ſed in perſona eccleſie. Sic exiſtens in peccato mortali nō mentitur dicēdo cre
do in deum Similis reſponſio poteſt dari de malo paſtore. d. Ego ſum paſtor bonus.
Secundus articulus eſt de perſona filii ibi. Et in ieſum chriſtuz
filium eius vnicum dominum noſtrum. Quem compoſuit beatus Andreas. De quo
pſalmiſta pſalmo ſecundo. Filiꝰ meus es tu ego hodie genui te. Cuius articuli ſenſus eſt.
filium eius id eſt patris vnicum. id eſt vnigenitum in quo monſtratur ꝙ q̄uis filius proce
dat a patre ⁊ ſpirituſancto. tamen ſpirituſſanctꝰ non eſt filius q: non procedit p modum
gnātiōis ſ; ſpiratiōis. 10. Pro q̇ eſt notandū ꝙ duplex eſt emanatio in diuinis vna per
modū nature ⁊ hec eſt gnātio ſm quā filius eſt a patre Alia emanatio eſt per modum
voluntatis ⁊ hec dicitur proceſſio ſeu ſpiratio ſm quaz ſpirituſſanctus eſt a patre et filio
tanq̄ ab vno principio ⁊ dicitur illa emanatio per modum voluntatis. quia ſpirituſſan
ctus amor eſt ⁊ amor eſt ſm voluntatem ⁊c̄.
Tertius articulus eſt credere in conceptionez eius de ſpiritu ſcō
⁊ natiuitatem ex maria virgine ibi. Qui conceptus eſt de ſpirituſancto natus ex maria
virgine quem compoſuit Jacobus maior. De quo Yſa. ſeptimo. Ecce virgo concipiet ⁊
pariet filium ⁊ vocabitur nomen eius emanuel. Tamē Bonauentura ⁊ plures alij ſolen
nes doctores tenēt ꝙ concipi de ſpirituſancto ⁊ naſci ex maria virgine ſint duo articuli
Et l; dicatur conceptus de ſpirituſancto: non tamē dicitur filius ſpirituſſancti. cum illa
conceptio fuerit ſolū cooperatione ſpirituſſancti. vt habetur quarta diſtinc. tercij ſenten.
vbi dicitur ꝙ ſpirituſſanctus in inſtanti cumulauit in beata virgine. quod puriſſimū erat
in ea. Indeq; formauit corpus chriſti. ⁊ eodem inſtanti anima fuit infuſa vt tamcito eſſet
verus deus ⁊ verus homo. Non enim fuit infuſa anima circa quadrageſimam diem a
conceptione ſicut in alijs. imo filius dei hoīem viuū aſſumpſit per magiſtrū ſecūda diſt.
tercij ſenten. Et idem Auguſtinus in libro de fide ad Petrum. Unde Gregorius āgelo
annunciante ⁊ ſanctoſpiritu aduenienᴛe mox intra vterum verbum factum eſt caro 11
Pro quo eſt notandum ꝙ verbū caro factum eſt q̄nq; modis ſm carnem. quia ſm veri
tatem carnis. Yſaie quinquageſimotertio. preter carnem: quia preter operatiōem carna
lem. Mathei primo quod in ea natū eſt de ſpirituſancto eſt. ſupra carnem q: meritis no
ſtris non exigentibus ad Titū tertio. Non ex operibus iuſticie que fecimus nos. ſed ſm
ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Propter carnem quia ad ſeruandam carnē et hoc
q̄tum ad fideles efficienter licet q̄tum ad omnes etiam ſufficienter ideo vocatum eſt no
men eius ieſus. quia ſaluum facit populum ſuum Luce ſecundo. Contra carnem quia ad
maiorem dāpnationem infidelium Unde Johannis decimoquinto. Si non veniſſem
⁊ locutꝰ eis non fuiſſem peccatum non haberent. Unde Jeremie. xxxi. Nouum faciet
dominus ſuper terram. femina circundabit virum. Et ſi aliquis argueret contra illū
articulum. Natus ex maria virgine ſic Mathei primo habetur peperit filium ſuū primo
genitum. Sed primus dicitur reſpectu ſecundi. ergo Maria habuit alium filiū a xpo
12. Solutio. primum dicitur duobus modis. Uno modo per abnegationē prioꝝ ⁊ ſic
eſt ſenſus peperit filiū ſuū primogenitum anteq̄ nullum. i. ſolum vnicum. Aliomodo
dicitur primum reſpectu poſterioris ⁊ ſic eſt ſenſus peperit filium ſuum primogenitum. i.
poſtq̄ peperit alium. ⁊ ſic non intelligitur. 13



Queritur vtrū chriſtus verā carnē habuerit. Solutio. dicēdū eſt
ꝙ ſic iuxta illḋ lu. xxiiij. palpate ⁊ videte qm̄ ſpūs carnē ⁊ oſſa ñ hñt ſicut me videtis hēre
Queritur vtrum chriſtus aſſumpſerit animam rationalē cum
potentijs eiꝰ. Solutio. dicendū ē ꝙ ſic vt habetur in ſymbolo anaſtaſij vbi dr̄. Perfectꝰ
deus ⁊ pfectus homo ⁊c̄. ⁊ mathei. xxvi. habetur ꝙ dominus noſter dixit Triſtis eſt ani
ma mea vſq; ad mortem. Non enī eſſet perfectꝰ hō ſine anima rationali potentijſq; eius
Item ſi diuinitas fuiſſet ei loco anime non dixiſſet Triſtis eſt anima mea. Et ſi obi
ciatur illud Johannis primo. Verbum caro factum eſt. Reſpondetur ꝙ Johannes de
ſcripſit myſterium incarnationis ex parte carnis per ſynodochem. Quia natura carna
lis eſt nobis notior q̄ ſpiritualis. totum enim hominem aſſumpſit vt totum curaret ⁊ ſan
cificaret. in tertio ſenten. Unde Johannes Damaſce. omnia que in noſtra natura plan
tauit dei verbum aſſumpſit corpus ⁊ animam intellectualem ⁊c̄. Unde in conſilio Nice
no vnius ſubſtantie credimus deum patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritum ſanctum. non tamen di
cimus vt huius trinitatis vnitatem maria virgo genuerit: ſed tantum filium qui ſolus
naturam noſtram in vnitatem ſue perſone aſſumpſit. incarnationē quoq; huius filij dei
tota trinitas operatam eſſe credendum eſt ⁊c̄. Quia opera trinitatis indiuiſa ſunt ad
extra: quia quicquid vna perſona operatur ⁊ alia. exemplum habemus in tribus domi
cellis induentibus tertiam ipſarum veſtibus ſuis de quibus poteſt dici ꝙ quicquid facit
vna facit alia. Tamen vna ſola induitur. Sic ſolus filius incarnatur. 15. Pro quo eſt
notandum ꝙ opus incarnationis quandoq; attribuitur patri: vt ad Galathas. iiij. quan
do venit plenitudo temporis. Miſit dominus filiū ſuū. quandoq; attribuitur filio. Jo.
decimoſexto. Exiui a patre ⁊ veni in mundum. quandoq; attribuitur ſpirituiſancto: vt in
ſymbolo. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto ⁊c̄. Et hoc ideo dicitur quia opus incarna
tionis fuit maxime ſapientie potentie ⁊ bonitatis que tribus perſonis attribuuntur.
Nota tamen ſuper iſtud Exiui a patre ⁊ veni in mundū ꝙ nō debet intelligi loci mu
tatio: ſed nature humane aſſumptio. quia ipſius mitti non eſt eſſe vbi prius non fuit. S;
aliter ⁊ hoc rōe nature aſſumpte. vnde ſm philo. in tertio phiſicorum ⁊ ī quarto In loci 16
mutatione exigitur eſſe vbi prius non erat. modo ſic de filio dei non poteſt dici.
Queritur que fuit precipua cauſa incarnationis domini.
Solutio. reparatio humani generis fuit quia niſi ouem ſuam deus perdidiſſet de celo
ad terrā non deſcendiſſet. vnde Auguſtinus ſuper illud Johannis vndecimo. Ecce quē
amas infirmatur. Si peccatores deus non amaret de celo ad terram non deſcendiſſet
Et ſuper illud Mathei decimooctauo. Venit filius hominis ſaluare quod perierat. 17
Si homo non periſſet: filius hominis non veniſſet.
Queritur quare filius potius ſit incarnatus q̄ pater vel ſpiri
tusſanctus. Solutio. ſm Auguſtinum quia homo lapſus eſt appetendo dei ſimilitudi
nem ⁊ equalitatem que filio attribuuntur reſpectu patris ideo ſicut homo ſumpſit ab B
occaſionem lapſus ita debuit de congruitate ſumere reparationem ſm Bernardum. ſu
per illud Jone primo. Tollite me ⁊ mittite in mare ⁊ ceſſabit tempeſtas ⁊c̄. Alia cau
ſa quare filius potius incarnatus fuit: quia filius eſt verbum dei patris. Et ſicut ad intē
tionis manifeſtationem verbum intelligibile copulatur voci ſenſibili ſic ad diuinam re
uelationem verbum patris congruum fuit vniri carni. vnde Johannis decimoſeptimo.
Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus ⁊c̄. Alia cauſa quia conuenientius mittitur
qui eſt ab alio ſicut filius: q̄ qui eſt a nullo vt eſt pater in diuinis. Etiam ſi pater fuiſſet in
carnatus nulla perſona fuiſſet ſine principio. Alia cauſa quia ſi ſpirituſſanctus fuiſſet
incarnatus aut pater tunc eſſent duo filij. Alia cauſa q: medius inter perſonas debuit
eſſe mediator dei ⁊ hominum. quia ſm magiſtrum ſententiarum chriſtus ſm humanita
tem ⁊ non diuinitatem dicitur mediator inter nos ⁊ deum. vnde Auguſtinus. Media
torū mediatorē inter nos ⁊ deum mortē oportuit habere trāſeuntem ⁊ beatitudinē pma

nentem τ horum vtrumq; competit chriſto ſm humanam naturam. Alia cauſa quia ymago debuit per ymaginem reparari. Pro quo eſt notandum ꝙ triplex eſt ymago ſcʒ equalitatis vt filius. imitationis vt homo. repñtationis vt mūdus. vnde Gen. primo. Faciamus hominem ꝛc. Alia cauſa quia congruentius ſonat filium ſupplicare patri ꝙ aliam perſonam. Alia ratio quia deus pater per ipſum omnia fecit. Joh̄a. primo Et alibi. omnia in ſapientia feciſti id eſt in filio. τ ad Hebreos ſecundo. Decebat enim cū per quem omnia τ propter quem omnia qui multos filios in gloriaʒ adduxerat pro om̄ibus guſtaret mortem ideo congruentius erat vt per ipſum filium repararetur humanum genus. Itē vt q̄ filiꝰ erat in diuinitate eſſet filiꝰ in hūanitate. 18 Queritur q̄re incarnationē filij dei p̄ceſſit angelica annūciatio. Solutio. dicendū ꝙ īcarnationē debuit p̄cedere angelica annūciatio ſicut hoīs priuaricationē p̄ceſſit dyabolica tētatio vt ſic ordo reparationis correſpōdeat ordini preuaricationis: Unde ſicut dyabolus tētauit mulierē vt eā traheret ad dubitationem τ per dubitationem ad conſenſum. τ p̄ conſenſum ad lapſum ſic angelus nunciauit virgini vt nunciando excitaret ad fidem τ per fidem ad conſenſuʒ τ per conſenſum ad concipiendum dei filium per ſpiritūſanctuʒ. Alia cauſa poteſt eſſe quia beata virgo pro tunc erat in ſtatu viatricis τ angelus in ſtatu cōprehenſoris τ ideo pro tunc clarius cognoſcebat ꝙ beata virgo quia deum videbat facie ad faciem. Beata autem virgo per ſpeculū τ in enigmate. Et ponitur iſta pro ſolutione vnius rationis q̄ poſſet fieri talis deus vicinior erat cordi beate virginis ſm gratiam ꝙ angelice menti. ergo potius debuit tranſire illuminatio per beatam virginem ad angelum ꝙ econuerſo

Alia cauſa poteſt eſſe ſeu cōgruentie ratio: q2 incarnatio τ generis humani redēptio non tantum faciebant ad reparationem lapſus humani. verumetiam ad repationem angelice ruine. τ ideo angeli beati non debuerunt excludi i miniſterio incarnationis ī quo fuit ꝯcurſus āgeli ānūciātis virginis ꝯcipiētis τ verbi dei carnē aſſumentis. 19 Queritur q̄re xp̄s tm̄ diſtulit incarnari. Solutio. multiplex ē cā vna, ꝓpt manifeſtationē diuine iuſticie q̄ tātos clamores τ luctꝰ ſuſtinuit tāto tp̄e anteꝙ deſcenderet vt pctm̄ hois puniretur. Alia cā vt hō de lege ſcripta τ naturali cōuinceret τ ſic cōpto ꝙ nec ſic nec ſic ſaluari poterat cū oēs ad inferos deſcenderent conuictus cōfugeret ad diuinā gratiaʒ τ ſic efficatius curaretur quoniā morbus ſpiritualis non curatur efficaciter niſi cognitꝰ. Alia cauſa propter incarnationis beneficiū amplius commendandum: quia quod diutius deſideratur precioſius reputatur dum obtinetur. Alia cauſa vt ſicut primus hō fuit cōditus ſexta die ad totius mundi complementū ſic deus homo fieret in ſexta etate ad totius creature perfectionē 20 Per verbū eñ incarnatū facta eſt humani generis reparatio. non quia alite r ſaluari non poſſet homo: ſed q̄a nullus alius modus ita cōgruus fuit. Unde magiſter ſententiarum gratia tantū eſt aſſumpta illa anima τ illa caro a verbo dei. Et Auguſtinus. xiij. de trinitate. in rebus per tempus ortis illa ſumma gratia eſt ꝙ homo in vnitate perſone coniunctus eſt deo. τ idem auguſtinus ibidem de trinitate. poterat vtiq; deus aliunde hominem ſuſcipere in quo eſſet mediator dei τ hominum nō de genere illius ade qui peccato ſuo obligauit genus humanum ſicut ipſum quē prius creauerat non de genere alicuius creauit ergo de cōgruitate fuit ſic aſſumpta a filio dei humana natura. Cōgruebat ille modꝰ reparatori quoniam decebat oſtendere ſuam potentiam ſapientiam τ bonitatem. Quid enim potentius ꝙ coniungere duo extrema ſūme diſtantia. i. creatorem τ creaturam. magna enim fuit potentia in coniunctione diſpariuʒ elementorū maior in coniunctione illorū ad ſpiritum creatū. maxima in cōiunctione illorum omnium ad ſpiritum increatum vbi eſt maxima diſparitas. Quid vero ſapientiꝰ ꝙ quod ad perfectionem vniuerſi fieret coniunctio primi τ vltimi hoc eſt verbi dei qd̄ eſt oīm principiū humane nature que in operibus ſex dierum fuit vltima omniū creaturarū vt habetur Gen. primo: Quid enim beniuolentius ꝙ ꝙ creator omnium rerum cōmunīcare ſe voluit rebus creatis. Congruebat etiam ille modus ipſi reparabili quia homo ꝑ peccatum corruit in infirmitatem maliciaʒ τ ignorantiam per que ineptus factus eſt ad virtutem diuinā imitandā. ad veritatem cognoſcendā. τ ad bonitatem diligendam τ



ideo deus homo factus eſt per quod reddidit ſe homini imitabilem cognoſcibilē τ amabilem. Congruebat etiam ille modus reparationi noſtre quo dominus in forma ſerui ꝑticauit ſalutem ſerui. Congruebat enim ſimiliter quia ſicut preuaricator abſtulerat nobis deum reparator redderet nobis deum. Item vt prophetie adimplerentur. vnde Yſaie quinquageſimoſecundo. Ego ipſe qui loquebar ecce aſſum. abacuth ſecūdo capitulo. apparebit in fine τ non mentietur. Item ad vitandum inconueniens quia ſi dominus incarnari non potuit neſciuit vel noluit videntur enim in ipſo impotentia ignorantia vel inuidia quod abſit. Item alia cauſa incarnationis de congruitate poteſt eſſe vt tanta eſſet humilitas in redēptore ꝙta fuit ſuperbia ī preuaricatore quia tāta ſuperbia fuit ī homine vt vellet eſſe vt deus. tanta autem humilitas in deo vt vellet fieri homo. Et q̄a nō potuit humiliari in natura diuina aſſumpſit aliam naturam ſcilicet humanam. Item vt noſtrū amorem excitaret τ ſpem erigeret ſicut ī diuinitate vna eſt eſſentia τ tres ſunt pſone ita ī chriſto eſt ecōuerſo ſcilicet vna perſona τ tres eſſentie ſcʒ diuinitas anima τ caro hoc eſt eternum nouū τ antiquuʒ. diuinitas eſt eterna. anima noua. quia in aſſumptione creata: caro vero antiqua. quia ab adam propagata. Et chriſtus ſm naturā diuinitatis eſt genitus: ſm animam creatus. ſm carnē factus. 21 Itē eſt notandū ꝙ vnio fuit triplex in chriſto. ſ. diuinitatis ad animam τ econuerſo deitatis ad carnem τ anime ad carnem. due prime ſemper manſerunt: tertia ſeparata fuit in morte τ fuit hec vnio in vnitate perſone non humane nec diuine: ſed perſone filij. Pro quo eſt notandū ꝙ ad eſſe perſone triplex exigit diſtīctio. ſ. ſingularitas naturalꝭ. īcomunicabilitas τ excellētia. 22 Propter primū nullum vniuerſale eſt perſona. propter ſecundum anima non eſt perſona. propter tertiū chriſtus ſm ꝙ homo non eſt perſona. Itē eſt notandū ꝙ cōpoſitio proprie ē corporū coniunctio corporis τ anime vnio eſt diuine nature ad humanā. 23 Itē ē notandū ꝙ quinq; fuerunt ſtatus primi hominis τ de quolibet ſtatu accepit chriſtus aliq̄d Primus ſtatus fuit innoſcētie de q̄ accepit imunitatē pcti. Secūdꝰ ſtatꝰ fuit gr̄e de q̄ accepit plenitudiem gr̄e. Tertiꝰ fuit culpe de q̄ accepit recōpēſationē pene. Quartꝰ fuit penitētie de q̄ accepit panē doloris τ triſticie. Quintꝰ fuit glorie de quo accepit plenā fruitionē. 24 Et quia dicitur ī primo articulo Natus ex maria virgine Eſt notādū ꝙ triplex eſt chriſti natiuitas. diuina: hūana: τ gratuita. prima eſt ex patre. ſecūda ex matre. tertia ī mente fit. De patre naſcitur eternaliter. de matre temporaliter. in mēte ſpūalr ꝑ grām. Has tres natiuitates repñtat eccleſia in die natiuitatis chriſti in tribus miſſis. In prima q̄ dicitur in media nocte ꝛc. vide in capitulo de ſacramento eukariſtie. 25 Queritur vtrū aliqua pura creatura potuiſſet ſatiſfacere pro toto humano genere. Solutio. de duobꝰ cōſueuit fieri ſatiſfactio. ſ. de iniuria τ de dāpno. Iniuriā deo factā nulla creatura potuiſſʒ nec poſſʒ recōpēſare ob excellentiſſimā eius diuinitatē. De dāpno nullꝰ purꝰ hō potuiſſet nec poſſet ſatiſfacere quia non potuiſſet nec poſſet toti hūano generi explere nec ſimilr alia pura creatura poſſet dāpnū recōpēſare qd̄ ſi poſſʒ nō tm̄ ſatiſfaceret q2 ad illū ſpectat ſatiſfactio ad quē ſpectat trāſgreſſio ꝛc. 26 Queritur vtꝝ maior ꝯgruitas fit diuine nature adunione cū hūana ꝙ cū āgelica. Solutio. dicēdū ē ꝙſic. prio q2 hō magis īdigebat q2 totꝰ lapſus erat. Itē q2 āgelꝰ ſine medio ſuggerēte eleuatꝰ ī ſupbiā cecidit. hō aūt dyabolica ſuggeſtione corruit. Itē hō nō fuit obſtinatꝰ ſicut angeli mali ſʒ ſuā culpā cognouit pniaʒ egit. mō diuina mia nō deliberat eos q̄ nolūt penitere. vn̄ aug. q̄ creauit te ſine te n̄ iuſtificabit te ſine te. Itē dicit greg. ꝙ natura hūana cōicat cū oī creatura τ ſic omnis natura exaltatur dum in ſuo ſimili diuinitati vnitur. Itē quia qñ aliquis deuenit ad terminū vie ſue non poteſt deflecti ab illo fine cui inheſit ſiue ſit bonus ſiue ſit malꝰ. Finis autem vie hominis eſt mors ſua. finis autē angeli eſt terminus ſue electionis qua bono adheſit ſiue malo. Unde ſicut homines in bono vel in malo confirmantur poſt mortem: ita angeli poſt conuerſionem vel euerſionem. Unde eadem ratio obſtinationis inuenitur in hominibus dampnatis τ angelis peccantibus quia ſm Damaſcenum qd̄ eſt in angelis caſus hoc eſt in hoībus mors. Et ideo angeli caſus fuit irreparabilis ꝛc.

## Queritur quomodo intelligitur illud apoſtoli ad galatas

quarto. ⁊ Ephesios primo factum ſub lege quia dicitur in ſymbolo genitum non factum
Solutio Chriſtus ſm diuinam naturam eſt genitus non factus quia non eſt creatura
ſed ſm humanam naturam ita eſt genitus ꝙ factus faciente diuina virtute. Item
chriſtus non fuit ſub lege q̃tum ad cauſam ſicut illi qui nati ſunt ſub peccato nec ad mo-
tiuum ſicut illi qui timore ſeruiunt: ſed ſolum fuit ſub lege q̃tum ad obſeruantiam. aliter
tamen q̃ alij homines qui ſeruant legem propter obedientiam obligatoriam quia chri-
ſtus ſeruauit legem q̃tum ad obedientiam ſpontaneã propter exemplũ obedientie. 28

## Queritur vtrum xp̃us aſſumpſerit omnes defectus noſtros.

Solutio. Chriſtus erat miniſter iuſticie ſegregatꝰ a peccato ideo non ſumpſit defectꝰ
qui ſunt via ad culpam vt pronitas ad malum difficultas ad bonum ⁊ ſimilia ⁊c̃. Defe-
ctus vero naturales aſſumpſit vt famem. ſitim ⁊c̃. ſm compendium theologie cum pene
ſint exercitatiue virtutis perfecte ⁊ teſtificatiue humane nature nõ ſimulate aſſumpſit pe-
nalitates tam corporales q̃ ſpirituales que reſpiciunt naturam noſtram in communi ſi-
cut famem ⁊ ſitim in abſentia alimenti calorem frigus fatigationem ⁊ huiuſmodi nec ta-
men omnes defectus corporales aſſumpſit: vt egritudines multiformes: neq; omnes de-
fectus ſpirituales: ſicut ſunt peccatum ignorantia rebellio carnis ad ſpiritum ⁊c̃. Chriſtꝰ
enim ſic penalitates ſuſcepit voluntarie ⁊ nullomodo inuite. 26

## Queritur vtrum in chriſto fuerint defectus a natura vel a vo-

luntate. Solutio. Penalitates ſunt in nobis contracte ex concurſu duorum videlicet p-
pagationis nature ⁊ corporis concupiſcentie quorum neutrum fuit in chriſto. Et ideo
non fuerunt in chriſto defectus neceſſitate gñationis ſed voluntate diſpenſationis volun-
tate in quẽ diuina ꝯueniente voluntarie humana concomitante ⁊c̃. 30

## Quartus articulus eſt credere in eius paſſionem: ibi paſſus

ſub poncio pylato crucifixus mortuus ⁊ ſepultus. Quem compoſuit ſanctus Johãnes
euangeliſta. de quo Daniel. nono. poſt ebdomadas. lxij. occidetur chriſtus quẽ Judas
ſcarioth tradidit ⁊ poncius pylatus morti adiudicauit. Legitur enim de iuda in qua-
dam hyſtoria licet apocriffa ꝙ fuit quidã vir in iheruſalẽ nomine Ruben qui alio nomĩe
dictus eſt ſymeon de tribu iuda. vel ſm hieronymum de tribu yſachar qui habebat vxo-
rem nuncupatam ciboream. quadam ergo nocte cum ſibi debitum mutuo exſoluiſſent ci-
borea obdormiens ſompniũ vidit quod perterrita gemitibus ⁊ ſuſpirijs viro ſuo retulit
dicens. videbatur mihi ꝙ filium flagitioſiſſimum parerem qui totius gentis noſtre per-
ditionis cauſa exiſterer. Cui ruben nephariam inquit rem nec relatu dignam profaris ⁊
ſpiritu vt puto phitonico raperis. Cui illa ſi me concepiſſe ſenſero ⁊ filium peperero abſq;
dubio non ſpiritus phitonicus extitit ſed reuelatio certa fuit. Procedente igitur tempo-
re cum filium peperiſſet parentes plurimum timuerunt ⁊ quid de eo facerent cogitare ce-
perunt. Cumq; filium occidere abhorrerent nec vellent deſtructorem ſui generis enutrire
ipſum in fiſcella poſitum mari exponunt: quem marini fluctus ad inſulam que ſcarioth
dicitur protulerunt ⁊ ab illa inſula iudas ſcarioth appellatur. Regina autem loci illius
carens liberis ad littus maris cauſa ſpaciandi proceſſit: ⁊ fiſcellam a marinis fluctibus
iactari videns ipſam aperiri fecit. inueniensq; ibidem puerum elegantis forme ſuſpirans
ait. O ſi ſolacijs tante ſubleuarer ſobolis ne regni mei ſucceſſore priuarer. Puerum
igitur ſecreto nutiri fecit ⁊ ſe grauidam ſimulauit. tandem ſe filium peperiſſe mentitur ⁊
per totum regnum hec fama celebris diuulgatur. Princeps pro ſuſcepta prole vehe-
menter exultauit. ⁊ ingenti gaudio plebs letatur ipſumq; ſm magnificentiam regina edu-
cari fecit. Non poſt multum temporis regina de rege concepit ⁊ ſuo tẽpore filium pepit.
Cum autem pueri aliquantulum creuiſſent adinuicem ſepius colludebant. Et puerum re-
gium iudas crebris iniurijs moleſtabat ⁊ ad fletum ſepius prouocabat. Regina au-
tem hoc moleſte ferens ⁊ Judam ad ſe non pertinere ſciens ipſum crebrius verberabat.



ſed nec ſic a moleſtia pueri deſiſtebat. Tandem res panditur ⁊ Judas nõ regine filius
ſed inuentus fuiſſe aperitur. Quod iudas vt comperit vehementer erubuit ⁊ fratrem ſuũ
putatiuum regis filium occidit latenter ob hoc capitalem ſententiam timens cum tribu-
tarijs in Iheruſalẽ aufugit. ſeq; Pylati tunc preſidis obſequio mãcipauit. ⁊ quoniã res
ſibi ſimiles ſunt habiles Pylatum iudã ſuis moribus inuenit cõgruere: ⁊ ideo cepit ipſũ
valde carum habere. Uniuerſe enim curie pylati Judas preficitur: ⁊ ad eius nutuz oĩa
diſponuntur. Quadam autem die pylatus de palatio ſuo in quoddam pomerium aſpi-
ciens illorum pomorum tanto deſiderio captus eſt: vt pene deficere videretur. Erat
autem illud pomeriũ Ruben patris iude: ſed nec Judas patrem nec ruben filium co-
gnoſcebat quia ruben ipſum in marinis fluctibus perijſſe putabat. Et quis pater aut q̃
patria ſua iudas penitus ignorabat. Pylato itaq; accerſito iuda ait tanto illoꝝ fructuũ
captus ſum deſiderio: ꝙ ſi his fruſtratus fuero ſpiritum exhalabo. Concitus autem iu-
das in pomerium inſilijt: ⁊ velocius mala carpit. Interea ruben venit ⁊ iudam ma-
la ſua carpentem inuenit fortiterq; ambo contendunt ⁊ iurgia ſuperaddunt: poſt iurgia
ſurgunt ad verba ⁊ mutuis ſe iniurijs affecerunt. Tandem iudas ruben in ea parte qua
ceruix collo connectitur lapide percuſſit pariter ⁊ occidit. poma ergo ſuſtulit ⁊ pylato q̃d
acciderat enarrauit. iam die inclinante ⁊ nocte ſuperueniente ruben mortuus inuenit et
ſubitanea morte preuentus putatur. Tunc pylatus omnes facultates ruben iude tra-
didit ⁊ ciboream vxorem ruben in coniugem iude dedit. Quadam autem die dum ci-
borea grauiter ſuſpiraret ⁊ iudas vir eius quid haberet diligenter interrogaret ipſa re-
ſpondit. Heu infeliciſſima ſum omnium feminarum quia infantulum meum marinis flu-
ctibus ſubmerſi. ⁊ virum meum morte preuentum inueni. ſed ⁊ dolori ac mihi miſere py-
latus addidit dolorẽ qui me meſtã nuptui tradidit ⁊ inuitiſſimam me tibi tu ꝯiugẽ copu-
lauit. Cumq; omnia illa de infantulo illo enaraſſet ⁊ iudas illa que ſibi acciderant retuliſ-
ſet inuentum eſt ꝙ iudas matrem ſuam in vxorem duxerat ⁊ patrem occiderat. Peni-
tentia ergo ductus ſuadente ciborea dominum noſtrum ieſum chriſtũ adijt ⁊ ſuorũ deli-
ctorum veniam poſtulauit. Dominus aũt eũ ſuũ fecit diſcipulum: ⁊ de diſcipulo euz fecit
apoſtolũ ſuũ Deinde procuratorẽ quem poſtmodũ pertulit proditorẽ. portabat eñ locu-
los: ⁊ ea que chriſto dabantur furabatur. Uide paſſionem domini ſuper reſiduo.

## De pylato enim legitur ꝙ fuit quidam rex nomine titus

q̃ quandam puellam nomine pylam filiã cuiuſdã molendinarij nomine Atus carnaliter
cognouit ⁊ de ea filium habuit. pyla autem ex nomine ſuo ⁊ ex nomine patris ſui qui di-
cebatur atus vnum nomen compoſuit: ⁊ nato puero impoſuit nomen pylatus. Cum
autem pylatus tres annos haberet ipſuz ad regem patrem ſuum tranſmiſit. Habebat
autem rex filium de regina coniuge ſua qui fere pylato coetaneus videbatur. Iſti dum
annos diſcretiõis attigiſſent ſepius luctamine ⁊ pugna ⁊ funda adinuicem colludebãt
ſed regis legitimus filius vt genere erat nobilior ſic in omni genere certaminis aptior.
Ob hoc pylatus inuidie liuore motus nimio dolore ſtimulatus fratrẽ ſuum latenter oc-
cidit. Quod rex audiens vehementer doluit ⁊ cõtione cõuocata q̃d de ſcelerato ⁊ homi-
cida faciendum ſit filio requiſiuit. Cui omnes eum eſſe reum mortis acclamauerunt vna-
nimiter. Rex autem ad ſe reuerſus ad iniquitatem iniquitatem noluit duplicare: ſʒ
ipſum pro tributo quod annuatim debebat romanis in obſidem miſit. tum volens eſſe
innoxius ab occiſione filij. tum a tributo romanorum cupiens liberari. Tunc temporis
erat rome filius regis francorum quem ſimiliter regi romanorũ miſerat pro tributis hic
pylatus aſſociatus cum ſe ab eo moribus ⁊ induſtria precelli videret euz. Inuidie ſtimu-
lis agitatus occidit. Sed cum romani quid de eo faciendum eſſet inquirerẽt conſilium
habuerunt tale. Hic ſi ſuperuixerit qui fratrem necauit obſidem iugulauit. reipublice q̃
plurimum vtilis erit ⁊ colla ferocium hoſtium ferox ipſe domabit. Dixerunt ergo cũ reꝰ
mortis habeatur in pontos inſulam gentibus illis qui nullũ patiuntur iudicem Judex
p̃ſiciatur: ſi forte eius nequicia ipſorum contumentia edometur ſi non quod meruit

paſſatur. Miſſus ergo pylatus ad gentem ferocem ⁊ ſuorum iudicum peremptricem
non iuſtus ad quos miſſus ſit: ⁊ ꝙ pendula vite ſententia tacite rem conſiderans vitam
ſeruare voluit ⁊ gentem nequā ipſe minis ⁊ ꝓmiſſis ſupplicio ⁊ precio penitus ſubiuga
uit. quia igitur tam dure gentis extitit victor a pontos inſula poncius pylatus nomē ac
cepit. Herodes autem hominis illius induſtriam vt audiuit eius verſucijs congau
dens ipſe verſutus eum ad ſe muneribus ⁊ internuncijs mutauit ⁊ ſuper iudeā ⁊ hieruſa
lem poteſtatem ⁊ vicem ſuam ei tradidit: qui cum pecuniam innumerabilem congregaſ
ſet neſciente herode romam adijt: ⁊ infinitam pecuniam tyberio imperatori contulit ⁊ ab
eo ſibi dari quod ab herode tenebat muneribus impetrauit. Huiuſcemodi cauſa facti
ſunt inimici Pylatus ⁊ Herodes quo ad vſq ad paſſionem domini. Tunc autem pyla
tus miſit dominum noſtrum ad herodem ⁊ facti ſunt amici ⁊c. Uide reſiduum in paſſio
ne domini noſtri.

## Paſſio domini noſtri Jeſu chriſti commendatur in opere per 51

patientiam inſuperabilem in modo per humilitatem admirabilem in cauſa per
charitatem ineſtimabilem. Quantum ad primum. Chriſtus ſuſtinuit i tactu
clauorū aſperitatē. In auditu opprobriorū confuſionē. In odoratu ſputorū feditatem
In guſtu fellis ⁊ aceti amaritudinem. in oculis lachrymarū effuſionem. in corde timorē.
Nota ergo ꝙ chriſtus timuit. Pro quo eſt notandum ꝙ ſex ſunt ſpecies timoris vt
inferius in ca. de donis: titulo de dono timoris notatur. Sz chriſtus timuit timore natu
rali quo quilibet timet nocumentū nature ⁊ ille timor nec eſt meritorius nec demeritorius
quia non ſubiacet libero arbitrio. Et dicitur naturalis non a natura inſtituta ſz deſtituta
quia ille timor eſt pena pro peccato primorum parētum inflicta. vnde Marci nono. Ce
pit Jeſus pauere ⁊c. Sed cōtra hoc poteſt argui ſic. Perfecta charitas foras mittit
timorem. prima Johannis quarto. Sed chriſtus habuit perfectiſſimam charitatē ergo
videtur ꝙ non timuerit. Itē dicit Auguſtinus ꝙ ſignū perfectionis eſt nullus timor ſed
in chriſto fuit ſumma perfectio ergo nullus i eo fuit timor. Solutio. aliqui doctores
diſtingunt dicentes ꝙ triplex eſt timor. gratuitus. libidinoſus ⁊ naturalis. Item timor
naturalis eſt triplex. Nam quidam eſt timor pene. quidam timor offenſe. quidā timor re
uerentie. primus ⁊ ſecundus non fuerunt i chriſto eo ꝙ perfecta charitas foras mittit ti
morē. Tertius autem fuit in chriſto quia ſic a perfecta charitate non expellitur ſed cōſum
matur. ſm illud Yſa. vndecimo. Replebit eum ſpiritus timoris domini. Sed quia in
eiuſdem Yſaie quinquageſimotertio habetur. Oblatus eſt quia voluit. ⁊ Mathei viceſſi
moſexto habetur contrarium. quia dicit pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte.

## Queritur de voluntate chriſti pro quo eſt notandum ꝙ dup

plex volūtas fuit i xpo. ſ. increata ⁊ creata. increata ē duplex. ſ. volūtas ſigni ⁊ volūtas
bñplaciti. volūtas ſigni qñ ꝗ manet inexpleta: qꝛ ſic volūtas dr̄ methaphorice. Alio mō
dicitur voluntas dei proprie ⁊ ſic eſt voluntas beneplaciti. Capiendo proprie velle dei
eſt ipſe deus. Sed capiendo methaphorice eſt ſe habere ad modum voluntatis. Et hoc
velle non eſt deus. tamen hec diuiſio non rei ſed vocis eſt. Uolūtas beneplaciti eſt dup
plex: ſcilicet antecedens que ſepe non expletur. ⁊ cōſequens que nunꝗ remanet inexple
ta. Uoluntas creata ſm compendium theologie eſt duplex. ſcilicet rationis ⁊ ſenſuali
tatis. Item voluntas rationis eſt duplex. ſcilicet rationis vt ratio eſt. Et voluntas ra
tionis vt natura eſt. voluntate rationis vt ratio eſt conformauit ſe voluntati increate. ſz
voluntate rationis vt natura eſt. Et voluntate ſenſualitatis voluit aliquid proprium qđ
non voluit voluntate rationis vt ratio eſt: ſcilicet non mori. ſm vero Bonauentu. volū
tas chriſti tripliciter poteſt cōſiderari. primo ſm duas naturas. ſcilicet diuinam ⁊ huma
nam. ſic habet duas voluntates vt diuidit Damaſce. Secundo conſideratur voluntas
ſm potentias per quas quis vult ⁊ ſic fuit in chriſto potentia diuina. potentia rationa
lis creata ⁊ potentia ſenſuum per quarum quamlibet exibat in actum volendi ⁊ ſic diui
dit magiſter ſententiarum. Tertio conſideratur voluntas chriſti per comparationē volū



tatis quātum ad modū volendi: ⁊ ſic voluntas chriſti diuiditur quadrupliciter ſm Hugo.
⁊. ſic in xpo fuit voluntas diuinitatis. voluntas rationis. voluntas pietatis. ⁊ volūtas
carnis. Uoluntas diuinitatis per iuſticiā ſententiā dictabat. Uoluntas rationis ꝑ obe
dientiam veritatem approbabat. Uoluntas pietatis per compaſſionem in malo alieno
ſuſpirabat. Et voluntas carnis per paſſionem i malo proprio gemebat. Et licet diuerſa
eſſent volita: volūtates iſtī in xpo habuerunt conſonantiā. voluntas enim ſuperior non
vult inferiorem velle quod ipſa vult: ſed magis vult eam velle contrariū. ⁊ ſic eſt ei ſubie
cta. ⁊ ſic patet ꝙ chriſtus in oratione cum dixit Non ſicut ego volo ⁊c. Et quando fle
bat ſuper hieruſalem non repugnabat diuine voluntati. erat enim conformitas in ratio
ne volendi ꝗuis non eſſet in volito. ꝙ eſſi ſic vellet habebat a deo ⁊ deus volebat eū ſic
velle. Uoluntate patientis ⁊ pietatis: nec tamen caro chriſti concupiuit aduerſus ſpiritū
nec ſenſualitas rebellauit rationi: quia diſcenſus ſenſualitatis ad rationem poteſt eſſe. ⁊
quātum ad volitum ⁊ quātum ad actum volendi ⁊ hoc patet ad naturam lapſam per culpā
⁊ penam ⁊ eſt ponere conſenſum quātum ad vtrunq ita ꝙ ſenſualitas ſubiaceat rationi ⁊
hoc pertinet ad naturam inſtitutam ⁊ eſt ponere mediū ita ꝙ ratio cōſentiat ſenſualitati
reſpectu actus volendi: ſed nō reſpectu voliti. ⁊ hoc pertinet ad naturam habentē penā
abſq culpa. qualis fuit natura a chriſto aſſumpta que habuit aliqđ de natura inſtituta ⁊
aliquid de natura lapſa ⁊c. Sed quia fit mentio Mathei. xxvi. de oratione ſaluatoris
noſtri. Eſt notandum ꝙ decuit chriſtum orare propter meritum: quia ſua oratiōe meruit
nobis vt eſſemus ydonei ad ſuſceptionem beneficiorum dei. Secundo propter exēplū
virtutum vt nos inuitaret ad oratiōis ſtudium. cuius exercitio maxime ſuperatur aduer
ſarius. Tertio propter veritatis articulum: vt oſtenderet ſe verum hominem ⁊ vere a
deo miſſum. vnde Johan. xi. Gratias ago tibi domine quoniam audiſti me. Ego autem
ſciebam quia ſemper me audis. ſed propter populum qui circunſtat: dixi vt credāt: quia
tu me miſiſti. Quarto propter officium implendū: quia chriſtus habebat dignitatem
ſacerdotalē ⁊ pontificalē. vnde ſicut obtulit ſacrificium pro peccatoribus ita orauit: pro
ipſis. ad Hebreos. v. Omnis pontifex offerat dona ⁊ ſacrificia pro peccatis.

## Queritur vtrum chriſtus in omni oratione fuerit exauditus.

Solutio. in oratione que procedebat a voluntate rationis ſemꝑ exaudit⁹ fuit. Joh.
xi. Ego autem ſciebam quia ſemper me audis. in oratione vero que procedebat ex volū
tate carnis ⁊ pietatis non ſemper exaudiebatur. Sic enim magis petebat vt nos erudi
ret ꝗ vt deum patrem ad petitionem ſuam inclinaret. Petiuit enim calicem a ſe tranſ
ferri ⁊ crucifixoribus condonari ⁊c. Sed talis oratio erat ſenſualitatis. tamen dicitur ꝙ
fuit ſenſualitatis quo ad naturam rationis quo ad formam ſenſualitatis vt a quo ratio
nis vt pro quo. ſenſualitatis vt mouentis. rationis vt proponentis.

## Queritur cum ratio ſciret ſenſualitatem in hac petitione nō

exaudiendā quare ꝓponebat. Solutio. ꝓponebat ꝓpter tria. Primo ꝓpter manife
ſtandā veritatē nature aſſumpte q̄ naturaliter abhorruit paſſionē. ⁊ in hoc erudiuit fidem
noſtram. Secundo ad confirmandam noſtram imbecillitatem vt non diffidamus ſi paſ
ſionum pericula abhorreamus. Et in hoc excepit ſpeciem noſtram. Tertio vt oſtende
ret, voluntatem noſtram omnino voluntati diuine ſubijciendam. quod oſtendit in con
ditione appoſita non ſicut ego volo ſed ſicut tu ⁊c. ⁊ in hoc ordinauit charitatem q̄ affe
ctum diuine voluntati per oīa ſubijcere conatur. Sed ſm formā orationis orauit ꝓ ſe.
ſed ſm intentionem orauit pro nobis ⁊c. Quantum ad quartum in modo patien
di tenendum eſt ꝙ chriſtus paſſus eſt paſſione generali: quia ſm omnia membra corpo
ris. Yſaie liij. Non eſt ei ſpecies neq decor. Item paſſione acerba. Treñ. primo. O vos
omnes qui tranſitis per viam attendite ⁊ videte ſi eſt dolor ſimilis ⁊c. Paſſio enim
chriſti fuit maxime penalis. Tum ratione intentionis propter optimam diſpoſitionem
ipſius patientis. […]um propter eius innocentiam. tum propter honorē eius excellentiam
Honorabilis enim ſi confunditur plus leditur ⁊ precipue inter ſuos. Talis autē homo

de morte ſua dolere non debet cum turpitudo ſua tunc finem accipiat. Fuit enim paſ
ſio ſua ignominioſa: quia crucis patibulo que erat peſſimorum ſupplicium in conſortio
iniquorum. ſ. latronum cum quibus erat deputatus. Quantum ad tertium ſcilicz in cau
ſa attenditur charitas maxima qua nos liberauit ab inferno dando animã ſuã qua mũ
duz renouauit largiendo gratiam qua celum aperuit conferendo gloriã. Hec tria notã
tur in titulo crucis. Nã propt̃ primũ dr̃ Jeſus. propter ſecundũ nazarenus. propter ter
tium rex iudeorũ. 32 Chriſtus ſexvicibus ſanguinem ſuum fudit quinquies in vi
ta: ⁊ ſemel mortuus. In vita. in circunciſione. in oratione. in coronatione. in flagellatõe
⁊ in crucifixione. ⁊ in morte. in lanceatione. Per primum docemur peccata abijcere. Per
ſecundum mentis anguſtiam pro ſalute noſtra tenere. Per tertium animam noſtram vir
tutibus ornare. Per quartum carnem noſtram domare. Per quintũ mẽbra noſtra man
datis dei ligare. Per ſextum vulneratum cor vel eleuatum in dei amore habere.
33 Circa illud ꝙ ſeparata aĩa a corpore remanſit diuinitas ĩmediate vnita corpori et
anime. Nota quia quod ſemel aſſumpſit nunꝙ̃ dimiſit. aſſumpſit coniunctim ſupple.

## De effectu paſſionis chriſti.

Effectus paſſionis chriſti multiplex eſt. Paſſio chriſti virtutem demonum debilitat
Job. xl. Quaſi hamo capiet leuiatã. ſpoliat infernum. Yſa. viij. Voca nomen eius acce
lera. ſpolia. detrahe. Format per exemplũ prima Petri quinto. Chriſtus pro nobis eſt
paſſus nobis relinquens exemplum. vnde Bernardus. ſuper omĩa te reddis mihi ama
bilem bone ieſu. Calix quem bibiſti opus redemptionis noſtre eſt. Paſſio chriſti repa
rat ruinam angelorum. ipſe enim chriſtus lapis eſt angularis qui fecit vtraqꝫ vnum: ſcili
cet pacem inter deum ⁊ hominem. Inter angelum ⁊ hominem. inter hominem ⁊ homi
nem. Unde Eccleſia. xliiij. In tempore iracundie factus eſt reconſiliatio. Armat contra
mundũ carnem ⁊ dyabolum quod ſignificatur per clypeum quod leuauit Joſue cõtra
hay. Joſue viij. Sanat ſcilicet mentis vulnera. vnde Nume. xxi. Aſpicientes ſerpentem
eneum ſanabantur. Uiuificat ſcilicet ſpiritualiter. ad Epheſios. ij. Cum eſſemus mortui
peccatis conuiuificabit nos chriſtus. Dulcorat exẽplo de ligno miſſo in aquas marinas
Exo. xv. Reſerat: ſcilicet celum. Yſa. xxij. Dabo clauem domus dauid ſuper humerũ eius
⁊ aperiet ⁊ non erit qui claudat. claudet ⁊ non erit qui aperiet. Tollit enim paſſio chriſti
ſeptem vicia capitalia. Superbiam tollit capitis inclinatio per quam videbatur titulus
crucis in quo ſcriptũ eſt rex iudeorũ. Inuidiam: brachiorum extenſio ad amplexũ nos i
uitans. Auariciã: multorũ erogatio que in paſſione dicit. vnde Ber. Diſce chriſtiane ꝙ̃
tum debeas diligere chriſtũ qui dedit nobis carnẽ ſuã in cibũ. ſanguinẽ in potũ. animaz
in preciũ. aquam lateris in lauacrũ. veſtẽ crucifixoribus. corpus diſcipulis. matrem Jo
hanni. Accidiam tollit feſtinatio ad paſſionẽ. Iram mollis reſponſio. Gulã fellis ⁊ ace
ti potatio. Luxuriam lateris vulneratio. Circa paſſionẽ nota ſeptẽ ſuauitates. ſcilz ca
pitis inclinationẽ ad oſculũ in ſignũ noſtre reconſiliationis. brachioꝝ extenſionẽ ad am
plexum i ſignũ redemptionis redeuntis de peccato in gratiã. lateris aperſionẽ propter
effuſionez precij noſtre redemptionis ⁊ ablutionis. Exiuit enim ex latere chriſti ſanguis
⁊ aqua. Clauorum in manibus ⁊ pedibus fixionẽ propter memoriã noſtre recordatõis.
Corporis denudationẽ in exemplũ noſtre confeſſionis que debet eſſe nuda. Crucis por
tationem in exemplũ ſue imitationis. Corone ſpinee impoſitionẽ in figuram noſtre glo
rificationis. In redemptione noſtra fuit mira gratia. primo ex parte motus: quia cha
ritas dei vidit ꝙ neqꝫ per amicos nec per preciũ poteramus redimi: ideo fratrem noſtrũ
ſe fecit noſtrã naturã aſſumendo: ⁊ preciũ reddidit ſanguinẽ pro nobis fundẽdo. Unde
ps. Miſerere mei quia vnicus. i. nõ habens amicos ⁊ pauper ſum ego. i. preciũ non ha
bens. ſecundo ex parte redimentis qui cũ liberare nos poſſet ex potentia: potius voluit
nos redimere ex miſericordia vt ad amorem nos aſtringeret ⁊ dei iuſticie ſatiſfaceret. ter
tio ex parte redempti qui opprimebatur criminum ſeruitute ⁊ detinebatur in carcere.
Quantum ad primũ. videamus ꝙ̃ mirũ ſit vt filius dei qui erat liberrimus fieret ſeruus



Quantum ad ſecundum ꝙ dominus ad carcerem deſcenderit vt ſeruus inde exiret
Item ex parte iuſticie quia nulla iuſticia dictabat vt innocens puniretur pro reo. Itẽ ex
parte excellentie diuine quia mirum erat quod impreciabile ponebat ſub precio vilis cre
ature. Itẽ ex parte precij dati quia ſi redemiſſet nos ſolo corpore adhuc ad gratias tene
remur. Nunc autẽ redemit nos anima: corpore: ⁊ vita. vt nihil horum ſubtraheremus ei.
In cruce chriſti nota que ſequũtur ſuppliciũ quo nullum maius nec equale. Treno.
primo. O vos omnes qui tranſitis per viam attendite ⁊c. Dico notanter quo nullũ
maius ex eo ꝙ ipſe iuſtiſſimus paſſus eſt pro iniuſtis. ab iniuſtis. cum iniuſtis. ex iniuſtis
cauſis iniuſtis iudicibus ⁊ iniuſtis penis. Opprobrium quo nullum vilius Sapi. 2°. c.
Morte turpiſſima cõdẽpnemus eũ. Precium quo nullum cõuenientius. quia ſicut per li
gnũ venit culpa. ſic per lignũ redemptio. Miſteriuz quo nullo profundius ad Ephe. 3.
vt poſſitis cõprehendere cũ omnibus ſanctis que ſit latitudo. longitudo. ſublimitas. et
profundũ etiam ſupereminentẽ ſcientie karitatem xpi ⁊c. Exemplum quo nullum per
fectius prĩa Pe. 2°. Xpus paſſus eſt pro nobis. nobis relinquẽs Exemplũ. 34 Xps
eñi in cruce ꝓtulit ſeptẽ verba. Primũ pater ignoſce illis. quia neſciunt quid faciunt.
Luce. 23. Secũdum verbũ quando dixit latroni. Hodie mecũ eris in paradiſo. Lu.
23. Tertiũ Ecce mulier filius tuus Jo. 19. Quartũ ſicio Jo. eodem. Quintũ
hely hely lamazabathani Mathei 27. Sextũ. pater in manus tuas cõmendo ſpiritũ
meum Luce. 23. Septimũ cõſummatum eſt. Johã. decimonono. Per primũ ver
bũ docemur iniurias dimittere. Per ſecundum petẽtes exaudire. Per tertium parẽtes
honorare. Per quartum ſalutẽ noſtram deſiderare. Per quintum ad deum in neceſſitati
bus clamare. Per ſextum auxilium noſtrum in deum ponere. Per ſeptimum vitam no 35
ſtram fine determinato debito conſummare.
In cruce eñi ſunt quattuor brachia que ſignant quattuor virtutes quibus extendi debet
homo interior. Pars ſuperior ſignat karitatẽ inferior humilitatem. A dextris obe
dientiam a ſiniſtris pacientiaz. In quattuor brachijs karitatis notantur quattuor bene
ficia charitatis. Pars ſuperior ſignat ianue celeſtis aperitionem. Inferior inferni deſtru
ctionem. A dextris collationẽ grẽ. a ſiniſtris peccatorũ remiſſionẽ. Dicit eñi magiſter in
hyſtorijs ꝙ q̃ttuor ligna fuerunt in cruce. pes fuit de cedro ꝑ quã cedrũ ſignificat altitu
do ↄtẽplatiõis. Stipes de cypreſſo ꝑ quã deſignat fama bõe opiniõis. trãſuerſale d̃ pal 36
ma ꝑ quã deſignat fruct⁹ iuſticie. tabula de oliua ꝑ quã deſignat lenitas miſericordie
Queritur vtrũ paſſio triſticie fuerit in xpo. Solutio dicendũ eſt ꝙ eſt triſticia p̃ter
rõis imperiũ cõis bonis ⁊ malis ſapientib⁹ ⁊ inſipiẽtib⁹ q̃ cõſurgit ex quadã neceſſitate
⁊ eſt triſticia cõtra rationis iudiciũ Rectũ in qua ratio ſubicitur ſenſualitati ⁊ non tãtũ
turbatur. ſz etiã pturbat. Item eſt triſticia ſm iudicium rationis rectũ cum quis triſtatur
ratione dictante de qua ad Ro. 12. Flere cũ flentib⁹ ⁊c. Et hoc. 3°. mõ fuit triſticia i xpo
qr de nullo triſtis fuit niſi ſm ꝙ dictabat rõ. ⁊ hoc innuit Jo. xi. Jeſus autẽ infremuit ſpi
ritu ⁊ turbauit ſemetipſum ⁊ de hac triſticia dicit Math. 26. Triſtis eſt aĩa mea vſqꝫ ad
mortẽ ⁊ Lu. 20. Fleuit ſup Iheruſalẽ. Et ſi obiciat illud Yſa. 21. Nõ erit triſtis. dicendũ
eſt ꝙ loquebat de triſticia pturbãte 37 Querit vtrũ paſſio vel afflictio ire fuerit i xpo
Solutio Ira reperit in quadruplici differentia. Uno modo dicit pure affectũ deteſtã
tis mali ⁊ ſic potuiſſet fuiſſe in adã Aliomõ dicit deteſtationẽ mali cũ inquietatiõe ⁊ tur
batione ſenſualitatis ⁊ ſic fuit in xpo. Alio mõ dicit affectũ deteſtatiõis nõ ſolũ ꝑtis ſen
ſualis ſed ⁊ rationis ad tp̃s. ⁊ hoc mõ reperit in viris iuſtis. quarto mõ dicit affectuz de
teſtationis cũ cõmotione ſenſualitatis ⁊ etiã rationis ſeu mẽtis. ita ꝙ cõmotio illa habz
perturbationẽ mẽtis annexã ⁊ ſic eſt ira per viciũ ⁊ eſt in pctõrib⁹. vñ Job. 5. virũ ſtultũ
interficit iracũdia. Ad hoc Greg. ↄcordat. d. Ira per viciũ oculũ mẽtis excecat. Ira per
zelũ turbat 38 Querit vtrũ paſſio xpi liberauit nos a poteſtate dyaboli. Solutio. Dy
abol⁹ añ paſſionẽ hẽbat duplicẽ manũ. ſ. manũ attrahentez ⁊ manũ ipellentẽ. Manus
attrahẽs traxit ad limbũ etiam iuſtos ⁊ ſanctos hec fuit ãputata oĩno ꝑ paſſionem Ma
nus impellẽs pene omnes p̃cipitabat in malũ vel aſtucia vel violentia qr temptabat. vt

draco ⁊ leo. hec debilitata eſt ꝑ paſſionē vt nullū poſſit ſeducere vel violenter ſubiuga-
re niſi noſtra negligentia interueniat. vel ꝑuerſitas requirat ſi reſiſtere negligamus. Iam
cū appuit lumē veritatis interius per diuinā inſpirationē ⁊ exterius per humanā inſtru
ctionē ꝯ dyabolicā fraudulentiā. Infuſa eſt eni gratia ſpūſſancti. que reprimit concupi-
ſcentiam datū ē ⁊ angelicū preſidiū quod reprimit poteſtates aduerſas ⁊ hoc fit virtute
⁊ merito paſſionis chriſti. Unde dyabolus ſuper omnia timet memoriā paſſiōis xp̄i ⁊ ſi
gnū crucis per que ſumus a poteſtate eius liberati. cuius etiā ꝓtectio ſe extendit ad infi-
deles vt pꝫ in dyalogo Greg. de Judeo quē dyaboli dixerunt vas vacuū ſꝫ ſignatū. vñ
Apoca. xx. Uidi angelū deſcendentē de celo ⁊ apprehēdit drachonē qui eſt dyabolꝰ per
angelū intelligit̃ xp̄us. Et ſi obiciatur ꝙ dyabolus ante paſſionē nullū poterat tēptare ſi
ne cōſenſu ſicut poſt paſſionē dicendū eſt ꝙ deus iuſto iudicio ipſum amplius temptare
ꝑmittebat ⁊ cōſenſus nr̄ ei āplius ſubiacebat ex vicio noſtro ꝓpter hoc regnabat ignorā
tia ⁊ cōcupiſcentia. deficiebat virtus veritas ⁊ gratia. vnde Jo. primo. Lex per moyſem
data eſt. Gracia ⁊ veritas ꝑ xp̄m 39 Querit̃ vtrū xp̄s meruit nobis ianue vite apertionē
Solutio. Adā peccāte ex ſnīa diuini decreti clauſa fuit ꝑadiſus terreſtris ī ſignū clauſio
nis ianue ꝑadiſi celeſtis que eſt apta dei viſio. Decreuerat eni deꝰ neminē ad ſui aſpectū
admittere niſi eſſet ſibi facta emēda pro pectō ſeu peccatis illis ⁊c̃. Et qm̄ xp̄us ſatiſfecit
meruit nobis ianue apertionē. vnde Aug. non potuit nobis aperiri aditus ⁊ fieri ſalꝰ niſi
per morteꝫ vnigeniti. Cui tanta fuit humilitas vt eius merito pateret credentibus regni
aditus. Et quia fit hic mētio de merito. eſt notandū ꝙ xp̄us inq̄tum comprehenſor non
meruit ſibi ſed inq̄tū viator. ſm magiſtrū ſen. meruit captiuorum redēptionem regni reſe
rationē ſui corporis impaſſibilitatem ⁊ immortalitatem iudiciarie poteſtatis dignitatem
⁊ glorificationē ac manifeſtationē ſui noīs ⁊c̃. vnde ad Phili. z. c. Xp̄s factus eſt ꝑ no-
bis obediēs vſqꝫ ad mortē ꝓpter qḋ exaltauit illū ⁊ dedit illi nomē qḋ eſt ſuper omne no
mē vt in noīe ieſu omne genu flectat̃ celeſtiū terreſtriū ⁊ infernorum ⁊c̃. Unde ad illam
auctoritateꝫ ꝓficiebat ſapientia ⁊ etate corā deo ⁊ hoībus. reſpondet̃ ꝙ intelligit̃ ad illū
ſenſuꝫ qui ſequitur ꝙ in ſe non ꝓficiebat qꝛ ſcientia ab inſtanti cōceptionis ſue fuit plenꝰ
qꝛ vt deus eius cognitionē ſcientiā excellentiā ⁊c̃. nō amiſit ꝓpter aſſumptionē humane
nature ⁊c̃. Sed potius ꝓficiebat in alijs qui doctrina ſua ⁊ exemplo ꝓfecerūt ⁊ hoc corā
deo. i. ad gloriā dei ⁊ hoībus. i. ad vtilitatē hoim ⁊c̃. De merito aūt fit tal' declaratio ſm
doctores ꝙ aliquis dicit̃ mereri tripliciter. vnomō de non debito faciendo debitū vt i in
fuſiōe gratie ⁊ motu li. ar. vel ḋ debito faciendo magis debitū vel de vno mō debito facien
do aliomodo debitū primo ⁊ ſecundo modo ſibi non meruit cū a principio fuerit ꝑfectiſ
ſimus. tertio modo ſibi meruit qꝛ bonū glīe qḋ ſibi fuit debitū ꝑ gratiam vnionis fecit
ſibi debitum aliomodo. ſ. per meritū bone actionis. Meruit eni ſibi vitam eternaꝫ iam
habitā ſicut nobis hn̄dā ſm cōpen. theolo. li. 4. Adhuc ſuper hoc reſtat āplior diſtictio
qm̄ mereri cōtingit tripliciṫ vnomodo abuſiue ſicut facere opus de genere bonoruꝫ. pra
ua intentione ſicut facere elemoſinam cū murmure. ⁊ talia aliqñ remunerant̃ ex liberalita
te diuine mie ⁊ vocat̃ tale meritū interpretatū meritū. Secūdo mō dr̃ mereri parti abuſi
ue ⁊ parti ꝓprie ſicut facere opꝰ de gn̄e bonoꝝ bona intentiōe. ſed nō ex charitate. ⁊ tale
meritū dicit̃ meritū ꝯgrui. 3° mō dicit̃ aliq̇d mereri ſimplr̃ ⁊ ꝓprie ſicut facere opus de ge
nere bonorū bona intentiōe ⁊ ex caritate. ⁊ tale meritū dicit̃ meritū ꝯdigni. Et adhuc cō
tingit mereri ex cōdigno tripliciter. vno modo faciendo de indebito debitum vt ſupra di
ctum eſt vt in infuſione gratie ⁊ motu li. ar. alio modo faciendo de debito magis debitū
ſicut in profectu de virtute in virtutē. alio modo faciendo de debito vno mō debitū alio
modo ſicut de debito per habitum faciendo debitum per actum ⁊ de vno debito ꝑ actuꝫ
faciendo aliud debitū per actū eque bonum. His tribus meruit xp̄s nobis gratie infu-
ſionē. gratie ꝓmotionē ⁊ bonoꝝ operū multiplicationē ſm Bona. ſibi aūt nō meruit niſi
ſi tertio modo tamē poſt cōceptionē ipſe nō potuit de indebito ſibi facere debitū cum oī
bono eſſet plenus nec potuit ſibi de debito facere magis debitum cum eſſet ab illa conce
ptione omni gratia plenꝰ. ſed quod erat debitū vno modo fecit debituꝫ pluribꝰ modis



⁊ ita ſibi meruit ſm tertiū modū dicēdi meritū ⁊ h̄ nō fuit ꝓpter perfectionē a parte me-
riti ſed propter perfectionem a parte merētis. ⁊ hoc dicit mag. ſen. d. nō ꝓfecit ſm meritū
quantū ad virtutē meriti. ꝓfecit tamē q̄tum ad numerum meritoꝝ ⁊ ſequitur quo ad hoc
plura tm̄ habuit in paſſione merita q̄ in conceptione ſm dictū Bona. 40 Querit̃ cuꝫ
fiat mētio de clauſione ⁊ apertione ianue paradiſi quomō hoc intelligitur. Sol. ꝑ ianue
celeſtis clauſionē ſpiritualiter intelligitur ꝓhibenda illa propter que nullus poterat igre
di ad dei aſpectū. illa aūt prohibenda erant a diuina iuſticia iuſte puniente ⁊ a pctō primi
hoīs ꝓmerente ⁊c̃. Apertio ianue celeſtis videt̃ facta fuiſſe in paſſiōe qꝛ habet̃ in glo. ad
colo. primo. crucis eius ſiue que in celis ſiue q̄ in terris ſunt pacificās ꝑ ſanguinē ⁊c̃. pꝫ
per paſſionē introitꝰ in celū. tamen ſm bedam ſupra lucā habet̃ dū ille iordanis aquas
ſubijt nobis celi ianuā pandit. exponēs illud luce. iij. ieſu baptizato ⁊ orāte apertum eſt
celum per quod videtur ꝙ per baptiſmuꝫ fuerit aperta celi ianua. per orationē tm̄ que cā
tat̃ in die reſurrectionis videtur ꝙ in reſurrectione fuerit aperta qua dr̃. Deus q̇ hodier
na die per vnigenitū tuū eternitatis nobis aditū deuicta morte reſeraſti. Sup̄ p̄miſſis
eſt tenendū ꝙ obſtaculū culpe āmouebat baptiſmus. obſtaculum debiti rōe offenſe am-
mouit paſſio vbi facta fuit ſatiſfactio obſtaculū mortis chriſti reſurrectio. ⁊ ita ianue ap-
tio inchoari dr̃ in baptiſmo perfectionē habere in paſſione complementū in reſurrectiōe
manifeſtationē in aſcenſione 41 Et qm̄ hec iā facta ſunt ideo v̄tus baptiſmi ē ianuā a-
perire nō per ſe tm̄ ſꝫ ꝓpter hoc ꝙ iam facta eſt oblatio hoſtie vere. Queritur vtrū per
paſſionē liberemur a pena peccati. So. duplex eſt pena. ſ. oppreſſiua ⁊ ꝓmotiua. a pena
ꝓmotiua nō liberat ſꝫ animat ⁊ aiando facit vt nō poſſit opprimere illa pena ſꝫ vt exerce
amus per illā ad pacientiā ⁊ miam. A pena vero oppreſſiua liberat que ē pena ſenſus. ſ.
a morte eterna que eſt etiam pena damni que eſt carentia viſionis diuine. liberat etiam a
pena ſatiſfactoria ſicut patet in ſacramento baptiſmi. liberabit etiam i futuro ab oī pena
fame ſiti ⁊c̃ vñ prime pe. ij. peccata noſtra ꝑtulit in corpore ſuo ſup̄ lignū pctā. i. penam
peccatorū ſm glo. ⁊ Yſa. liij. vere languores noſtros ipſe tulit ⁊ dolores nr̄os ipſe porta
uit vulneratus eſt propter iniquitates noſtras 42 Querit̃ vtrū ſolꝰ filiꝰ fuerit redem
ptor. So. duplr̃ poteſt aliq̇s dici redēptor aut ab auctoritate aut ab executiōe. Si prio
mō nō tm̄ cōpetit opꝰ redēptionis filio ſꝫ patri ⁊ ſſ. Si ſecūdo mō ſic reſpicit hūanitatē
que aſſumpta eſt a ſolo filio ⁊ ſic cōpetit ſoli filio Apoc. v Redemiſti nos in ſanguie tuo
Q̄nomō cōpetit patri habet̃ Jo. iij. Sic dilexit deus mundum vt filiū ſuū vnigenitū da
ret. Quō cōpetit ſſ. pꝫ in illa pte ſymboli. Qui cōceptus ē de ſſ. ⁊c̃. 43 Quintus arti
culus eſt credere ꝙ deſcēderit ad inferna ſm aīam ſibi Deſcendit ad inferna: quē cōpoſuit
beatus philippꝰ de quo oſee. xiij. o mors ero mors tua morſus tuꝰ ero inferne. Hic attē
dēda eſt hoīs peruerſitas qui nō vult deū ſequi in celuꝫ. Qui hoīem ſecutus eſt in infer
num. aīa chriſti poſt mortē deſcēdit ad inferna ſiue ad limbū ad deliberationeꝫ eoꝝ q̇ xp̄i
membra exiſtentes de hoc ſeculo tranſierāt. dyabolus cū dn̄ in eū manū extendit in quo
nihil iuris habebat merito amiſit in alijs poteſtatē. Iſta fuit vna cā quare chriſtus deſcē
dit ad inferna. alia cā vt tanꝰ fuiſſet deſcenſus quantus fuit liberādoꝝ caſus primꝰ cū
hō ſic in ſtatū liberi arbi. poſitꝰ fuerat vt poſſet ad vitā aſcēdere vel ad mortē deſcēdere
ꝓut vellet. ſꝫ pctō ꝑpetrato ſic vnū brachiū ſtatere ꝑ onꝰ culpe depſſuꝫ ē vt eēt in ymo in
ferni. alterū vero brachiū i ſūmo celi. ñ cū deſcēderet brachiū depreſſuꝫ niſi aſcēderet ali
ud brachiū. deſcēdit cū dn̄s vſqꝫ ad infernū vt hoīem captiuū eleuaret vſqꝫ ad celū. alia
cā quare chriſtus deſcendit ad infernū. ſ. vt ſicut viuus fuerat lumen mūdi per p̄ntiā cor-
palē ita mortuus eēt lumē inferni per diuinitatis maieſtatē. alia cā vt idē chriſtꝰ hoc exe-
queret̃ ꝑ efficaciā quod paſſione ſua meruerat per ſufferentiā. meruit cū nobis principali
ter duo ꝑ ſuā paſſionē. ſ. ſatiſfactionē ⁊ ianue apertionē ⁊ iō hec duo effecit in deſcenſu
ſuo ad inferos qꝛ ꝑ ſatiſfactionē ſoluta ſunt vincula captiuitatis. ꝑ aptionē autem ianue
facta eſt illuminatio ipiꝰ carceris ēt ſm lucē exteriorē. Liberauit aūt chriſtus oēs illos
qui meriti ſui fuerūt capaces ſicut fuerūt ſancti patres q̇ nō xp̄i reatū ꝑſone ſꝫ tm̄ ꝓpē
reatū nature. ſ. ꝓpt̃ pec. origi. detinebant̃. dānati ei hꝰ meriti ñ erāt capaces ⁊c̃. aīa ei xp̄i ꝑ tri

duũ mortis ſue cũ ſanctis patribꝰ in limbo fuit. ibidē fuit aĩa latronis cui dixit dñs hoꝛ
die mecũ eris in paradiſo ⁊ noie paradiſi Notatur dei fruitio qꝛ pacta paſſiõe tã latro ꝙ
alij ꝗ erant in limbo viderũt deũ per eſſentiã. Sꝫ qr dr̃ deſcẽdit ad inferna nota ꝙ nomẽ
inferni ſumitur dupliciter. ſ. pro pena ⁊ pro loco pene. ſcḋm primũ modũ dr̃ ꝙ demões ſem
per infernũ ſecũ portãt. ſed inquantũ infernus ſumitur pro loco pene infernus quadrupli
citer diſtinguit̃ qm̃ vnꝰ ẽ infernus dãnatoꝝ in quo eſt pena ſenſus ⁊ dãni ac tenebre exte
riores ⁊ interiores. i. abſentia grẽ ⁊c. ſup iſtum infernum ſeu locũ ẽ limbꝰ pueroꝝ ibi ẽ pe
na dãni ⁊ nõ ſenſus ⁊ ſũt ibi tenebre exteriores ⁊ interiores ſup hũc locũ eſt purgatoriꝰ
locus in quo eſt pena ſenſus ⁊ dãni ad tp̃s ⁊ ſunt ibi tenebre exteriores ſed non interio⸗
res qꝛ ꝑ grãm hñt lucẽ interiorẽ. Supmus locꝰ inter hec eſt limbꝰ ſanctoꝝ patrũ vbi fuit
pena dãni ⁊ nõ ſenſus ⁊ fuerũt ibi tenebre exteriores ſed nõ tenebre priuatiõis grẽ. Ad
hũc locũ chriſtus deſcendit ⁊ ſuos inde liberauit ⁊ ſic infernũ momordit qꝛ partẽ abſtu⸗
lit partẽ reliquit. mortẽ vero quo ad electos chriſtus penitus deſtruxit ſicut dr̃ in oſee. O
mors ero morſus tuꝰ Hic quoqꝫ locus ſinus abrahe dicebat̃ qꝛ ibi abrahã fuit ſed nunc
celũ empireũ eſt ſinus abrahe qꝛ ibi eſt abrahã. Itẽ a nullo p̃dictorũ locorũ eſt trãſitꝰ ad
aliũ niſi a purgatorio ad libum ſanctoꝝ patrũ. Ex predictis pꝫ quare cantat ſctã mater
eccl'ia. Libera aĩas oĩm defunctoꝝ de manu inferni ⁊ de profundo lacu. vbi infernus ſu⸗
mitur pro purgatorio ſicut qñ dr̃ ꝙ chriſtꝰ deſcẽdit ad inferna intelligit̃ ad limbũ ſancto
rũ patrũ 44 Itẽ ex p̃miſſis eſt notandũ ꝙ xp̃s mortuꝰ in corpore deſcẽdit ad inferos
in aĩa ⁊ ſurrexit in vtroqꝫ. Itẽ eſt tenẽdũ ꝙ xp̃s in illo triduo totꝰ fuit in ſepulcro ſed nõ
totũ qꝛ totꝰ dicit perſonã totũ vero naturã 45 Itẽ ẽ no. ꝙ cũ vnio aĩe cũ corꝑe faciat
hominẽ xp̃s in illo triduo nõ fuit hõ lꝫ caro vnita eẽt cũ v̄bo 46 Sꝫ videt̃ ꝙ credere
xp̃m deſcẽdiſſe ad inferna nõ ſit articulꝰ. nã dubitare de articul' infidelitas ẽ. cũ ergo Ioh.
baptiſta de h̄ dubitauerit ⁊ Io. fidelis fuerit ⁊ ſctũs videt̃ ꝙ nõ fuerit articulꝰ. ꝙ dubita
uerit apparet Mat. xi. c. tu es ꝗ venturꝰ es an aliũ expectamꝰ. glo. nõ ait ꝗ veniſti. q. d. cũ
ad inferna deſcẽſurus ſim debeo nunciare te inferis ꝗ te nũciaui ſuꝑ terris. dubitauit er⸗
go Io. vtꝝ xp̃s deſcẽſurus eẽt ad inferos. So. duplex ẽ dubitatio q̃dã infidelitatis de q̃
Mat. xij. generatio adultera ſignũ q̃rit. Alia eſt dubitatio pietatis vel cõpaſſiõis d̓ q̃ ha
bet̃ Mat. xvi. dixit xp̃s petro ⁊ diſcipul'. ſ. ꝙ oportebat eũ pati ⁊ occidi a ſcribis ⁊ princi
pibus ſacerdotũ ⁊ tertia die reſurgere a mortuis. cui petrꝰ abſit h̄ a te dñe. prio mõ nõ du
bitauit Io. cũ eẽt fidel' ⁊ crederet xp̃m deſcẽſurũ ad inferos. ſꝫ ſcḋo mõ dubitauit ex amo
re ⁊ cõpaſſione conſiderãs que paſſurus erat. ſicut mulier videns infantẽ ſuũ mortuum
q̃rit ex cõpaſſiõe es ne mortuꝰ filij mi. ⁊ tñ nõ dubitat ⁊ h̄ ẽ qḋ dicit glo. Nõ fide ſꝫ pieta
te dubitauit 47 Sextus articulus eſt credere ꝙ tertia die reſurrexit a mortuis queꝫ
compoſuit beatꝰ Thomas. de quo Oſee ſexto. In die tertia ſuſcitabo eũ ⁊ zacha. ſcḋo.
Sileat oĩs terra a facie dñi ꝗ cõſurrexit de habitaculo ſancto ſuo. Xp̃us reſurrexit tertia
die a mortuis reſumendo corpus non tale quale prius habuit ſed impaſſibile ⁊ immorta
le. Caro eñ chriſti que in natiuitate floruit in paſſione cecidit ⁊ in reſurrectione refloruit.
tũc viuificatum eſt granum frumenti quod cadẽs in terra mortuum fuerat tamẽ ſine cor⸗
ruptiõe corporis. vnde p̃s. Non dabis ſanctũ tuum videre corruptionẽ. Probauit eniꝫ
dñs reſurrectionem eſſe verã per angelos qui non mentiũtur Mat. xxviij. Reſpõdens
aũt angelꝰ mulieribus dixit Nolite timere ſcio eñ ꝙ ieſum qui crucifixus eſt queritis ſur
rexit ſicut dixit ⁊ Io. xx. Itẽ probauit per nũcios quoꝝ validiſſimũ eſt teſtimoniũ Mat.
xxviij. angelꝰ quoſdã de cuſtodibus terruit qui venerũt in ciuitatem ⁊c. Et nunciauerunt
principibꝰ ſacerdotũ ⁊c. Item probauit eam non arte magica facta ⁊ h̄ per cõmeſtionem
Lu. xxiiij. ⁊ cum manducaſſet coram eis. Item probauit eam eſſe factam in eodẽ corꝑe, et
hoc ꝑ oſtenſionẽ cicatricũ Io. xx. Item probauit eam eſſe factã in corpore glorificato vni
to ſemꝑ diuinitati ⁊ hoc per ingreſſum ad diſcipulos ianuis clauſis. Io. xx. cũ eſſet ſero
⁊ fores eſſent clauſe vbi erãt diſcipuli congregati propter metũ iudeoꝝ venit ieſus ⁊ ſte⸗
tit i medio. Itẽ ꝓbauit eã dñs idem multis alijs apparitiõibus. apparuit eni ip̃a die re⸗
ſurrectiõis quinquies marie magdalene vt tenet̃ cõmuniter ab eccleſia. Itẽ petro ſed non



inuenitur modus. Itẽ apparuit diſcipulis euntibus in emaus Luce. xxiiij. Item ianuis
clauſis quãdo thomas erat cum alijs diſcipulis Io. xx. Item apparuit inter reſurrectiõꝫ
⁊ aſcẽſionẽ pluries ad mare thiberiadis Io. xxi. In mõte thabor Math. vltimo. In ihe
ruſalẽ qñ cõedit cum diſcipl'is Luce. xxiiij. In monte oliueti qñ aſcendit celũ act. i. viden
tibus illis eleuatꝰ eſt. ⁊ Lu. xlviij. Mr̃is de cãis dñs ſurrexit a mortuis. vna vt ſcriptu⸗
ras ipleret qm̃ dixerat ecce aſcendimꝰ ieroſolimam ⁊ filius hominis tradetur principibꝰ
ſacerdotuꝫ ⁊ ſcribis ⁊ condemnabunt eum morte ⁊ ſequitur tertia die reſurget. Item vt
nos ſpiritualiter ꝓuocaret qꝛ turpe eſt vt ſedeat ſeruus qñ coram eo ſurgit dñs. Item vt
futurã reſurrectionem eſſe ꝓbaret. Item vt potentiã ſue diuinitatis oſtẽderet quia mor⸗
tuos viuificare nõ eſt opꝰ nature ſed potẽtie diuine. Non eſt eñ regreſſus de priuatiõe
ad habituꝫ in via naturali. Item vt nos ad contempnendum terrena pro addipiſcenda
celeſti gl'ia aĩaret ⁊c. reſurrexit ergo tertia die naꝫ ſicut ianuis clauſis ad diſcipulos itra
uit ⁊ ſicut ſalua virginitate de vtero matris exiuit. ſic eum mortuuꝫ nec petra in qua iacu⸗
it nec militum cuſtodia potuit retinere 49 Queritur q̃re tertia die reſurrexit. Solu. vt
ꝓbaretur vere mortuus. Et ſicut in ore triũ teſtium ſtat omne verbum. ita de teſti. et ma⸗
thei. xviij. ſic in tribꝰ diebus experit̃ omne factũ prime ad Coꝝ. xv. Reſurrexit tertia die
Glo. ꝓbata vera morte. Et ſi argueret̃ ſic ſicut fuit ionas in vẽtre cete Mat. xij. tribꝰ die
bus ⁊ tribus noctibꝰ ⁊ poſtea reſurrexit. ſic erit filius hoĩs in corde terre tribus diebus
⁊ tribꝰ noctibꝰ h̄ ẽ in ſepulcro ⁊ poſtea reſurget. ſed chriſtus non fuit tribus diebus ⁊ tri
bus noctibus in ſepulcro per illud quod habetur ad Ro. vi. ſciẽtes ꝙ vetus homo no
ſter crucifixus eſt. ibi. d. glo. aug. ꝙ vna die ⁊ duabus noctibꝰ fuit xp̃s in ſepulcro ergo ⁊c
Solutio. cõputatio in ſcriptura fit duobus modis. vno mõ cũ preciſiõe vt im̃ ita ẽ ꝙ nec
plus nec minꝰ ⁊ ita dicit aug. ſuper illud ad Roma. vi. ſcientes ꝙ hõ crucifixus eſt ꝗ vna
die ⁊ duabus noctibus iacuit in ſepulcro. aliomõ fit cõputatio per ſynodochẽ ita vt per
partẽ intelligat̃ totũ ⁊ ita intelligitur autoritas beati mathei ⁊c. 50 Querit̃ q̃ hora re⸗
ſurrexit dominus. Quidã dicũt ꝙ media nocte quod probãt ꝑ illud Iudicũ. vi. Dormi
uit ſampſon vſqꝫ ad mediã noctẽ. Glo. ſampſon media nocte non ſolũ exiuit ſꝫ ⁊ portas
tulit. ſic ſaluator noſter non tantũ liber exiuit de inferno: ſed ⁊ clauſtra inferni confregit ⁊
habetur per glo. ꝙ chriſtus ꝑ ſampſonẽ deſignat̃ ergo media nocte. Alij dicunt ꝙ reſur⸗
rexit diluculo iuxta illud Mat. iij. elegit liſias ptolomeuꝫ. Glo. ab hora mortis xp̄i vſqꝫ
ad horaꝫ reſurrectionis. xl. hore cõputãtur. ergo diluculo reſurrexit. Nam. xl. hore ſũt ab
hora none paraſceues vſqꝫ ad diliculuꝫ diei dñice. Adhoc reſpondẽt illi prime opiniõis
ꝙ nõ ſurrexit diluculo. ſed debet intelligi illud de manifeſtatione reſurrectionis nõ de tẽ
pore: ⁊ ſic tenẽt ꝙ ſurrexit media nocte ſed eius reſurrectio nõ fuit manifeſta vſqꝫ dilucu
lo. Mater noſtra eccleſia videt̃ tenere ꝙ diluculo ſurrexit ⁊ idẽ tenet beatꝰ aug. i li. de tri.
Sꝫ qꝛ dicitur ꝙ multa corpora ſctõꝝ ſurrexerũt cũ eo 51 Querit̃ q̇d poſtea de eiſ actũ
eſt. So. dicendũ eſt ꝙ poſtea redacta ſunt in puluerẽ. vñ aug. Corpora ſctõꝝ de monumẽ
tis venientia ſe retraxerunt vt vltimã reſurrectionẽ expectent q̃uis aliꝗ fantaſtici tenuerit
ꝙ reſurrectio eoꝝ fuerit fantaſtica Contra quos Iohã. in. vi. c. teſtes non eſſent niſi ve
ra eſſet eoꝝ reſurrectio 52 Queritur quare diſcipuli cognouerunt xp̃m pociꝰ i fractiõe
panis q̃ in alio actu. So. qꝛ fractio xp̄i erat ſicut cultelli ciſſio 53 Querit̃ vlterius qua
re pociꝰ in domo q̃ in via. So. ſcḋm Bo. qꝛ veritas melius operando q̃ audiẽdo intelligi
tur 54 Querit̃ vtrũ thomas tetigerit cicatrices chriſti aut ſolũ viderit. So. ad ſuã fidẽ
ſibi ſuffecit videre ſꝫ ꝓpter noſtrã fidẽ tetigit. vñ dñs thome. Io. xx. qꝛ vidiſti me thoma
crediſti nõ eñ dicit qꝛ tetigiſti 55 Nota ꝙ reſurrectio xp̄i eſt cã ⁊ figura nr̃e reſurre⸗
ctionis cã ſupple motiua cõparatione noſtri. dũ eñ conſideramus gloriã reſurrectionis
xp̄i mouemur ad reſurgenduꝫ i nouitate vite. Figura eñ fuit qꝛ ſicut xp̃s reſurrexit in no
uitate vite ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Itẽ ſicut diem reſurrectionis chriſti p̄⸗
ceſſit dies mortis in paſſione ⁊ dies quietis in ſabbato ſequenti: ita gloriã noſtre reſurre
ctionis precedet in nobis mortificatio vicioꝝ ⁊ quies cõtemplationis eternoꝝ. Itẽ ẽ no⸗
tandũ ꝙ ſicut duplex eſt mors. ſ. aĩe ꝑ culpaꝫ ⁊ corporis per extinctionẽ ita duplex eſt re⸗

ſurrectio.ſ.aīe per gratiā ⁊ corporis per gloriā. Et ſicut aīe mors cauſauit mortē corporis vt habeṫ geñ.ij.ecōuerſo aīe reſurrectio cauſabit reſurrectionē corporis glorioſaꝫ 56 Itē ſciēdū eſt ꝙ quidā reſuſcitanṫ ficte ſicut ſamuel vt dicitur in hyſtoria eccleſiaſtica ꝗdā imꝑfecte vt lazarus iterū moriturus. quidā ꝑfecte ſicut xp̄s ſemper victurus.prima reſurrectio ſignificat cōuerſionē ypochritaꝝ.ſecūda recidiuātiū cōuerſionē. tertia cōuerſionē ꝑſeuerancīū ⁊c. Septimꝰ articulus eſt credere ꝙ aſcenderit ad celos ⁊ ꝙ ſedet ad dexteraꝫ dei patris omipotētis quē cōpoſuit beatus bartholomeꝰ de quo amos.ix.qui edificat in celo aſcenſionē ſuā.⁊ michee.ij aſcēdit iter pandēs ante eos 57 vñ dr̄ia eſt inter aſcenſionē aſſumptionē ⁊ euolationē ſeu eleuationē.qm̄ aſcenſio pertinet ad chriſtuꝫ aſſumptio ad beatā virginē.euolatio ſiue eleuatio ad alios ſanctos. Ratio huiꝰ eſt ꝗa aſcēſio fit propria virtute aſcendētis.aſſumptio vero virtute dei aſſumentis qua filiꝰ obſequitur matri.euolatio ſeu eleuatio fit miniſterio angeloꝝ. Item eſt notandum ꝙ ī loco eleuatoꝝ eſt diſtinctio chororū.locꝰ aſſumpte virginis eſt ſuper oēs choros. locus chriſti aſcendētis ſupra locū aſſumpte virginis 58 Queritur vtrū aſcenſio chriſti fuerit motꝰ naturalis vel violentꝰ. So. xp̄s propria virtute aſcēdit yſa.lxiij.quis eſt iſte qui venit de edon ⁊ ſequiṫ gradiēs in multitudine virtutis ſue.illud aūt quod dicit glo. ſuꝑ illud p̄s.angelis ſuis mādauit de te ſ.ꝙ manibus angeloꝝ ſublatus eſt xp̄s in celum intelligiṫ de obſequio venerationis ſicut rex fertur a militibus:papa ab ep̄is vel ſimilibus. vñ leo papa cū audis eleuatū agnoſce milicie celeſtis obſequiū.vñ.p̄s. Currus dei decem milibus multiplex milia letantium 59 Queriṫ ſm̄ quā naturā xp̄us deſcendit ⁊ aſcendit. So. deſcēſus diciṫ dupliciter.ſ.improprie⁊ proprie.improprie dr̄ deſcēſus de xp̄o ſm̄ diuinitatē deſcendit quidem diuinitas non localiter ſed inanitione qua exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens ad phi.ij.⁊ hec deſcenſio non ponit motū ſed terminū vnionis .glo.ſuꝑ illud ephe.x.deſcendit in inferiores ꝑtes terre. Deſcenſus aūt ꝓprie ē proprietatis ſubſtātie diffinibilis in loco ſm̄ ꝙ dicit Io. damaſ.deſcēdit eñ ſm̄ aīam ad inferos ꝗuis diuinitas fuerit cōiuncta aīe ⁊ corpori.ſm̄ corpus ⁊ aīam aſcēdit celos ⁊ ſic vtraꝗ fuit ſm̄ humanā naturā qꝛ diuinitas eſt vbiꝗ. Circa aſcēſionē chriſti ſūt octo cōſideranda que circūſtant. aſcēſioni ⁊ colliguntur in officio de aſcēſione.primū eſt ꝙ vidētibꝰ diſcipulis eleuatus eſt vt deſiderium veniendi ad ipſum excitaretur in eis. ſm̄ ꝙ nubes clara ſuſcepit eū ab oculis eoꝝ ꝑ vmbrā nubis ſignificaṫ ꝙ ieſuꝫ ñ poſſumꝰ videre in alto in hoc mortali corpore.tertium quia eleuatis manibus ferebatur in celum.eleuauit eñ manus propter duo.ſ.vt ſuos patri offerret.⁊ vt inimicos alte manu retracta percuteret.quartuꝫ quia benedixit eis vt eos contra hoſtem muniret ⁊ bonis celeſtibus augeret.quintum quia aſcendit in iubilatione quod refertur ad vocem iocunditatis redēptorū aſcendentium cum ipſo qui prius voce lacrimabili clamauerāt in parte inferni Aduenisti deſiderabilis quem expectabamus in tenebris. Sextum qꝛ aſcendit in voce tube.⁊ hoc refertur ad ſonum p̄dicatiōis ap̄loꝝ qui ſonus fuit eis tūc iniunctus dicēte dño. Eūtes in mundum vniuerſuꝫ predicate euāgeliū omni creature marci.xvi.⁊ extūc in omneꝫ terram exiuit ſonus eoꝝ. Septimū qꝛ aſcendens in altū captiuā duxit captiuitatem id eſt captiuos captiuitate inferni quos ſecū duxit. Octauū qꝛ dedit dona hoibus qꝛ oīa nr̄a bōa deſurſū ſunt ꝗ aſcendit dñs ieſus. Hoꝝ prima duo habenṫ act.primo.tertiū ⁊ q̄rtū luce.xxiiij.quintū ⁊ ſextū ꝑ p̄s. Aſcēdit deꝰ in iubilatiōe ⁊ dñs in voce tube.ſeptimū ⁊ octauū ſimiliter ꝑ p̄s.aſcēdens in altū captiuā duxit captiuitatē dedit dona hoibꝰ. regreſſus eſt ē ad celū tāꝗ obediēs deo patri tāꝗ bonꝰ mediator facta pace ⁊ ꝯcordia quo ad hoies tanꝗ ſtrenuus ꝓpugnator ꝯ̄ demones 60 Xp̄s eñ aſcēdit pluribꝰ de cāis. ſcꝫ ad quieſcendū poſt laborē quo fatigatꝰ fuit.xxxiij.annis nobis ſeruiēs ad intercedēdū ꝓ amicis pro quibꝰ vtiliter laborauit.vñ Ber.ſecurū habes acceſſū o hō ad deū vbi heſ filiū mediatorē ⁊ matrē interuenientē.filiꝰ oñdit patri latus ⁊ vulnera.mr̄ oñdit filio pectus ⁊ vbera ibi nulla pōt eſſe repulſa vbi tot cōcurrūt amoris inſignia ⁊c. Itē xp̄s aſcendit ad cōquerēdū de inimicis ꝓ ꝗbus vices ſuas inutiliter expēdit yſa.xlix.in vacuū laboraui. Itē aſcēdit xp̄s vt locū nobis p̄pararet Io.xiiij.vado parare vobis locū. Itē vt ſi



duciā in ip̄m ſp̄ādi nobis tribueret. Itē vt in corporalē poſſeſſiōꝫ eterne hereditatis nos
mitteret. Itē vt.ſ.ſ.mitteret Io.xvi.ſi nō abiero paclitus nō veniet ad vos Itē vt deſide
rium nr̄m pꝰ ſe traheret.can.i.trahe me poſt te. Itē vt nobis viā ad celū oñderet.dr̄ eñ lu
cevlīo. Eduxit primū dñs diſcipulos ſuos foras ciuitatē in bethaniā vt ipſi ꝑ eductiōꝫ
cognoſcerēt h̄ ſe non habere manentē ciuitatē.ꝙ aūt in bethaniā eduxit eos priꝰ ꝗ inter
pretaṫ domꝰ obediētie ſignificat ꝑ opera obedientie eos trāſituros ad celeſtia. poſt hec
fecit eos trāſire in montē oliueti.i.oliuaꝝ vt per montē intelligaṫ eminentia ſp̄ūs in cō
tēplatiōe.per oliuas ei puriſſimi pectoris deuotio deſignaṫ.xp̄s eñ fuit exaltatus in ter
ra per vite meritū ſupra terrā ꝑ crucis ſuſpendiū ſuꝑ celos ꝑ aſcēſiōis iubilū. Aſcenſio
xp̄i fuit angelis mirabilis yſa.lx. ꝗs eſt ille qui venit de edon tinctis veſtibꝰ de boſra
⁊c.fuit demonibꝰ terribilis primo Ro.iiij.cū veniſſet archa dñi ī caſtra vociferatꝰ eſt po
pulꝰ iſrael cū clamore grādi ⁊ timuerūt philiſtini dicētes nō fuit tanta exultatio ab heri ⁊
nudiuſtertius ue nobis hec ſunt verba philiſtini qñ vociferabantur filij iſrl̄ dum addu
cereṫ archa federis de ſilo in caſtra vt ꝑ eā dñm adiutorē hērent in ꝓlio. hoibꝰ eſt ſaluta
ris ſicut ſuꝑius pꝫ de multiplici fructu aſcēſionis. Aſcēdit xp̄s patēter.qꝛ vidētibus illis
eleuatus eſt potenter qꝛ eleuatis manibus ferebaṫ.gaudenter.qꝛ in iubilatiōe aſcēdit de
center.qꝛ cū duabꝰ turmis gradiebaṫ.ſ.hoim ⁊ angeloꝝ nō tñ dico ꝙ ibi fuerint angeli
in adiutoriū neceſſitatis ſꝫ in obſequiū dignitatis.hoies quoꝗ dico illos ꝗs dñs de iſe
ris liberauit ⁊ qui poſt reſurrectionē vſꝗ ad aſcēſionē mortui ſunt de numero ſaluādo
rū nec purgatorio vlterius indigētes aſcēdit clemēter qñ bñdixit illis. Queritur quare
xl.die aſcēdit. So.d.glo.act.i.xl.horis mortuꝰ fuerat xp̄s ⁊ cū iſte.xl.hore fuerint tēpus
tribulatiōis ap̄loꝝ.xl.dies debuerūt eē ꝓ tp̄e ꝯſolatiōis ei ſic dilatata fuit aſcēſio vt ve
ritas reſurrectiōis ꝓbareṫ. Itē vt poſt paciētiā nr̄am informaret quā mercedē debemꝰ
equanimiter expectare ſicut agricola nō ſtatim poſt ſemiationē metit ſed fructuum matu
ritatem expectat ⁊c. Queritur ꝗd ſibi velint illa verba ſedet ad dexterā dei patris. So
lutio ꝑ h̄ duo intelligūtur.ſ.eq̄lis maieſtaṫ ad quā ſedet ſm̄ diuinitatē ad hebre.viij.taleꝫ
hēmus pōtificem ꝗ cū ſedet in dextera maieſtatis in excelſis. Itē intelligiṫ ꝑ dexterā po
tiora bona glorie in quibus xp̄s ſedet ſm̄ humanitatē qm̄ collatū eſt ei a deo ꝗcꝗd ꝯferri
potuit ⁊c. Queritur vtrū aliqua iocūditas ocurrerit xp̄o ex ſua aſcēſione. So. nō ꝗ ad
numerū gaudioꝝ qꝛ de nullo gauiſus fuit ī aſcēſiōe ſua de ꝗ prius nō gauderet.p̄ſciebat
eñ ſe ſeſſurū ad dexterā p̄ris.tñ nouꝰ modꝰ gaudēdi accreuit humanitati cū ꝑ experiētiā
ſciuit ⁊ vidit miliciā angeloꝝ ſibi ſubiectā vñ p̄s.delectatōes ī dextera tua.gl.delectatio ⁊
leticia erit mihi ī ꝯſpectu tuo hūanis obtuitibꝰ ſubſtracto ſm̄ Bona.q̄ſtio illa tractatur
cōpēdiū tñ theo.d.ꝙ aſcēſio fuit tā ad locū ꝗ ad dignitatē.inquātū quid fuit ad locuꝫ ſic
aſcēdit ſuꝑ oēs celos.i.vſꝗ ad digniſſimū locū celi ēpirei eo ꝙ xp̄i corpi nobiliſſimo debeṫ
taṫ locꝰ:tñ nō ē dicēdū ꝙ xp̄i corpꝰ ſit obligatū ad illū locū ſꝫ qꝛ illi locꝰ ille ſit ſm̄ cōgruē
tiam deputatus. Inquantū vero aſcenſio fuit ad dignitatē ſic aſcendit ad equalitatē pa
tris quo ad diuinitatē ⁊ ad ꝑmi perfectionē quo ad hūanitatē intelligendo experimen
taliter vt ſupra habitum eſt. Ex quibus cōcludiṫ ꝙ ſedet ad dexteram patris nō eñ quo
ad ſitū qui patri nō cōpetit.ſed quo ad excellentiā duplicē ſicut dictū eſt. qꝛ ꝑ dexteram
intelligitur vel equalitatis maieſtatis que cōpetit chriſto ſm̄ diuinitatem vel perfectio ꝓ
mij que competit ſibi ſm̄ humanitatē. Merito ſedere dr̄ xp̄s ad dei dexterā qꝛ laborauit
p̄s. In laboribus fui a iuuentute mea. Itē dici ṫ ſedere ad dexterā dei qꝛ diu fuit in ſiniſtra aduerſitatis p̄s. Afflictus ſuꝫ ⁊ humiliatus ſum nimis. Sꝫ videṫ ꝙ xp̄m aſcēdiſſe ñ
ſit articulus ⁊ ꝙ aliquis ſine peccato poſſit illud credere eſſe verū. Nā de magdalena dicit Io.xij.ſuꝑ illud Noli me tangere in glo. ꝙ illa adhuc in illū carnaliter credebat quē ſicut hoiem flebat.cui ait noli me tāgere.i.ſic in me crede.nondū eñ in corde tuo aſcēdi ad
patrē.i.nondū credis me equalē patri.tūc aūt tāges cū me patri equalē credes.ergo magdalena nō credidit ip̄m aſcēdiſſe ad celos.i.ip̄m eē equalē patri.⁊ tñ cōſtat ꝙ habebat
caritatē.ergo relinquiṫ ꝙ ille nō eſt articulus.ꝙ ipſa haberet caritatē pꝫ.qꝛ ſuꝑ Io.xx.c.
Gloſa ex nimio amore. Itē cātat eccl'ia ꝙ recedētibꝰ diſcipulis
tenuit ad ſymonē petrū.

nō recedebat ſed nimio amoris igne ſuccēſa ardebat deſiderio. Ad hoc dicunt quidā ꝙ magdalena non credidit ⁊ dicūt ꝙ nō habuit caritatē tunc. ⁊ exponunt illas autoritates dicētes ꝙ debent intelligi de amore naturali nō gratuito. vñ dicunt ꝙ ī ſola beata virgīe remāſit fides de xp̄o ꝙ eſſet verus deus ⁊ verus homo. ⁊ propter hoc dicūt eius memoriam fieri in ſabbato. Alij dicūt ꝙ magdalena habuit caritatē ⁊ ꝙ opponit̄ de glo. ſuper illud. Noli me tangere ⁊c̄. dicunt ſic exponēdo nōdū credis me equalē patri. i. credēdo nōdū aduertis. quaſi diceret ꝙ credebat habitu ſꝫ nō aduertebat actu. ⁊ hoc credo meli⁹. Nā ſi aduerteret ꝙ ei peccata dimiſiſſet eum deū crederet. Et ad hoc ꝙ ipſi dicūt de beata virgine ꝙ propt̄ hoc in die ſabbati fiat cōmemoratio ei⁹ ꝙ ſola ſtetit ī vera fide. dicūt ꝙ hec nō eſt cā: ſed quia ipſa maxime paſſa fuit propter paſſiōeꝫ filij ſui ſm̄ v̄bū ſymeōis Luce. ij. ⁊ tuā ipſi⁹ aīam ꝑtranſiuit gladius propter hoc ſicut ī ſexta feria celebratur mēoria paſſionis xp̄i ita in die immediate ſequēte debuit celebrari memoria beate virginis cū maxime paſſa fuerit in paſſione filij ſui. Octauus articulus eſt credere eius aduentū ad iudiciū. ibi Inde venturus iudicare viuos ⁊ mortuos. quē cōpoſuit beatus mathēus de q̄ Johe. iij. In valle ioſaphat iudicabit oēs gētes. ⁊ in eodē ca. Cōgregabo oēs gētes ⁊ deducā eas in valle ioſaphat ⁊ diſceptabo cū eis ibi. ⁊ in eodē ca. Conſurgēt et aſcendēt gētes in vallē ioſaphat. q2 ibi ſedebo vt iudicē oēs gētes in circuitu. Querit̄ de veritate huius articuli nā ſup̄ illud. ps. Impij nō reſurgūt in iudicio. Glo. diſtinguit quatuor ordies futuros ī iudicio. Nā quidā iudicabūt ⁊ non iudicabunt̄ ſicut ꝑfecti ⁊ viri apoſtolici. quidā iudicabunt̄ ⁊ nō iudicabūt ſicut mali xp̄iani. quidā iudicabūt ⁊ iudicabūtur ſicut mediocriter boni. quidā nec iudicabūt nec iudicabunt̄ q2 iam iudicati ⁊ ꝯdēnati ſūt ſicut infideles. de quib⁹ dr̄ Jo. iij. q̄ nō credit iā iudicatus eſt. So. ad q̄ſitū ꝙ chriſtus iudicabit viuos ⁊ mortuos q2 oēs ſtabūt aīi tribunal xp̄i ſcd̄e ad corꝫ. v. oēs nos manifeſtari oꝫ aīi tribunal xp̄i vt referat vnuſq̄ſq; in corꝑe ꝓprie q̄ geſſit ſiue bonū ſiue malum vñ Jo. v. pat̄ nō iudicat quēquē: ſꝫ oē iudiciū dedit filio ⁊c̄. Sꝫ dr̄ nō iudicare oēs q2 nō exercebit̄ in oēs ſolēnitas iudicij vtpote illud eſuriui ⁊c̄. cū illis q̄ fuerūt extra eccl̄iaꝫ vt d. glo. ſup̄ illō math. xxv. ſtatuet quidā oues a dextris. Nonus arti. eſt credere in. ſſ. ibi. Credo ī. ſſ. quē cōpoſuit Jacob⁹ minor. de q̄ agei. ij. ſp̄us me⁹ erit in medio vr̄ꝫ nolite timere. In ſymbolo ſctōꝝ patrū addit̄ q̄ ex p̄re filioq; ꝓcedit qō negāt greci. Dicūt ei ꝙ ex p̄re ſolo ꝓcedit ſup̄ illō Jo. xv. ſpm̄ veritatis q̄ a patre ꝓcedit. nō legit̄ aūt vt dicūt in euāg. ꝙ ꝓcedat a filio q̄re ⁊c̄. Ad h̄ tñ rñdendū ē ꝙ neceſſariū ē credere. ſſ. ꝓcedere ab vtroq; ⁊ tñ. grecis ꝙ lꝫ legat̄ ꝙ ꝓcedat a p̄re nō tñ a ſolo p̄re. ⁊ iō ab vtroq; ꝓcedit nō tā̄ꝙ a duabus cāis ſeu p̄icipijs: ſꝫ tā̄ꝙ ab vno p̄icipio. Decim⁹ ar. eſt credere vnā ſanctā eccl̄iaꝫ catholicā ī q̄ eſt cōmunio ſctōꝝ per quā fit remiſſio pctōꝝ hijs q̄ ſunt in ea ꝑ gr̄am ſp̄us ſancti in ſacramentis ⁊c̄. vel ſic credo inq̄ꝫ illos qui ſunt de cōmuniōe ſanctoꝝ per veram fidē. i. mēbra eccl̄ie ꝑ que remittunt̄ peccata virtute ſacramentorum ⁊ gr̄e. ſſ. effectiue in ipſis ſacramētis oꝑantis quē copoſuit beat⁹ ſymon. d. Credo ſanctā eccl̄iam catholicaꝫ ſctōꝝ cōionē remiſſiōeꝫ pctōꝝ: de quo ſopho. ij. hec eſt ciuitas glorioſa habitās in confidētia que dicebat in corde ſuo ego ſum ⁊ extra me nō eſt alia. ⁊ ſequit̄ pro eodē articulo Malach. ij. Cum odio habueris dimitte dicit dn̄s de⁹ iſrael. Queritur cum fides ſolum ſit de deo qui eſt prima veritas ⁊ de eo qō eſt circa deū ſicut de hūana natura que eſt ei coniuncta. eccleſia vero nullū iſtorum ſcit qualiter dicit chriſtianus credo eccl̄iaꝫ ſctām So. q2 eccl̄ia eſt corpus xp̄i miſticū. xp̄s vero caput. vt ergo plene habeat̄ fides de capite neceſſe eſt credere corp⁹ qō eſt eccl̄ia catholica. Querit̄ q̄re nō dr̄ in vnā ſanctā eccleſiam. ſicut dicit̄ credo ī. ſſ. So. q2 qñ dr̄ credo in. ſſ. ibi notat ſimpliciter finē vt ſit ſenſus Credo in. ſſ. ⁊ credēdo tendo in eū ſicut in finē. eccleſia vero nō eſt finis vltimus: ſed pocius via ad finē. iō ⁊c̄. Undecim⁹ arti. eſt credere carnis reſurrectionē ibi: Carnis reſurrectionē quē cōpoſuit iudas frater ſymonis de quo zachar. ix. Suſcitabo filios tuos ſyon. ⁊ Ezechielis. xxxvij. Oſſa arida audite verbū dn̄i hec dicit dn̄s de⁹ ecce ego intromittaꝫ in vobis ſpiritū ⁊ viuetis. ⁊ Yſa. xxvi. Uiuent mortui tui ⁊ interfecti tui reſurgēt. Expergiſcimini ⁊ laudate qui habitatis in puluere. Si chriſtus ſua virtute mortuus

ſurrexit. veriſimile eſt ꝙ ipſe iam viuens mortuos reſuſcitare poſſit. Duodecimus articulus eſt credere remunerationē beatoꝝ vitam eternā: ⁊ dānatorū ſiue reproboꝝ punitionē. ſ. penā eternam. ibi Uitam eternā. quem cōpoſuit beatus mathias de quo abdic. primo. Et erit dn̄s regnū. ⁊ dañ. vij. Suſcipiet aūt regnū ſancti dei altiſſimi ⁊ obtinebūt vſq; in ſeculū ⁊ ſeculū ſeculorū. qui carnis reſurrectionē fideliter credit non timet miſeꝝ corpus expendere in ſeruitio chriſti ex quo ſperat ſe receptuꝝ illud cum quadruplici gloria claritatis: impaſſibilitatis: ſubtilitatis: ⁊ agilitatis.

Sed tamen hos aliquis ſic diſtinxere periti:
Sed nihil augetur fidei ſic nec remouetur.
Unum crede deum: perſonis dic fore trinum.
Sunt pater ⁊ natus et pneuma ſacrum deus vnus.
Cuncta creans peccata lauans ⁊ premia donans.
Conceptus natus cruce mortuus infera fregit.
Surrexit ſcandit cunctos cenſere redibit.

In iſta parte actor noſter determinat de articulis fidei habendo reſpectū ad illa q̄ radicalit̄ tenent̄ credere. d. ꝙ iſto reſpectu ſunt. xiiij. articuli fidei quoꝝ. vij. ꝑtinent ad diuinitatē q̄ ſignantur in apo. i. ⁊. ij. ca. vbi Jo. vidit ſimilē filio hoīs ad dexteraꝫ habentē ſeptē ſtellas luminoſas que ſunt ſeptē articuli reſpicientes diuinitatē. Prim⁹ articulus eſt credere vnū eſſe deū qui tangit̄ ibi in textu Unū crede deū. Secūdus articul⁹ credere deū patrē eſſe deū. Tertius credere deū filiū eſſe deū. Quart⁹ credere. ſſ. eſſe deū. Et hoc eſt credere trinitatē perſonaꝝ. ⁊ iſti tres articuli tangūtur in textu vbi dicit̄ Perſonis dic fore trinum. ſunt pater ⁊ natus ⁊ pneuma ſacrum deus vnus propter eſſentiam Querit̄ cū vnus ſit deus q̄re dant̄ tres articuli de deo. So. h̄ fit ꝓpt̄ diſtinctionē perſonaꝝ: q2 quantū ad eſſentiā eſt vn⁹ articul⁹ q2 vn⁹ de⁹. Credere eñ debem⁹ vnā eſſentiā in trib⁹ ꝑſonis p̄re ⁊ fi. ⁊. ſſ. ſ. ꝙ pater ⁊ fi. ⁊. ſſ. vnus eſt de⁹. Pro cui⁹ aliquali ſimilitudine accipe ſolē in quo ſunt tria ſ. ſbā. ſ. ſplendor ⁊ calor q̄ intm̄ ſunt inſeꝑabilia vt ſi velis in de ſplēdorē ſegregare priues mūdū ſole. Et ſi iteꝝ tēptes calorē remouere careas ſole ſꝫ aug. xi. de trini. In ignea ſbā intellige patrē. in ſplēdore filiū. ī calore. ſſ. ⁊ idē ſm̄ Ancel. ⁊ elucidariū in his trib⁹ ꝑſonis nihil mai⁹ aut min⁹. nihil pri⁹ aut poſteri⁹ q̄m̄ coetne ſunt ⁊ coeq̄les ⁊c̄. Sꝫ h̄ dicit beat⁹ Ber. pluralitatē ꝑſonaꝝ ī vnitate eſſentie ⁊ ipam vnitateꝫ eſſentie ī pluralitate perſonarū ſcrutari eſt temeritas. pietas aūt credere. noſſe vero vita eterna. ⁊ illud recitat Al. ī. i. li. ſui cōpen. Quint⁹ articul⁹ ē credere deū oīa creaſſe ī eſſe nature ex nihilo q̄ tāgit̄ ibi Cūcta creās. Sext⁹ arti. ē credere ꝙ de⁹ recreet oīa ī eſſe gr̄e q̄ tāgitur ibi Pctā lauās. Ali⁹ articul⁹ ē credere ꝙ de⁹ reſuſcitabit bonos ī collectiōe glorie Et malos in reprobatione vite q̄ tangitur ibi premia donans. iſta expoſitio eſt iuxta litteram actoris. Iſtorū. vij. articulorū ad diuinitatē ſpectantiū ſufficientia poteſt ſic haberi. q2 aut reſpiciūt eſſentiā ī ſe: ⁊ eſt vnus articulus. ſ. ꝙ eſt vnica ⁊ ſimplex eſſentia diuina ⁊ hoc innuit̄ credo in deū. Aut reſpiciūt perſonas diuine eſſentie: ⁊ ſic ſunt tres articuli q̄rum vnus eſt. Credo in patrē omnipotentē. ſecundus. Et in ieſum xp̄m filiū eius vnicuꝫ dn̄m noſtrū. terti⁹. Credo in ſpiritū ſanctū. Aut reſpiciūt diuine eſſentie operatiōes ⁊ hoc poteſt fieri tripliciter ſm̄ ꝙ tres eius ſunt operationes. quarū vna eſt in colatione nature: ⁊ hec eſt creatio. alia eſt in colatione gratie: ⁊ hec eſt ſanctificatio. alia ē in colatiōe ſeu datione glorie: ⁊ hec ē reſuſcitatio. ⁊ ſm̄ hoc ſunt tres articuli. vn⁹ Credo ī creatoreꝫ celi ⁊ terre. alius Sctām eccl̄iaꝫ catholicā. ſ. cū remiſſione pctōꝝ. alius Carnis reſurrectionē ⁊ vitā eternā. ſm̄ eni albertū in ſuo cōpendio primus articul⁹ ſpectās ad diuinitatem eſt credere in vnū deū. ſecundus Credere deū patrē eſſe deū. tertius Credere filiū eſſe deum quartus. Credere. ſſ. eſſe deū. quint⁹. Credere remiſſionē pcōꝝ fieri ꝑ grām. ſſ. his q̄ ſunt in eccleſia. ſextus articulus Credere mortuoꝝ reſurrectionē. ali⁹ Credere beatoꝝ remunerationē ⁊ maloꝝ puniſſionē. primus ibi Credo in deū. ſecundus ibi. Patrē oīpotentem

tertius ibi Et in ieſum chꝛiſtũ filiũ eius vnicũ dñm noſtrũ. quart⁹ ibi Credo in .ſſ. quint⁹
ibi Sanctam eccleſiã catholicã ⁊c. Sextus ibi Carnis reſurrectionẽ. Congrue ſequitur
ille articulus Carnis reſurrectionẽ remiſſionẽ pctõꝝ nã remiſſio pctõꝝ eſt reſurrectio aie
q̃ eſt reſurrectio prima ad quã ſequitur reſurrectio coꝛpoꝛis gloꝛificati que eſt reſurrectio
ſecunda. Alius ibi Vitã eternã. per vitã eternã faciliter cõpꝛehendit̃ dãnationẽ eternaꝫ
repꝛoboꝝ: cũ cognitio vno oppoſitoꝝ facilit̃ cognoſcat̃ reliquũ. primũ ⁊ ſcḋꝫ ꝓpoſuit be
atus Petrus. tertiũ beatus Andreas. quartũ. beatus Bartholomeus quintũ beat⁹ Sy
mon. ſextũ beatus Matheus. ſeptimũ beatus Mathias. ¶ Septẽ articuli ſpectantes
ad humanitatẽ ſignant̃ in apo. capitulis pallegatis vbi vidit Jo. vij. candelabꝛa aurea q̃
q̃dẽ articuli ſunt manifeſti in lr̃a ac. ibi. Cõceptus natus. cruce moꝛtuus. iferna fregit ſur
rexit. ſcãdit. cunctos cenſere redibit. primũ ⁊ ſecundũ ꝓpoſuit Jacob⁹ maioꝛ. tertiũ Jo.
quartũ Thomas. quintũ Mathe⁹: ſextũ Jaco. minoꝛ. ſeptimũ Philippus. Hoꝝ ſeptem
articuloꝝ ſufficientia põt ſic haberi. actus chꝛiſti q̃ oꝛdinat̃ ad noſtrã repationem eſt ſim
plex: quoꝝ primus eſt incarnari ⁊ de hoc eſt vn⁹ articulus ibi. Qui ꝯcept⁹ eſt de ſpiritu ſã
cto. ſecundus eſt naſci: ⁊ ſic eſt alius articulus ibi Natus ex maria virgine. tertius eſt pre
ciũ ꝓ nobis ſoluere: ⁊ ſic eſt alius articulus ibi Paſſus ſub poncio pylato crucifixus moꝛ
tuus ⁊ ſepultus. Queritur circa iſtud cũ hic ſint quattuoꝛ actus differentes. ſ. paſſus
crucifixus. moꝛtuus, ⁊ ſepultus. quare nõ faciunt quattuoꝛ articulos ſicut iſti duo cõcipi
⁊ naſci faciunt duos. Solutio. iſti quattuoꝛ actus ſub vno articulo cõpꝛehendunt̃ ꝓpt̃
cõtinuitatẽ tpis: qꝛ iſti actus q̃uis poſſent dici paſſiones: fuerũt tamẽ eodẽ die. ꝯcipi aũt
⁊ naſci non ſic. quartus infernũ ſpoliare. ⁊ ſic eſt alius articulus ibi Deſcẽdit ad inferna
quintus eſt de moꝛte triũphare: ⁊ ſic eſt alius articulus ibi Tertia die reſurrexit a moꝛtu
is. ſextus ad celũ aſcendere. ⁊ ſic eſt alius articulus ibi Aſcẽdit ad celos ſedet ad dexterã
dei patris omnipotentis. alius eſt ad iudiciũ venire: ⁊ ſic eſt alius articulus ibi Inde ve
turus iudicare viuos ⁊ moꝛtuos. ⁊ hoc ſm Bonauen. Queritur vtrũ illos qui pre
ceſſerunt aduentũ chꝛiſti opoꝛtuerit credere articulos humanitatis. Solutio. null⁹ poſt
lapſum ade potuit ſaluari abſq; fide mediatoris: tñ explicite hi ſoli credebant quib⁹ de⁹
reuelauerat articulos hũanitatis. alij vero credebant iplicite. Implicite aũt credere illos
eſt expectare redẽptoꝛẽ futuꝝ. vnde beatus Auguſtin⁹. eadẽ fides mediatoris ſaluos fa
ciebat antiquos puſillos ⁊ magnos. quia ſicut nos credimus chꝛiſtũ i carne veniſſe: ſic
illi venturꝝ ſicut nos moꝛtuũ: ſic illi moꝛituꝝ. Pro maioꝛi declaratione ꝓmiſſoꝝ eſt no
ſtulit pauperibus potius addit peccatum ꝙ̄ minuit. e. q. v. c. Forte. ⁊. c. Ab illo. §. Quod
vero. ⁊ idem Aug. ⁊ Eccleſia. xxxv. Noli offerre munera praua: quoniam nō accipiet illa
dominus. Si enim res aliena propter quam peccatum eſt reddi poſſit ⁊ non reddit̄ peni
tentia non agitur: ſed ſimulatur nec dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatuꝫ. xiiij. q. v
c. Niſi res. ⁊ idem Auguſtinus. breuiter de illicite acquiſitis quorū non transfertur domi
nium ⁊ ſi transferatur tamen competit repetitio nō pōt fieri elemoſyna. vt in vſura. ar. ex̄
de iureiurā. ca. Debita res. vt in ſymonia ex̄ de ſy. capitulo Veniens ⁊c̄. Qui enim facit
elemoſynam de ſubſtantia pauperis eſt ſicut qui victimat filium in conſpectu patris. Ec
cleſiaſtici triceſimoquarto. ergo tales qui male acquirunt ⁊ acquiſierunt ſunt nimis inſen
ſati ſi credāt ſic ſatiſfacere. de illa materia tractabo lati⁹ iferi⁹ in rubrica de elemoſyna ⁊c̄.
Dona iniquorum non probat altiſſimus nec reſpicit in oblationibus eoꝝ nec in multitu
dine ſacrificiorum eorum propiciabitur peccatis. Eccle. triceſimoquarto. Vſurarius em̄
aſſimilatur cuidā vaſi habenti vnicum foramen per quod denarij mittuntur infra. ſed per
illud non poſſunt rehaberi ſed vt habeantur oportet vas confringere. ſic eſt de vſurarijs
Primo qꝛ non reſtituunt quibus tenent̄. ſecundo ſi contingat quod raro accidit ꝙ ſalicꝫ
reſtituāt hoc eſt in fractione vaſis: ſcilicet in morte. vnde Seneca. auarus nunꝙ̄ bonū fa
cit niſi cum moritur. Vſurarij enim hereditas libenter non tranſit ad tertiū heredem. vn
de Eccle. xli. Filiorum peccatorum peribit hereditas ⁊ cum ſemine eorum aſſiduitas op
probrij. ⁊ eodem viceſimoprimo. Qui edificat domum in predijs alienis quaſi qui colli
git lapides nudos in hyeme: edificium enim quod fit in hyeme cito ruit. ſic diuitie acquiſ
ſite male cito dilabuntur. ideo dicitur Eccleſiaſtici vndecimo. Non manſeris in operibuſ
peccatorum. Breuiter omnes vſurarij ⁊ eorum heredes niſi reſtituerint penam eterne dā
nationis incurrunt. Eze. viceſimoſecundo. vſuram ⁊ ſuperabundantiā acceperunt ama
re proximos ſuos calūniantes ecce congregabo eos in mediū fornacis ⁊ in indignatione
furoris mei ſuccēdam in eam ignem ad conflandum ad hoc concordat illud pſalmiſte. do
mine quis habitabit in tabernaculo tuo ⁊c̄. ⁊ ſequitur reſponſio. Qui ingreditur ſine ma
cula ⁊ operatur iuſticiam. qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram: ⁊ munera ſuper inno
centem non accepit ⁊c̄. hi introibunt ⁊ habitabunt in tabernaculo altiſſimi. igitur a ſen
ſu oppoſito qui dederit pecuniam ſuam ad vſuram ⁊c̄. non habitabit ergo damnabitur
⁊c̄. Aliud inconueniens eſt fraus in mercatoribus ⁊ negociatoribus. vnde Leuitici deci
monono. Ego dominus deus nolite facere aliquid iniquum in iudicio in regula in pōde



re in menſura ſtatera iuſta ⁊ equa ſint pondera iuſtus modius ⁊ equus ſextarius ego do
minus de⁹ veſter ſtatera doloſa abbominatio eſt apud deū. prouerbiorum vndecimo. ⁊ ſe
quitur in eodem ⁊ pondus equum voluntas eius. Iſtud enī inducit duplex inconueniēs
ſpirituale ⁊ temporale. vt habetur Deuteronomij viceſimoquinto. nō habebis in ſacculo
tuo diuerſa pondera. maius ⁊ minus non erit in domo tua. modi⁹ maior ⁊ minor vt mul
to viuas tpe ſuper terram. De ſpirituali habetur Michee ſexto. Nunꝗd iuſtificabo ſtate
ram impiam ⁊ ſacculi pondera doloſa in quibus diuites eius repleti ſunt. ⁊ eodeꝫ. adhuc
ignis eſt in domo impij ⁊ theſauri iniquitatis ⁊ menſura minor ire plena. aliquando em̄
vendunt plus ad terminum. Aliquando oſtendunt vnum ⁊ vendunt aliud. Aliquando
celant verū ⁊ decipiunt ignorantes. aliquando eligunt loca obſcura ne emptor agnoſcat
defectū rei in quibus ſe oſtendunt filios tenebrarū: ideo nō recedant de tenebris Iob de
cimoquinto. vnde pſalmiſta. Vani filij hominū mendaces filij hominum in ſtateris vt de
cipiant. nolite ſperare in iniꝗtate ⁊ rapinas nolite ꝯcupiſcere diuitie ſi affluant nolite cor
apponere. Ex auaricia ſequuntur multotiens mendacia patet per experientiā in vendi
toribus qui mentiuntur vt altiori precio vendant. de quibus loquitur Salomon in Ec
cleſiaſtico. Aſſiduitas viri mendacis peior eſt ꝙ̄ fur. Ex auaricia inducunt̄ aliqn̄ periuria
qd eſt nimis deteſtabile aſſumere nomen dei in vanū. Ex auaricia ſequitur ſymonia. Vn̄
ſymonia eſt proprie voluntas emendi vel vendendi aliquod ſpirituale ſeu annexum ſpiri
tuali. i. q. i. in continuatione rubrice ⁊ contrahitur tribus modis principaliter. manu. ob
ſequio. ⁊ lingua. e. q. capitulo Sunt nonnulli. manu quando aliquis obtinet ſpirituale p
pecuniā ſeu per aliud donū equiualens. lingua quando quis obtinet beneficium ſeu ali
quod ſpirituale per preces dominorum per adulationes ⁊c̄. obſequio quādo aliquis ob
tinet beneficium pro ſeruitio ſuo ſicut ſunt mangones ⁊ ſimiles inepti ſeruitores qui ſer
uiunt dominis pro obtinendo beneficia in recompenſatione ſuorum ſeruitiorum ⁊c̄. Et
intelligatis quando iſto modo obtinent beneficia que al's de iure non obtinerent. Nam
ad miniſterium ⁊ diſpenſationem patrimonij chriſti debent eligi viri probi ac timentes
deum. vnde Exodi decimooctauo dixit dominus Moyſi. Prouide autem de omī plebe
viros potentes ⁊ timētes deum in quibus ſit veritas ⁊ qui oderint auariciam ⁊ cōſtitue
eos centuriones decanos ⁊c̄. oportet enim epm̄ eſſe ſine crimine ſicut dei diſpenſatorem
non ſuperbum: non iracundum: non violentum: non percuſſorem: nō turpis lucri cupidū
ſed hoſpitalem benignum. ſobrium: iuſtum: ſanctum: continentem: bene docentem: non lu
cri gratia: ad Titū primo capitulo. Et nota per epiſcopū omnē qui accipit curam paſtora
lem. ab epi quod eſt ſupra ⁊ copos quod eſt labor. vel ſcopin quod eſt intendens: q̄ſi ſup̄
gregem ſibi commiſſum laborās ⁊ intendens ⁊c̄. Vnde Gregorius. habentibus curam
animarum tacere perniciosum eſt quoniam ſacerdos ingrediens moritur ſi de eo ſonitus
predicationis non audiatur. Nec quiſꝙ̄ ſibi aſſumat honorem niſi qui vocatus fuerit a
deo tanꝙ̄ Aaron ad Hebreos quinto. Talis enim Aaron oſtenſus fuit dignus ſacerdo
tio per virgam que fronduit floruit ⁊ fructū fecit. Numeri decimoſeptimo. hoc eſt dicere
ꝙ nullus preſumat accipere beneficiū niſi ſit probate vite ſane doctrine iuſto titulo ⁊c̄. vn̄
Eze. xxxiij. ſpeculatorē te dedi domui iſrael audiēs igit̄ ſermonē meū annūciabis eis ex
me ſi em̄ nō fueris locut⁹ vt ſe cuſtodiat impi⁹ a via ſua mala ⁊ ipe ipi⁹ iniꝗtate ſua morie̅t
a te autem ſanguinem eius requiram. Si te autem annunciante non fuerit cōuerſus mo
riatur tu autem animam tuā liberaſti ⁊c̄. Damaſius papa loquens de magnitudine iſti⁹
vicij dicit omnia crimina ad comparationem ſymoniace hereſis quaſi pro nihilo reputā
tur. ⁊ in. c. Per tuas. ex̄. de ſy. ⁊. i. q. vlti. c. vlti. ſunt enim nonnulli ꝗ miniſtrant ſacramenta
precio appreciato ⁊ pacto expreſſo vt in celebratione miſſarum ⁊c̄. quod eſt nimis cōtume
lioſum qꝛ non eſt aliquis ita pauper qui non indignaretur ſi quis vellet eum ad foꝝ duce
re ⁊ eum venalē exhibere: ideo dicit ſaluator noſter Mat. x. gratis accepiſtis gratis date
vnde. i. de ſy. c. i. c. Non ſatis. ⁊. c. Ad noſtrā habetur ꝙ p miniſterio eccleſiaſtico exercen
do ſiue pro vicarijs aſſignandis ſiue pro criſmate pecunia nullaten⁹ eſt exhibēda. ſi aūt

ſponte detur ⁊ ſine aliquo pacto poteſt recipi. vnde legitur in actibꝰ apoſtoloꝝ act. viij.
ꝙ ſymon q̄ ante fuerat in ciuitate magꝰ obtulit pecuniā apoſtolis dicens. date mihi hāc
poteſtatem vt cuicūq; impoſuero manus accipiat ſpiritūſanctū. cui beatus petrꝰ pecunia
tua tecum ſit in perditionem q2 donū dei eſtimaſti pecunia poſſideri. Tales em̄ ſymonia
ci deteriores ſunt iuda q2 iudas vendidit chriſtum mortalem iſti autem vendunt immor
talem. iudas reſtituit ⁊ penituit: iſti autē ſimoniaci nunq̄ vel raro reſtituunt nec ſimiliter
penitent. ideo tales non ſaluant̄ quia oportet renunciare beneficio ſimoniace acq̄ſito ſeu
cuiuſcūq; ſimili ſpirituali ſeu annexo ſpūali per ſimoniaȝ obtento. i. q. iij. c. Si q̄s dator.
ſi querant ſaluari quod raro contingit quia ſicut piſcis in naſam egreſſus nō de facili re
greditur. ſic ſimonicus non de facili renunciat beneficio ſeu aliȷ̄ ſimonice acquiſito ⁊ tamē
aliter ſaluari non poteſt. Tales enim ſimoniaci exheredant filios dei a patrimonio chriſti
quia intruſi patrimoniū chriſti occupant iniuſte ⁊ indebite ⁊ illos quibus de iure debet̄
expellunt ergo eos exheredant. Tales enī vocantur fures ⁊ latrones. Johannis decimo
Qui non intrat per hoſtium in ouile ouiū ſed aſcendit aliunde ille fur eſt ⁊ latro. p me au
tem ſi quis introierit ſaluabitur eodem. qui enim intrat per hoſtium ipſe eſt paſtor ouiuȝ.
chriſtus autem eſt hoſtium per quod oportet intrare beneficium. eodem. per ſimoniā em̄
accidit ſepiſſime ꝙ diſpenſatores patrimoniȷ̄ chriſti ſunt talpe monſtruoſe ſcilicet quando
ſunt auari. ſerpentes ſcilicet quando ſunt detractores adulatores cauteloſi. in iſtis mūda
nis inuidi ⁊c̄. aſini ſcilicet quando promouentur ignari ⁊ inſufficientes rudes ⁊ imbecil-
les. Prohdolor modernis temporibus ſi fuerint filiȷ̄ ſufficientes militant mundo ſi in-
ſufficientes traduntur deo. Si monſtruoſi ſi loripedes vel alio modo diſformes manci-
pantur diuino ſeruitio. contra quos dominus leuiti. viceſimoprimo: homo de ſemine tuo
qui habuerit maculā non offeret deo ſuo nec accedet ad miniſteriū eius. ſi claudus ſi cecꝰ
ſi torto naſo ſi fracto pede ⁊c̄. inferius tractabo latius. Et ſi contingat ꝙ aliquis filioruȝ
bene diſpoſitus ponatur in aliquo monaſterio non ponitur principaliter vt deo ſeruiat
⁊ ex deuotione: ſed vt ditetur ⁊ ſubueniat ſuis de bonis crucifixi: ⁊ ſepe tales mitrantur
⁊ tunc poſſunt vocari aſini cornuti ⁊c̄. De talibus enim ſimoniacis loquitur dominus per
oſee prophetam. Oſee octauo. ipſi regnauerunt ⁊ non ex me principes extiterunt ⁊ non
cognoui argentū ſuū ⁊ aurū. fecerunt ſibi ydola in interitum ⁊c̄. Antiquitus enim quan-
do ſuppoſita eccleſie erant in illa hūilitate ⁊ deuotiōe in quibus debebāt ⁊ deberent eſſe
prouidebatur eccleſijs de paſtoribus idoneis diuinitus. vt patet Numeri decimoſepti-
mo. de aaron. ⁊ eodē viceſimoſeptimo de Joſue de beato Aniano. de beato Nicolao ⁊c̄.
Modernis autem temporibꝰ electiones canonice receſſerunt ab vſu ⁊ infinguntur p fa-
uores deteſtabiles ⁊c̄. Per ſimoniaȝ enim promouentur aliquando indigni ad ſacros or
dines quod eſt nimis contumelioſum quoniam anteq̄ aliq̄s promoueatur tria ſunt prin
cipaliter inueſtiganda. ſcilicet etas legitima. Unde. Nemo iuuenes elegit duces eoꝝ nō
conſtet eos eſſe prudentes. iij. regum. xij. capitulo. habetur hyſtoria iuxta hoc de Robo
am filio Salomonis qui voluit vti conſilio iuuenum ⁊ ſic fuit eiectus a regno ſuo per po
pulum ſuum ⁊c̄. Et prima ad thimoteum. iij. Si quis domui ſue preeſſe neſcit eccleſie dei
diligentiam quomodo habebit. Itē requiritur ſufficiens litteratura vt ſciat iudicare ⁊ di
ſcernere inter leprā ⁊ leprā: quia cū claue ordinis debet habere clauē ſcientie. vt habetur
xviij. di. iiij. ſen. Item requiritur moris honeſtas: q2 ipſi ſunt oculi eccleſie. vñ p̄s. langue-
runt pre inopia oculi mei. glo. i. peccati macula. Item quia ſunt ſpeculum populi. vt pria
ad Coꝝ. iiij. ſpectaculū facti ſumus mūdo angelis ⁊ hominibꝰ. Iteȝ ꝙ ſit de legitimo ma
trimonio. de fil. preſbit. c. Cū decorem domus dei. vbi dicitur. indecorū eſt vt in altarum
officio illegitimus filius ex impudico patre miniſtret: ideo illi quibꝰ committitur examina
tio caueant ne fauoris precis aut muneris gratia idignū ad ſacros ordines promouēdū
manibus epiſcopi applicent. xxiiij. di. ca. Qñ in textu ⁊ in glo. ⁊c̄. de illa materia tracta-
bo latius in capitulo de ordine. Ex auaricia em̄ prouenit ꝙ vnꝰ occupat plura bñficia qđ
eſt nimis contumelioſum ſi vnum ſit ſufficiens ad eius ſuſtentationē, vñ Ber. Concedi-



tur tibi ſi bene deſeruieris vt de altari viuas nō vt de altari luxuries. vñ de cle. non reſi.
ca. Ad hoc licet. illud eſt omni iuri contrarium vt vnus clericus in vna vel diuerſis eccle
ſijs plures habeat dignitates aut pſonatus obtineat cū ſingula officia i eccleſijs aſſidui-
tatē exigant perſonaꝝ. Sicut em̄ vxore viuente nullus poteſt aliā habere: ſic nec clericus
ſecundū beneficiū retento primo. vi. q. i. c. ſicut alterius. ⁊ hoc eſt regulariter vnū ⁊ de iure
communi. vide de illa materia de preben. cap̄. de multa. de elec. dudum. ij. xxi. q. i. ſi quis
iam tranſlatus. fallit tamen ſm iuriſtas in aliquibus caſibus. primo vbi vnum beneficiū
dependet ab alio. vt in ca. preallegato dudū. i de. eta. ⁊ qua. or. ca. Eā te. j. de preben. ex-
tirpande. §. i. Item ſi habeat vnam prebendam intitulataȝ ⁊ aliā cōmendatā. vt. xxi. q. i.
Qui plures. Itē propter paupertatē eccleſiarū. x. q. iij. vnio. ⁊ j. de eta. ⁊ qua. eā. te. Item
olim propter penuriam clericorum. xxi. q. i. c. primo. in fi. Item per diſpenſationem pape
j. de preben. c. de multa. prealle. vnde verſus. Paupertas pendens defectus gratia ſer-
uans. Eccleſias retinere duas dat quolȝ hoꝝ. nec credāt ſatiſfacere ſaltim de toto ſi po-
nāt vicarios i ſuis bñficijs: q2 q̄ taliter agūt aſſimilant̄ illis qui ducunt vxores ⁊ aliȷ̄ dor
miunt cū ipſis. Bonus em̄ paſtor oȝ diligēter agnoſcere vultū pecoris ſui. prouer. xxviij
cuius anime rediturus eſt rōem. ad hebre. vlti. ideo dicit ſaluator noſter Joh. x. bonꝰ pa
ſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis ⁊ cognoſcit oues ſuas ⁊ cognoſcunt oues ipſ:
q2 verꝰ paſtor eſt. mercēnarius autem qui non eſt paſtor ⁊ cuius nō ſunt oues proprie vi
det lupum venientem ⁊ fugit ⁊ dimittit oues: q2 mercēnarius eſt ⁊ ad ipſum proprie non
pertinet de ouibus. Yſaie. vi. Omnes beſtie agri venite ad deuorandū ſpeculatores eiꝰ
ceci oēs neſcierunt: vniuerſi canes muti non valentes latrare ipſi paſtores ignorauerunt
intelligentiā omnes in viā ſuam declinauerunt vnuſquiſq; ad auariciam ſuam a ſummo
vſq; ad nouiſſimum. lupus aūt intrat gregem rapit ⁊ diſpergit oues quod cedit principa
liter i dānationē eius cui ſunt oues cōmiſſe. talibꝰ em̄ infert dñs maledictionē. eze. xxxiiij.
dicens ve paſtoribus iſrael qui paſcebant ſemetipſos lac ouiū comedebatis ⁊ lanis eaꝝ
operiebamini ⁊ gregē meū non paſcebatis: ideo aduiſent q̄liter agunt qm̄ quicq̄d dicant
aliqui doctores in cōtrariū ſecurius eſt diſciplinato viro volenti viā imitari veritatis ob
tinere vnicū bñficiū iuſto titulo in eodēq; reſidere: vita doctrinaq; laudabilibꝰ coruſcare
q̄ vlterioribꝰ dānabiliter inhiare. vñ prima ad thimo. iij. oȝ epm̄ eſſe irrephenſibilē vniꝰ
vxoris virū ſobrium prudentē pudicum hoſpitalem doctorem: non vinolentum: non per
cuſſorem: ſed modeſtū. non litigioſum. nō cupidū. cū oī caſtitate. non neophitū. ne i ſuper-
biam elatus in iudiciū inſidat dyaboli. oȝ em̄ illū habere bonū teſtimoniū. Miniſtri ec-
cleſie debēt eē mūdi: q2 ſūt vaſa electiōis regi regū. modica macula i cipho regis magnā
cāret abominationē. vñ gre. in ome. cuius vita deſpicitur reſtat vt eius predicatio contē-
natur. alia cā q2 habent mundare alios ideo oȝ eos eſſe mundos. eccl̄. xxxiiij. ab immūdo
quis mundabitur. Alia cauſa q2 ipſi miniſtri ſunt altiſſimi ideo ſicut ipſe immaculatus ē
decet eos eſſe immaculatos. ephe. primo. Elegit nos vt eſſemus ſancti ⁊ immaculati i cō
ſpectu eius in charitate. Caſtitatis mūdicia ſuadet̄ miniſtris eccleſie. exo. xij. vbi cōmeſtu
ris agnū paſcalem dicitur renes veſtros accingetis. ⁊ luce. xij. Sint lumbi veſtri ſuccinti.
Itē ſacerdotes dicunt̄ angeli exercituū. Malach. ij. modo angeli ſunt virgines ⁊ mūdi:
ergo ⁊ ſacerdotes debent eſſe. leuiti. xxij. dicit̄. hō qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea q̄ ſā
ctificata ſunt in quo eſt immundicia peribit corā dño ⁊c̄. Ex auaricia em̄ iducit̄ acceptio
muneri de qua acceptione legit̄ eccle. xx. encenia ⁊ dona excecant oculos ſapientū ⁊ quaſi
tunt iuſticiam ⁊ quaſi mutus in ore auertit corruptiones eoꝝ. vnde deute. xxiiij. Nō puer
tes iudiciū aduene ⁊ pupilli nec auferes pignoris loco vidue veſtimētū memēto ꝙ ſeruie
ris in egypto ⁊ eruerit te dñs deus tuus inde. facienti enim nequiſſimū conſiliū ſup ipm
reuoluetur ⁊ non cognoſcet vnde adueniet illi. eccl̄. xxvij. tales enim acceptores munerū
inter ceteros ſunt iudices ⁊ aduocati: de quibus dicitur in p̄o. In quoꝝ manibꝰ iniquita
tes ſunt quia dextera eoꝝ repleta eſt muneribus. tales enim rapaces modico temporis in
teruallo magnas accumulant diuicias ⁊ eleuantur in altum, vnde p̄s. Uidi impiū ſupex

altatum ⁊ eleuatū ſuper cedros libani ⁊ tranſiui ⁊ ecce non erat queſiui ⁊ non eſt inuentꝰ
locus eius .ſed non recto oꝛdine accumulant iō ad eoꝝ damnationē. vñ dñs per ezechei-
lem eze.xxij.aīam deuoꝛauerunt inopis ⁊ pꝛecium acceperunt pꝛincipes eius in medio il
lius quaſi lupi rapientes pꝛedā ad effundendū ſanguinē ⁊ auare ſectando lucra egenū ⁊
pauperem affligebant ⁊ aduenam oppꝛimebant calūpnia:ideo effudi ſup eos indignatio
nem meam ⁊ in igne ire mee conſumpſi eos.pꝛo eo enī ꝙ diripiebatis pauperem ⁊ p̄daꝫ
electam tollebatis ab eo domos quadro lapide edificabitis ⁊ non habitabitis in eis .vi-
neas ameniſſimas plātabitis ⁊ non bibetis vinū eoꝝ qꝛ ego cognoui multa ſcelera vr̄a
⁊ ferocia peccata veſtra hoſtes iuſti accipientes munꝰ pauperes in poꝛta depꝛimentes iō
pꝛudens in tp̄e illo tacebit qꝛ tempus malum eſt.amos.v.⁊ ſequitur.odi ⁊ pꝛoieci feſtiui-
tates veſtras nec capiam odoꝛem cetuum veſtroꝛuꝫ. Pꝛudentia enim talium ſtulticia eſt
apud deum.vnde pꝛima ad coꝝ.pꝛimo.perdā ſapientiā ſapientū ⁊ pꝛudentiā pꝛudentum
repꝛobabo. Et ſequitur.nōne ſtultam fecit deus ſapientiā huius mundi. Talibus enī iu-
dicibus ⁊ aduocatis ꝯminatur ſcriptura ſacra.ſapiē.vi. Diſcite iudices finiū terre qm̄ cū
eſſetis miniſtri iuſticie non recte iudicaſtis:ideo iudiciū duriſſimuꝫ fiet vobis aduenam ⁊
pauperem non contriſtabitis. vidue ⁊ pupillo non nocebitis.ſi leſeritis eos,vociferabūt
ad me ⁊ ego exaudiā clamoꝛem eoꝛū:percutiamq; vos gladio ⁊ erūt vxoꝛes veſtre vidue
⁊ filij pupilli.exo.xxij. Deus enim conſeruatoꝛ eſt pauperū humiliū ⁊ cauſarū eoꝛū.idcir
co nimis periculoſum eſt pauperes oppꝛimere.puer.xxij. Non facias violentiā pauperi
qꝛ pauper nec conuertas egenū in poꝛta qꝛ iudicabit dñs cāꝫ eius:⁊ configet eos qui cō
fixerunt animam eius.⁊ eodem.xxv.ne attingas terminos paruuloꝝ ⁊ agrum pupilli ne
introeas.pꝛopinquus enī eoꝝ foꝛtis eſt ⁊ ipſe iudicabit contra te cauſam eoꝛum nō trāſ
feres terminos pꝛoximi tui.deute.xix. Tales enim muneꝝ acceptoꝛes ⁊ qui iuſticiam per-
uertunt induunt maledictionem.deute.xxvij. Maledictꝰ omnis qui accipit munera vt p-
cutiat animam ſanguinis innocentis.⁊ eodē. Maledictꝰ qui peruertit iudicium aduene
⁊ pupilli ⁊ vidue ⁊ dicet omnis populus amen.⁊ yſaie quinto. ve qui iuſtificatis impiuꝫ
pꝛo muneribus ⁊ iuſticiam iuſti aufertis ab eo.ergo in iudicādo eſto pupillis miſericoꝛs
vt pater.eccleſiaſtici quarto.ve qui condunt leges iniquas ⁊ ſcribentes iniuſticiam ſcripſe
runt vt oppꝛimerent in iudicio pauperes ⁊ vim facerent cauſe humilium populi mei vt eſ
ſent vidue pꝛede eoꝛum ⁊ pupillos diriperent.yſaie.x.⁊ ſequitur.quid facietis in die viſi
tationis ⁊ calamitatis ad cuius fugietis auxilium ecce dies domini veniet crudelis ⁊ indi
gnationis plenus ad conterendos peccatoꝛes.yſa.xiij. Iteꝫ yſa.xxix.ve qui pꝛofundi eſtis
coꝛde vt abſcondatis a domino conſilium quoꝛum in tenebꝛis ſunt opera. Munera enī
non ſolū acceptoꝛes ſuos inducunt ad ſeruitutē vt dicitur communiterq; munera ſumpta
ligant:ſed ducunt ad moꝛtem.pꝛouerbioꝛum decimoquinto. Conturbat domum ſuam q̄
ſectatur auariciam.qui autem odit munera viuet.ergo a contrario ſenſu qui diligit moꝛie
tur eternaliter ſupple. Iob decimoquinto. Ignis deuoꝛabit tabernacula eoꝝ qui libent
munera acceperunt.ad magnā ignominiā taliū venalium loquitur beatus Auguſtinus
dicens. Poſtꝙ intellexi me pꝛecioſo chꝛiſti ſanguine redēptū nolui me venalē exhibere.
De illa venalitate iudicum ⁊ aduocatoꝝ tractabo latius in capitulo de penitentia ibi. Iu
ris deceptoꝛ ⁊c. Ex auaricia oꝛiuntur bella:vt patet per experientiaꝫ. Ex auaricia inducit
ludus ex quo ſequunt multa inconuenientia. Ira ſuiipſius parentum ſi ſit filius ſi pater
familias ira vxoꝛū filioꝝ ⁊ totius familie odia.iniurie verbera homicida exheredatio libe
roꝛum filiarum pꝛoſtitutio furtum ſcandalum pꝛoximi amiſſio bonoꝛum fraus ⁊c.ſacrile-
gium rapina mendacia iuramenta periuria ydolatria blaſphemia contemptus matris
eccleſie. Exempluꝫ habetur in boecio de diſciplina ſcolarium de conſanguineo filio lucre
tij ⁊c.de blaſphemia ⁊ contemptu eccleſie habetur pꝛouer.xix. Qui affligit patrē ⁊ fugat
matrē ignominoſus eſt.luſoꝛ enī in foꝛtiali ludo ſaltim viliſſime creature ſe ſubijcit ſeruitu
ti dum taxillum dominū ſuuꝫ conſtituit ad hoc ſe aſtringens vt faciat quod ipſe taxillus
iuſſerit,magna enī ignominia vt dicit Seneca ⁊ aug.ꝙ os caninum dñetur homini:luſoꝛ



enim ad pꝛeceptum taxilloꝛum largitur quod non largiretur ad pꝛeceptū dñi qꝛ vēderet
ludendo tunicā:capuciū:camiſiam ⁊c.qđ non faceret pꝛo erogando pauperibꝰ ſicut dñs
pꝛecipit.luſoꝛ enī,ppꝛijs manibꝰ ſe perdit quem filius dei manibꝰ crucifixis redemit.contra
enim luſoꝛes lata eſt ſententia moꝛtis Iob.xxi.infantes eoꝛum exercent luſibus. ducunt
in bonis dies ſuos ⁊ in puncto ad inferna deſcendunt cui concoꝛdat Bernar. dicens lu
ſoꝛ ludendo currit ad moꝛtem ſuam ⁊c. Item quicquid lucratur ī ludo foꝛtiali in bonis lu
crantis non computatur vt dicam latius inferius in capitulo de elemoſyna. Auaro enim
nihil eſt infidelius. pꝛimo qꝛ vt pꝛemiſi in pꝛincipio capituli per auariciam fere omnia p
petrantur ſcelera.vnde pꝛima ad thimo.vi.cupiditas dicitur radix maloꝛuꝫ. ſecūdo quia
auarus agit contra legem nature. Luce.vi.⁊ pꝛout vultis vt faciāt vobis homines ⁊ vos
eis facite. Similiter ⁊ idem Math.vij.tertio quia auarus agit contra legē ſcriptā. lu.vi.
Eſtote miſericoꝛdes ſicut pater veſter miſericoꝛs eſt.quarto quia auarꝰ agit contra legeꝫ
vniuerſalem que eſt in omnibus rebus que compellunt ſe dare.auarꝰ autem detinet res
captiuas ne ſe cōmunicare poſſint.auarꝰ enim eſt iniquꝰ deo quia non diſtribuit pꝛoximo
ſuo indigenti bona a deo ſibi collata iuxta pꝛeceptum domini.deute.xv. Pꝛecipio tibi vt
aperias manū tuam fratri tuo egeno ⁊ pauperi. taliū enī bonoꝝ nō eſt auarus dominꝰ
ſed ſolum miniſter ⁊ diſpenſatoꝛ.pꝛima ad coꝝ.iiij. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros
chꝛiſti ⁊ diſpenſatoꝛes miniſtroꝝ eiꝰ. Auarꝰ enim iniquꝰ eſt ſibi quia amat ſpinas diuicia
rum quibꝰ comburendus eſt.pꝛouer.pꝛimo.ipſi contra ſanguinē ſuū inſidiantur ⁊ molliū
tur fraudes ꝯ aīas ſuas.⁊ ad phili.iij.gloꝛia in confuſione eoꝝ qui terrena ſapiunt. aua-
rus iniquꝰ eſt filijs ⁊ heredibꝰ ſuis quibus materiam incendij infernalis congregat eccle
ſia.xli.de patre impio conqueruntur filij qm̄ pꝛopter illum ſunt in oppꝛobꝛiū ⁊c. auarus
enī ſemper eget.vnde Iero.auaro tam deeſt quod habet ꝙ quod nō habet.vnde eccl'ia.
xiiij. Inſatiabilis eſt oculꝰ cupidi in partem iniquitatis non ſaciabitur donec conſumat
arefaciens aīam ſuam.auarus non implebitur pecunia ⁊ qui amat diuitias fructꝰ non ca
piet ex eis.eccle.v.ca.quando enim plus ſeneſcit auarꝰ tanto plꝰ creſcit in eo auaricia.qđ
eſt nimis deteſtabile cum gloꝛia ſenū debeat eſſe timoꝛ dei ⁊ coꝛona multa pericia.eccl'ia.
xxv. Tales enim aſſimilantur inferno qui nunꝙ dicit ſufficit.pꝛouer.xxvij.infernꝰ ⁊ pditio
non replebunt. Sil'r ⁊ oculi hoīm inſaciabiles.⁊ idē eodē.xxx. Auaricia enim coꝛpꝰ auari
euiſcerat quadruplicitèr.in deſiderio ⁊ affectu cupiendo in laboꝛe acquirendo. in timoꝛe
cuſtodiendo ⁊ in doloꝛe ipſas diuitias amittendo vel in moꝛte relinquendo.eccl'.v.diui-
cie conſeruate in malū dñi ſui pereunt in afflictione peſſima.vnde metrificatoꝛ. Diues di
uicias non cōgregat abſq; laboꝛe: nō tenet abſq; metu non deſinit abſq; doloꝛe. Mul-
totiens enī laboꝛant ⁊ laboꝛes eoꝝ alij intrant vt mali filij raptoꝛes fures vl' domini. vi
ro cupido ⁊ tenaci ſine ratione eſt ſubſtantia: qui aceruat ex aīo ſuo iniuſto alijs congre
gat ⁊ in bonis illius aliꝰ luxuriabitur.eccleſia.xiiij. Nonne alijs relinques doloꝛes ⁊ la-
boꝛes tuos in diuiſione foꝛtis.da ⁊ accipe ⁊ iuſtifica aīam ante obitū tuum operare iuſti
ciam quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum.eccleſiaſtici eodem. Similes enim
ſunt aranee q̄ faciendo telā pꝛo muſca capienda ſeipſam euiſcerat.eccleſiaſtici decimo ca
pitulo. Nihil enim eſt iniquꝰ ꝙ amare pecuniā:hic enim animam ſuam venalem habet.
quoniam in vita ſua pꝛoiecit intima ſua.vnde Boecius de conſolatione lib.ij.vtinā mo
do noſtra redirent in moꝛes tempoꝛa pꝛiſcos.ſed ſenioꝛ ignibꝰ ⁊ ne feruens amoꝛ ardet
habendi. Nunꝙ enim auarꝰ eminet clarus ſed ſemper marcidꝰ.vnde Iacobi.i.exoꝛtꝰ eſt
ſol cū ardoꝛe ⁊ areſcit fenum ⁊ flos eiꝰ decidit ⁊ decoꝛ vultus eius deperijt.ita ⁊ diues in
itineribus ſuis marceſcet diues enim ſemper timet.vnde metrificatoꝛ. Diues non audet
paupertas libera gaudet. Tutus in exiguo ſtramine doꝛmit inops. Diues enim ſemp eſt
ſuſpectus:ideo miſerabilis.vnde cato. Suſpectus caueas ne ſis miſer omibꝰ hoꝛis. Nā
timidis ⁊ ſuſpectis aptiſſima moꝛs eſt. Semper enim credit pauperes vicinos ſuos fu-
res ⁊ raptoꝛes. Tales enī auari cōparantur ydolatris:quia auaricia eſt ydoloꝝ ſeruitus
Sed apoſtolꝰ ad galatas quinto:⁊ ad ephe.quinto Theſauros enim coꝛū deificant ergo

ydolatrie. Et auaricia enim prouenit detentio ſalarij mercenarij ⁊ elongatio ſolutionis:
vnde deutero. viceſimoquarto. Non negabis mercedem indigentis ⁊ pauperis fratris
tui ſed in eadem die redde ei precium laboris ſui ne clamet contra te ad dominuʒ ⁊ impu
tetur tibi in peccatum. ⁊ Mathei viceſimo. Uoca operarios ⁊ redde eis mercedem: di
gnus enim eſt operarius mercede ſua. prima ad thimotheuʒ quarto. ⁊ ad Romanos de
cimotertio. Reddite omnibus debita. Unde facetus. Si tibi ſeruierit aliquis ſua premia
tecū. Nō retinere diu cures ſi diligis equū. Et auaricia eñ ſepe procedit ꝙ homo opulē
tus viuit ſine charitate ⁊ miſericordia. quia nō diſtribuit indigentibus quod tenet eroga
re deutero. decimo quinto. Precipio tibi vt aperias manum tuam inopi ⁊c. miſericordiā
fac cum fratre tuo. vt habetur Mathei decimooctauo de illo ſeruo cui dominus dimiſe
rat debitum: ⁊ quia noluit miſereri conſeruis ſuis iuſſit dominus ſuus eum tradi tortori
bus quouſqʒ redderet vniuerſum debitum ⁊c. ⁊ eccleſiaſtici viceſimonono. ppter mandatū
aſſume pauperem ⁊ propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. non abſcondas pe
cuniam ſub lapide in perditionem: ſed pone theſaurum tuum in preceptis altiſſimi. Et
yſaie quinquageſimooctauo. Frange eſurienti panem tuum ⁊ egenos vagoſqʒ induc in
domum tuam. cum videris nudum operi eum ⁊ carnem tuam ne deſpexeris. tunc erum
pet quaſi mane lumen tuum ⁊ ſanitas tua citius orietur: ⁊ ante ibit faciem tuam iuſticia
tua ⁊ gloria domini colliget te. Tunc inuocabis ⁊ dominus exaudiet te: clamabis ⁊ di
cet ecce aſſum. cum effuderis eſurienti animam tuam ⁊ animam afflictam repleueris orie
tur in tenebris lux tua ⁊ tenebre tue erunt ſicut meridies ⁊ requiem dabit dominus de
us ſemper ⁊ implebit ſplendoribus animam tuam. tunc delectaberis ſuper domino ⁊ ſu
ſtollam te ſuper altitudines terre ⁊ cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim domi
ni locutum eſt eodem capitulo yſaie. Qui autem obturauerit aurem ſuam ad clamorem
pauperis clamabit ⁊ non exaudietur. prouerbiorum viceſimoprimo. Et pro peccatis ro
gaturus fruſtra manus ad deū expandit qui has ad pauperes non extendit. Gloſa ſup il
lud Mathei duodecimo. extende manum tuam ⁊ extendit ⁊ reſtituta eſt ſanitati ⁊c. tali
bus enim qui viuunt ſine charitate ⁊ miſericordia fiet iudicium ſine miſericordia. Jaco
bi ſecundo. Judicium ſine miſericordia fiet illi qui miſericordiam non fecit. exempluʒ ha
betur Luce decimoſexto de prauo diuite ⁊c. ⁊ ſi contingat ꝙ auarus eroget pauperibus
hoc eſt in morte quia videt ꝙ diuicias ſuas non poteſt portare ſecum ſed ꝙ earum domi
nium transfertur in alterum. eccleſiaſtes quinto. Sicut egreſſus eſt nudus de vtero ma
tris ſue ſic reuertetur ⁊ nihil afferet ſecuʒ de labore ſuo. Et idem Job primo. Nudꝰ egreſ
ſus ſum ⁊c. Et pſalmiſta. Relinquent alienis diuicias ſuas ⁊ ſepulcra eorum domus il
lorum ineternum. nihil enim inuenerunt viri diuiciarum in manibus ſuis. Et alibi idem
pſalmiſta. Ne timueris cum diues factus fuerit homo ⁊ cū multiplicata fuerit gloria do
mus eius quoniam cum interierit non ſumet omnia neqʒ deſcendet cum eo gloria domus
eius. ⁊ ſequitur introibit vſqʒ in progenies patrum ſuorum ⁊ ineternū nō videbit lumē:
vnde Job viceſimoſeptimo. cū dormierit nihil ſecum afferet aperiet oculos ſuos ⁊ nihil
inueniet nocte opprimet eū tēpeſtas. tollet eū vētꝰ vrēs ⁊ rapiet eū ſicut turbo de loco ſuo
⁊ mittet ſup eū flagellū ⁊ ñ parcet ſibilabit ſup eū intuēs locū eiꝰ. talis eñ auarꝰ erit i deri
ſū toti mūdo. vñ ps. ecce hō q̄ nō poſuit deū adiutorē ſuū ſʒ ſperauit i multitudīe diuiciaꝝ
ſuarum ⁊ preualuit in vanitate ſua. Quid prodeſt igitur ei ꝙ laborauerit inventuʒ cunc
tis diebus vite ſue comedit in tenebris in curis multis in erumna atqʒ triſticia. eccleſiaſti
ci quinto. qui aurum diligit non iuſtificabitur. multi enim dati ſunt in auri caſus ⁊ facta ē
in ſpecie ipſius perditio illorum ve illis qui ſectantur illud ⁊ omnis imprudens deperiet
in illo beatus autem diues qui inuentus eſt ſine macula: ⁊ qui poſt aurum non abijt nec
ſperauit in pecunie theſauris. quis eſt hic ⁊ laudabimus eum: fecit eniʒ mirabilia in vita
ſua. hic probatus eſt in illo ⁊ perfectus eſt ⁊ erit illi gloria eterna q̄ potuit trāſgredi ⁊ nō
eſt tranſgreſſus facere mala ⁊ non fecit: ideo ſtabilita ſunt bona illius in dño ⁊ elemoſy
nas illius enarrabit oīs eccleſia ſanctoꝝ. eccľ. xxxi. Contra tales enim qui expectant bene



agere vſqʒ ad mortē loquitur grego. d. florē iuuentutis dant ſeruire mām̄one ſeceum auteʒ
ſenectutis altiſſimo. ⁊ Eccle. xvij. viuus ⁊ ſanus confiteberis ⁊ laudabis dñm ⁊ gloriabe
ris in miſerationibus illius. ⁊ eodem. xviij. ante languorē adhibe medicinam ⁊ ante iudi
cium interroga teipſum ⁊ in conſpectu dei inuenies propiciationem. Sunt enim non
nulli q̄ aceruāt in debito modo pro filijs ſuis animas ſuas pro ipſis ſubmittētes eterne
dānationi ꝯ quos loquitur ſaluator noſter Mat. xvi. quid eniʒ prodeſt homini ſi vniuer
ſum mundum lucretur anime autem ſue detrimentum patiatur. Tales enim pro cumulan
do filijs inordinate incurrūt dei indignationē. pʒ qꝛ deꝰ prohibet ſuperfluā theſaurizatio
nem Mat. vi. Nolite theſaurizare vobis in terris ⁊c. Jtē qꝛ tales preponunt amorem fi
liorū quibus aceruāt amori ipſius altiſſimi. vñ Math. x. qui amat filium aut filiam ſuper
me non eſt me dignus. vñ Jacobi. iiij. ſcienti bonum facere ⁊ non facienti peccatū eſt illi
⁊ ſequit in. v. ca. eiuſdē Agite diuites plorate vlulantes in miſerijs que aduenient vobis
diuitie veſtre putrefacte ſunt veſtimēta veſtra a tineis comeſta. aurū ⁊ argentū vrm erugi
nauit ⁊ eoꝝ erugo erit vobis in teſtimoniū ⁊ manducabit carnes veſtras quaſi ignis et
ſequitur. theſaurizatis vobis iram in nouiſſimis diebus. Ad deteſtationē taliū loquitur
ſalomon Ecde. ij. d. deteſtatus ſum omnem induſtriā meam qua ſub ſole ſtudioſe labo
raui habiturus heredem poſt me quē ignoro vtrum ſapiens an ſtultus futurus ſit ⁊ dña
bitur in laboribꝰ meis quibus deſudaui ⁊ ſollicitus fui. Jtem ſunt alij quoꝝ oculi non ſa
ciant diuitijs ⁊ tamen habent de quibus loquitur ſalomon Ecdeſia. iiij. d. conſiderans
repperi aliam vanitateʒ ſub ſole vnus eſt. ⁊ ſecundū non habet nō filium non fratrem: et
tamen laborare non ceſſat. nec ſaciantur oculi eius diuitijs nec recogitat dicens cui labo
ro ⁊ fraudo animā meam bonis. hec vanitas ⁊ afflictio peſſima eſt. Sunt eniʒ alij aua
ri qui q̄uis infinitas habeant diuicias non audent ipſis vti exigente neceſſitate ſʒ malūt
eas neſciunt cui cuſtodire ⁊ miſerabiliter viuere. vnde ſalomō Eccle. vi. vir cui dedit deꝰ
diuitias ſubſtantiā ⁊ honorē ⁊ nihil deeſſe anime eius ex omnibus que deſiderat nec tri
buit ei poteſtatem deus vt comedat ex eo ſed homo extraneus vorabit illud. hec vanitas
⁊ magna miſeria eſt miſerabilis prorſus infirmitas quomō venit ſic reuertetur. Tamen
eſt notandū ꝙ non licet cuiquā theſaurizare ex affectu auaricie abſqʒ om̄i intentōe neceſ
ſitatis aliene vel pprie ſed bene licet theſaurizare ex prouidētia. ⁊ hoc vel conſideratōe
neceſſitatis vt parētibus ſcolaribus ob neceſſitatem filiorū educandorum vel filiaruʒ cō
ſugio tradendarū non autem ditandarum. ſed conſeruato modo ⁊ ſtatu perſone vel conſi
deratione publice vtilitatis. ſ. regni defendendi vel cultus dei ampliandi ſic eſt conceſſuʒ
regibus ⁊ dñis temporalibus theſaurizare debito modo. perſonis vero eccleſiaſticis p
prie nunq̄ licet theſaurizare neqʒ pecunias tenere intentiōe ſeruandi. vñ Ambro. Aurū
habet eccleſia non vt conſeruet ſed vt eroget duodecima queſtione. ij. capitulo Aurū. Ex
quibus poteſt inferri ꝙ dupliciter poteſt eſſe amor pecunie ſiue temporalium ſcilicet reſpe
ctu neceſſarij ⁊ reſpectu ſuperflui. Primum non prohibet dñs: ſed tamen prohibet pre
focantē ſollicitudinem. Secundum prohibet dominus quando prohibet theſaurizatiōʒ
de primo Mat. vi. Non ſolliciti ſitis anime veſtre quid manducetis neqʒ corpori veſtro
quid induamini ⁊c. de ſecundo eodem ibi Nolite theſaurizare vobis theſauros i terris
⁊c. Sʒ qꝛ queſtio orit de bonis clericorū eſt notandū ꝙ clerici de bōis patrimonialibꝰ pūt
vti dū tñ nō fiat petīn qꝛ in oībꝰ attēdit modꝰ ⁊ illa bona poſſunt ſeruare p releuatione
ſuarum neceſſitatum ⁊ ea amicis diſtribuere nec in hoc peccāt dum tamē modū ſeruandi
nō excedant. ſed bene peccant ſeruādo ea tempore neceſſitatis non ſubueniendo parenti
bus ⁊c. De rebꝰ vero eccleſie cū clerici non ſint dñi ſed miniſtri ſolum ſi ſuperflua paupi
bus nō erogēt peccant. Super quo eſt notanduʒ ꝙ bona eccleſie diuidūtur quadrupliciter. vna pars paſtori alia clericis deſeruientibꝰ: tertia fabrice eccleſie. quarta pauperibus
xij. q. ij. c. Quattuor autē ⁊ ca. Aurū habet eccleſia. ideo dicit Ber. ꝙ facultates eccleſiaruʒ
patrimonia ſunt paupeꝝ ⁊ ſequit ſacrilega crudelitate ſubripit q̄cunqʒ miniſter vltra victū
⁊ veſtitū accipit. de rebus eñ eccleſie non debet aliquis titulo ſucceſſiōis relinquere here

dibus ſed debent erogari pauperib⁹ vel dimitti eccleſie in ca. Placuit ⁊ ca. Sacerdotes
xij.q.ij. Secus de rebus pr̃imonialibus vel rebus quas ꝓprio labore acquiſiuit q2 de ta
lib⁹ poteſt diſponere ad libitum ⁊c. ⁊ ſi de bonis eccleſie teſtatus fuerit vel aliomõ ꝓpha
ne alienauerit debet tñ de ꝓprio patrimonio vel de acquiſitis proprio labore reſtituere
eccleſie in.c.de rebus.xij.q.ij. Abſoluta ⁊ in capit.cũ in officijs charitatis de teſta. Sunt
eni ⁊ alij deteſtabiles auari ꝗ ꝙuis in grabato ꝯſtituti ſint nõ faciunt ea ad que tenebant
⁊ tenent ſꝫ onerãt eoꝝ hẽdes vt eoꝝ ordinatiões legata ⁊c. exequent. tales em̃ ſũt nimis
excecati qui lucernam poſtponunt que deberet precedere. Lucerna enim ſũt bona opera
que debent precedere hominem in morte vt videat ne cadat in foueam ideo dicitur Ec
cle.xiiij. fili benefac tecum. De talibus eni loquitur beatus Greg. d. conſonum eſt vt qui
noluit dũ viueret ſatiſfacere deſiderat autem nullum habeat poſt mortem ſatiſfactorem
actor inferins in ca. de elemoſina. Da bona dum tua ſunt q2 nunc data plus tibi proſunt
ꝙ ſi preberes cum non retinere vaceres. Erras ſi ſperes ꝙ pl⁹ te diligat heres. Sub ter
ra poſitũ ꝙ tu te diligis ipſum. Non tamen excuſantur heredes ⁊ illi quibus bona defun
cti venerunt q2 ſi non adimpleuerint voluntatem defuncti incidunt in iudicium dei ſm
eundẽ grego. Tales eni heredes poſſunt dici filij abhominationum Eccle. xli. Non eniꝫ
cõcupiſcit deus multitudinẽ filiorum infidelium ⁊ inutilium Eccle. xv. Non eni iocunde
ris in filijs impijs ſi multiplicentur nõ oblecteris ſuper ipſos ſi nõ eſt timor dei cum ipſis
melior eſt enim vnus timens deum ꝙ mille filij impij ⁊ vtilius eſt mori ſine filijs ꝙ relin
quere filios impios Eccle. xvi. Et nota ꝙ heredibus qui non adimplẽt voluntatẽ defun
cti tota hereditas eſt auferenda ſm Inno. in ca. Licet in vltima glo. de vo. ⁊ vo. re. Et idẽ
dicit canon. xi.q.i.ca. Silueſter. in ca. Heredes de teſti. Quantum ad quartam partem i
qua erant remedia inſinuanda contra auaritiam eſt notandum ꝙ multiplex remediuꝫ re
peritur. Vnũ conſideratio breuitatis termini. vnde plura fruſtra portant cũ prope ẽ quo
itur. vnde Ja. iiij. quid eſt vita veſtra niſi vapor modicum patens ⁊ deinceps extermina
bitur. Aliud remedium eſt conſiderare ꝙ diuitias quas auarus cum damnabili ſollicitu
dine acquirit alijs relinquet. vñ ps. Relinquẽt alienis diuitias ſuas vt premiſi. ⁊ alanus
de parabolis. Nõ ſibi ſed reliquis aries ſua vellera portat. Sic alijs vnit ſemꝑ auar⁹ opes
Aliud remediũ eſt conſideratio periculi cui ſe exponit auarus reponendo in ſudario qđ
deus iubet erogari pijs operibus. exemplum Mat. xix. de illo ſeruo neꝙ ꝗ poſuit mnaꝫ
dñi ſui in ſudario. vñ Aug. Stultũ eſt homini viuere in ſtatu in quo nõ audet mori. vnđ
Job. xxxi. ſemꝑ enim quaſi timentes ſuper me fluctus timui dñi ⁊ pondus ei⁹ ferre non
potui ſuper quo greg. cum fluctus tumẽtes deſuper eminent. tunc denarij proijciũtur ꝓ
quibus longa naufragia ſumpſerunt auari ⁊c. Aliud remediũ eſt conſideratio dñice pau
pertatis. vnđ Mat. viij. Vulpes foueas habent ⁊ aues celi nidos. filius autem homis
non hꝫ vbi caput reclinet. magna ſiquidẽ abuſio ꝙ diues velit fieri vermiculus vilis pro
quo deus maieſtatis ⁊ dñs ſabaoth pauper fieri voluit. Ber. vñ tre. ij. Recordare pau
pertatis mee abſinthij ⁊ felis memoria memor ero ⁊ tabeſcet in me aia mea. hoc recolẽs
in corde meo in deo ſperabo. Aliud remediũ eſt conſideratio mortis. vnde Jero. in ma
gno prologo biblie. facile oĩa contẽnit qui ſe ſemper conſiderat moriturum. vñ Ber. de
contẽptu mũdi Nec mõ leteris q2 forſan cras morieris. Hec ſtatio manet in dubio no
ctiſq3 dieq3. Vita breuis velut aura leuis ſic ãnihilat. Sic vadit ſubitoq3 cadit dũ ſtare
putat. Regia maieſtas oĩs terrena poteſtas. Trãſiet abſq3 mora dũ mors venerit hora.
Item cõſideratio ꝙ redditurus eſt in morte rationẽ villicationis ſue. vñ Lu. xvi. redde ra
tionem villicatiõis tue iam em̃ nõ poteris villicare. vñ. ij. ad coꝝ. v. oẽs em̃ nos manifeſta
ri oportet ante tribunal xp̃i vt referat vnuſquiſq3 propria corporis prout geſſit ſiue bonũ
ſiue malum. ⁊ idem ad Ro. xiiij. retributionem accepturos ſm opera noſtra. ps. reddes
vnicuiq3 iuxta opera ſua. ꝙ hominẽ oporteat totũ temporale in morte relinquere habe
mus exemplũ luce. xij. cuiuſdã diuitis vberes fructus cui⁹ ager attulit ⁊ cogitabat intra ſe
diues dicẽs, ꝗd faciã q2 nõ habeo ꝗ cõgregẽ fruct⁹ meos ⁊ dicit, faciã orrea mea maiora



⁊ illic cõgregabo oĩa que nata ſunt mihi ⁊ dicã anime mee. anima habes multa bona po
ſita in annos plurimos. requieſce cõede bibe ⁊ epulare dicit autem illi dominus. Stulte
hac nocte anima tua repetetur a te. que autẽ paraſti cuius erũt ſic eſt qui ſibi theſaurizat
⁊ non eſt in deũ diues. Aliud remediũ eſt cõſideratio incertitudinis hore mortis Mat.
xxv. vigilate itaq3 q2 neſcitis diem neq3 horã ⁊ eodem. xxiiij. eſtote parati q2 qua hora ne
ſcitis filius hoĩs ventur⁹ eſt. hoc enim ſcimus q2 ſtatutum eſt omni homini ſemel mori. ad
hebre. ix. ſed qñ deus ſcit. Vnde eccle. nono. neſcit homo finẽ ſuũ. ſed ſicut piſces capiun
tur hamo. ⁊ ſicut aues cõprehendunt laqueo. ſic capiunt hoĩes tempore malo. Aliud re
medium eſt cõſiderare ꝙ poſt mortem non eſt temp⁹ merendi. Jere. viij. finita eſt meſſis
trãſijt eſtas ⁊ nos ſaluati non ſumus. Trãſijt eſtas. i. temp⁹ merendi. finita eſt meſſis. i.
vita ⁊c. Ad hoc concordat illud Yſa. xxxiij. conſummata eſt vindemia collectio vltra non
veniet obſtupeſcite opulenti. Aliud remediũ eſt cõſiderare ꝙ tales theſauri ſeu accumula
tio diuitiaꝝ non proderũt homini in morte nec poſt mortem eccle. v. noli anxius eẽ iu di
uitijs iniuſtis. nihil em̃ proderunt tibi in die vindicte non proderunt inꝙ theſauri impie
tatis. ꝓuer. x. de propiciatu pctõꝝ noli eſſe ſine metu neq3 adijcias peccatũ ſuper pctm̃.
⁊ ne dicas miſeratio dei magna eſt multitudinis peccatoꝝ meoꝝ miſerebit. mĩa em̃ ⁊ ira
ab eo cito approximãt ⁊ in peccatores reſpicit ira illius. eccle. v. ⁊ eodẽ. xvi. mĩa ⁊ ira cum
illo eſt. ⁊ hoĩeꝫ ſm opera ſua iudicabit nõ effugiet i rapina peccator ⁊ nõ retardabit ſuf
ferentia miam facientis. vñ Ber. đ contẽptu mũdi. Qui tũc theſauri ꝗd aceru⁹ ꝓderit auri
Cuꝫ pctõres mittentur in inferiores Inferni latebras ignem pariterq3 tenebras. Sem
per paſſuri nec ab hijs vnꝙ redituri. Tũc flẽs ⁊ triſtis ꝗ penis tradit iſtis. Mallet pre
terite ꝙ in oĩ tp̃e vite. Pauꝑ vixiſſet ꝙ diuitias habuiſſet. ⁊ ſeꝗtur exhortatio eiuſdẽ. Nõ
igit cures gazas acꝗrere plures. Gazas fallaces incertas atq3 fugaces. Que magis op
tant cũ plení⁹ accumulant. Nec ſaciãt mentẽ ſemꝑ maiora petentẽ. Diuitie tales ſunt oĩ
bus exiciales. Nam ſibi credentes miſeros faciunt ⁊ egentes. Poſt carnis vitã per blãdi
mẽta nutritam. Exteſq3 boni cito tradunt obliuioni. vñ ſalomõ ſap. v. Quid nobis pro
fuit ſuperbia aut quid diuitiaꝝ iactantia contulit nobis. trãſierunt tanꝙ vmbra ⁊ in mali
gnitate noſtra conſumpti ſumus. Noli em̃ attendere ad poſſeſſiões iniquas ⁊ ne dixeris
eſt mihi ſufficiens vita. nihil em̃ ꝓderũt in tẽpore vindicte Eccle. v. Aliud remediũ eſt ex
hortatio ſacre ſcripture ꝗ diſſuadet nobis auariciã ps. Diuitie ſi affluãt nolite cor appo
nere. qui confidit in diuitijs ſuis corruet. iuſti auteꝫ quaſi virens folium germinabunt ꝓ
uer. xi. Melius eſt parum cum iuſticia ꝙ multi fructus cum iniquitate. ꝓuer. vi. ⁊ prima
ad thimotheũ. vi. eſt aũt queſtus magnus: pietas cum ſufficientia. Nil eni intulimus in
hunc mundum: haud dubiũ: q2 nec auferre quid poſſumus. habentes em̃ alimẽta ⁊ qui
bus tegamur: hijs contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri incidũt in tentationem
⁊ laqueum dyaboli ⁊ deſideria multa inutilia ⁊ nociua que mergũt homines in interitũ
⁊ perditionẽ. radix em̃ oĩm malorum eſt cupiditas quã quidã appetentes errauerũt a fi
de ⁊ inſeruerũt ſe doloribus multis. Et ſequitur tu aũt hõ dei hec fuge ⁊ ſectare iuſticiam
pietatẽ charitatẽ fidem ⁊c. Itẽ math. vi. Nolite vobis theſaurizare theſauros i terra vbi
erugo ⁊ tinea demolit ⁊ vbi fures effodiũt ⁊ furantur. ſed theſaurizate vobis theſauros
in celo. ⁊ in pluribus alijs paſſibus. vñ Bernardus. Vox diuina ſonat ꝙ nemo ſpem ſi
bi ponat. In rebus mundi que cauſam dant pereundi. Que cito labuntur magnoq3 la
bore petũtur. Aliud remediũ eſt cõminatio ſcripture ſacre. Math. xix. Difficile introibit
in regnũ celoꝝ. facilius eſt enim camelum per foramẽ acus ꝙ valeat diues intrare regnũ
celorum. Item baruch tertio. quis inuenit locũ illorum: qui argentum theſaurizant ⁊ au
rum in quo cõfidũt ⁊ non eſt finis acquiſitionis eorum qui argentum fabricant. ⁊ ſolliciti
ſunt nec eſt inuentio operum ſuorũ exterminati ſunt ⁊ ad inferos deſcendũt ⁊ alij loco ip
ſorum exurrexerunt. Item amos. ix. auaricia in capite omnium ⁊ nouiſſimum eorum in
gladio interficiam. non enim erit fuga eis. ⁊ Ezech. xxij. coria argenti facti ſunt propter
ea congregabo eos in medium fornacis ⁊ ſuccendam in ea ignem. Item Eccleſia. viij.

Dilitos eni perdidit aurum ⁊ argentum. Exemplũ de malo diuite Luce.xvi. tamen no
tetis ꝙ iſte ſcripture ⁊ ſimiles intelliguntur de malis diuitib⁹ ⁊ non de bonis. vñ Ber. d
cõ mũ. Nemo tñ credat ꝙ ab iſta luce recedat. Ignibus arſurus vł ꝑpł opes pitur⁹. Si
ꝑ priũ ſeruet vel diuitias coaceruet. Quãuis ſit rarũ poterit poſſeſſor eaꝝ. Juſte ſaluari
fugiat ſi nomẽ auari. Uiuat prudẽter gazas hẽat ſapiẽter. Nõ abſcõdendo ſ; egenis di-
ſtribuẽdo. Aliud remediũ eſt elõgatio ab auaris ⁊ cupidis vñ ps. Cũ ſancto ſanct⁹ eris:
⁊ cũ peruerſo peruerteris. ⁊ Eccle.ix. viri iuſti ſint tibi cõuiue ⁊ in timore dei ſit tibi gloria-
tio ⁊ in ſenſu ſit tibi cogitatus dei ⁊ oĩs narratio tua in preceptis altiſſimi. ⁊ eodem.xiij.
qui tetigerit picem inquinabitur ab ea ⁊ q̃ cõicauerit ſuperbo induet ſuperbiã ergo a ſimi
li q̃ cõicauerit auaro induet auariciã. Aliud remedium eſt cõſideratio eternarũ diuitiaꝝ
vñ Grego. vileſcunt temporalia cũ deſiderantur eterna. diuitie ſalutis ſapiã ⁊ ſcientia ti
mor dñi ipſe theſaurus ei⁹ Yſa.xxxiij. Aliud remedium eſt cõſideratio maledictionũ que
inferũtur auaris abacuch.ij. ve qui congregat auariciã malã domui ſue. vt ſit in excel
ſo nidus eius. ⁊ in eodem. ve qui edificatis ciuitatem in ſanguinib⁹. ⁊ Yſa.v. ve qui con-
iũgitis domũ ad domum ⁊ agrũ agro copulatis. Item abacuch.ij. ve ei qui multiplicat
nõ ſua vſqꝫquo aggrauat contra ſe denſum lutum. Itẽ luce.vi. ve vobis diuitibus. Item
Aug. ve illis qui inhiãt vt augeãt res pituras vnde amittunt eternas. ⁊ idem Aug. male
dictus diſpenſator auarus cuius largus eſt dñs. ergo tempeſtiue ante languorẽ vnuſqſqꝫ
in melius ne preoccupatus hora mortis querat tempus penitentie ⁊ inuenire non poſ-
ſit q: ſm apoſt. ad Heb.x. Horrendũ eſt incidere in man⁹ dei viuentis. ideo querite do-
minũ dũ inueniri poteſt. Yſa.lv. hoc eſt tempeſtiue. q: q̃uis melior ſit ſecunda penitẽtia
q̃ nulla. tñ nullus expectet quando plus peccare non poteſt de pe. di. vij. ⁊ melius ꝑ bea-
tum Auguſtinum in li. de peni. vnde Ber. Non eſt mirũ ſi hic hinc exit qualiter vixit. er-
go nullus expectet ꝙ ſit poſitus in vltima neceſſitate ſue egritudinis. q: tũc difficile ẽ vt
ſit vera penitentia quando cruciatus membra ligant ⁊ dolor ſenſuꝫ opprimit ⁊ pena ter
ret. de pe. di. vij. c. Si quis poſitus ⁊c. derelinquat igitur impius viam ſuam ⁊ ante lan-
guorẽ reuertatur ad dñm ⁊ miſerebitur eius ⁊c. Yſa.lv. ⁊c. qm̃ niſi penitentiam egeritis
omnes ſimul peribitis luce.xiij. contra auaritiam eſt virtus que dicitur liberalitas.

Sequitur videre quando ſeptẽ vicia de quibus ſupra ſunt mortalia ⁊ qñ nõ.

Rio notandũ ẽ ꝙ vana gloria q̃ ẽ ſpẽs ſuperbie ex genere eſt veniale: q: genus
operis ſumit̃ ex obiecto. vanũ aũt ſm ſe nõ eſt obiectũ peccati mortalis ſ; venia
lis quare non ſemper eſt peccatũ mortale. erit tamen vanagloria peccatũ mortale duplici
ter: ſ. ratione finis propter quẽ laus appetitur. nã opus tale eſt quale eſt illud propter qd
appetitur. Itẽ ratione operis in quo laus appetitur. Circa primũ dicendum eſt ꝙ laus
appetitur quadruplici fine. Pño ad vitandum malã infamie ſicut ſamuel ſe laudauit pri-
mo regũ.xij. o populo loquimini de me corã dño ⁊ corã xp̃o eius vtrum bouem cuiuſq̃
tulerim an aſinũ. ſi quẽq̃ calũniatus ſum. ſi oppreſſi aliquẽ. ſi de manu cuiuſq̃ mun⁹ ac-
cepi Secundo propter vtilitatem aliquã ſpũalem vt eſt gloria dei vel edificatio ꝓximi ſi
cut paulus ſe cõmendauit. ſecũda ad cor.xij. ⁊ prima ad cor.xv. ego eñi ſum minimus
apoſtoloꝝ ſed abundãtius omnibus illis laboraui. ⁊ ſecũda ad thimothe.iiij. bonuꝫ cer
tamen certaui curſum conſummaui fidem ſeruaui. Tertio ꝓpter lucruꝫ auaricie ſicut pha
riſei qui deuorãt domos viduarum ſimulantes longam orationem Mat.xxiij. Quarto
ꝓpter aliquẽ actum venialis peccati ſicut quando quis laudari vult. eo ꝙ venialiter ĩ lau
de delectetur. primum eſt prouidentie. ſecundum eſt charitatis. tertium eſt peccatũ mor
tale. quartũ eſt peccatũ veniale. Sequit̃ ſecũda cauſa quare vanagloria eſt peccatum
mortale. ſ. ratione operis per quod laus acquiritur. hoc aũt poteſt fieri tripliciter. Nam
laus qñqꝫ queritur per opera illicita. quandoqꝫ per opera indifferẽtia. qñqꝫ per opera vir
tutum. ſi pño modo ſic eſt peccatũ tale quale eſt illicitũ. ſ. mortale vel veniale. ſi ſecundo
mõ ſic eſt peccatum veniale ſicut ẽ habere diuitias vel veſtes precioſas cũ ab vſu taliũ in
laudem verũtamen ſi talia de ſe ſunt ordinata vt ſint occaſio mortalis pcti ſicut ſi mulier



ornatu meretricio ſe preparat ad capiendas aĩas vel ſi factum iſtud eſt illicitum ex prohi
bitione ſuperioris vt tripudia ⁊ ſimilia ſic ſunt mortalia. ſi tertio modo laus queratur ꝑ
opera virtutum. hoc eſt dupliciter. q: vel appetitio laudis adiũgitur operi virtutum tãq̃
incidẽs ſicut cõtingit in cantu. ⁊ qñqꝫ in predicatione ⁊ tũc eſt veniale. vel laus fini prin-
cipaliter preſtita non operi virtutis operantis eſt. ita ꝙ ibi conſtituit finẽ vltimũ ⁊ ſic eſt
mortale cũ ei inhereat vt fini vltimo. nã maius peccatum eſt gloriari de bonis ſpirituali-
bus q̃ de temporalibus q: minus habẽt motiuum eo ꝙ minus appareãt extra q̃ tempo
ralia ⁊c. Inuidia ex ſuo genere ẽ peccatũ mortale q: cũ inuidia ſm remig. ſit dolor de alie
no bono contrariatur directe charitati que non emulat̃ ſ; cõgaudet veritati pña ad cor.
xiij. charitati nihil eſt cõtrariũ niſi mortale peccatũ. tamẽ illud qd eſt ex genere mortale
peccatum poteſt eſſe veniale prout in primo motu cõſiſtit vel extra ſuã rationẽ contrahit̃
dolor aũt de alieno bono eſt quadruplex. q: vel eſt primo primus motus ex natura veni
ens ſicut quidam naturaliter ſunt ⁊c. ⁊ hoc modo nullum eſt peccatum cum nullo mõ ſit
in poteſtate nr̃a. vel eſt ſecũdo primus motus qñ. ſ. appetitus ſine completa deliberatiõe
tali paſſione afficitur ⁊ ſic eſt veniale peccatum. vel eſt actus volũtarius deliberatiue et
ſic eſt mortale peccatum. vel trahit per intentionẽ extra ſuã rationẽ vt qñ dolor de bono
alieno ſurgit ex cauſa bona ſicut quando quis dolet de bono temporali alterius q: videt
redũdare illud in detrimentũ aĩe vel in detrimentũ cõitatis ⁊ talis dolor bonus eſt quia
melius bonum magis eſt appetendum. Ira ex ſuo genere eſt peccatuꝫ mortale q: ſm caſ
ſiodoꝝ Ira eſt animus concitatus ad penã ꝓuocanti inferendã. talis aũt mot⁹ cõtrariat̃
charitati que nõ irritat̃ nec cogitat malũ prima ad cor.xiij. Ira. vel dic̃ irã zeli q̃ eſt dete-
ſtatio vicij ⁊ hoc non eſt peccatum ſed eſt perfectio Et poteſt etiam ſibi per hunc moduꝫ
quis iraſci ſicut dicit gloſa ſuper illud Iraſcimini ⁊ nolite peccare. quid eſt inquit homo
penitens niſi homo iraſcens ſibi. quandoqꝫ eñi ira dicit impatientiã cũ appetitu vindicte
⁊ hoc contingit tripliciter. quãdoqꝫ eñi hoc a natura eſt ſicut in melancolicis in quib⁹ ſm
phłm continue mordetur natura propter quod ſemper ſunt turbulenti ⁊ ſic nullũ ẽ pec-
catum cum ſit motus naturalis. quandoqꝫ hoc eſt cum appetitu indeliberato. ⁊ tunc eſt
veniale ſicut alij primi motus: qñqꝫ a voluntate deliberatiua ⁊ tunc eſt mortale peccatũ.
Accidia ex ſuo genere eſt peccatum veniale q: ſm Aug. accidia eſt tedium. hoc autẽ non
opponitur charitati ſ; dicit diminutionẽ feruoris charitatis in quo cõſiſtit eẽ veniale. iſtd
igit̃ tediũ vel eſt motus naturalis ⁊ ſic nullũ eſt peccatũ. vel eſt mot⁹ appetitus contriſta
ri de opere ſpũali laborioſo. ⁊ ſic eſt veniale q̃uis etiam appetitus iſte ſit deliberatiuus.
q: cõſenſus in veniale non eſt niſi veniale. Sed ſi hoc tedium redũdet in omiſſionẽ eorũ
que ſunt neceſſaria ſaluti tũc eſt mortale. Si autem tedium iſtud ex omiſſione boni ⁊ diffi
cultate aggrediẽdi bonũ ducit in deſperationem iam accedit ad peccatum in ſpiritumſan
ctum. Auaricia ſm Tullium eſt immoderat⁹ amor habendi. hoc ergo conſiſtit in appeten
do vel in acquirendo vel in retinẽdo. Si primo mõ poteſt contingere quinqꝫ modis vno
mõ q: appetit aliena appetitu completo qui procederet in opus ſi eſſet facultas ⁊ ſic erit
mortale. ſecũdo q: appetit illicita volũtate cõpleta vt ſi aliquis indignus conat̃ addipi-
ſci beneficiũ eccleſiaſticum ſic iterum eſt mortale. tertio ſi appetit talia ſiue ſint aliena ſiue
illicita cũ voluntate conditionata. ſ. ſi poſſit habere ſine offenſa dei ac iniuria proximi. et
tũc vł nullũ vł veniale ẽ. ſiue talẽ ꝯditionẽ actualr̃ addat ſiue hitualr̃ cã intẽdat. Quarto
ſi ſimpliciter appetat habere ſuꝑflua ⁊ hoc appetitu ſuffocãte mentẽ a cura ſui ⁊ cõſidera
tione diuinorum ⁊ ſ; eſt peccatũ mortale. Quinto ſi ſuperfluo amore inheret temporali
bus: tamen infra dei amorem veniale eſt. Si aũt auaritia conſiſtat in acquirẽdo. hoc eſt
tripliciter. q: vel acquirit res iniuſte quocũqꝫ modo ⁊ tunc eſt mortale. vel acquirit res ꝑ
tale opus aut artẽ aut officiũ quod ꝑ ſe mortale peccatum eſt: ſi etiam eſſet ſine lucro eſt
mortale vel acquirit talia per opera illicita tũc eſt veniale peccatum. vt cũ aliquis verba
iocoſa cõponit ad lucrũ ſaluata honeſtate ⁊ hoc eſt veniale niſi aliquis ꝓpter delectatio
nẽ diſſolutionis totaliter det ſe talibus, tunc enim eſt mortale. Dico aũt ꝓpter delectatõꝫ

qꝛ ſi quis ꝓpter neceſſitatē per talia ſuſtentationē ſibi acquireret cũ aliam artem lucro
ſam neſciret: nō deputarē eum in ſtatu damnatoꝝ. Si autē auaricia cōſiſtit in retinēdo
hoc poteſt eē quinqꝫ modis. Primo qꝛ retinet ſcienter ea que reſtituere tenetur aio retinē
di ⁊ ſic eſt moꝛtale peccatũ. Secũdo qꝛ retinet ea que ad neceſſitatem ſuā pertinēt vł ſuo
rum vel ad conſeruationē ſtatus ſui ⁊ ſuoꝝ ſcḋm ꝙ decet ſuam dignitatē. ⁊ hoc nō eſt pec
catũ moꝛtale. Tertio qꝛ retinet ſuperflua reſpectu vtriuſqꝫ iā dictoꝝ ⁊ hoc tꝑe extreme ne
neſſitatis alicuius nec ſic ē moꝛtale peccatũ. Quarto qꝛ retinet ſuꝑflua etiā citra extremā
neceſſitatē ex inſaciabili cupiditate ⁊ ſic eſt moꝛtale peccatũ. Precipuum aũt ſignum talis
effectus eſt ꝙ quis potius res putreſcere ſinit apud ſe q̄ vtiliter alijs diſpenſet. Quinto
qꝛ retinet ſuperflua ex inoꝛdinato amoꝛe tꝑaliũ per quē modicũ deficit a medio largi
tatis ſaluo tamē ſtatu virtutis. ſic eſt veniale. Nota ꝙ auaricia ex ſuo genere eſt moꝛtale
peccatũ qꝛ ab apoſt. ydolatrie comparatur non qꝛ ſit de ſpecie illius peccati cum non ha-
beat actum eius. ſꝫ qꝛ aliquid ſimile facit ydolatrie. ſ. ſeruiendo creature potius q̄ creato
ri. Gula ex ſuo genere eſt peccatũ veniale. qꝛ appetitus comedendi ex ſua ratione nō ſub
iacet dñio volũtatis gula eſt immoderatus appetit⁹ edendi quod pōt eſſe quinqꝫ modis
primo ſi ibi eſt ſolus appetitus cibi. hoc nunq̄ eſt peccatum. nec eſt delectatio cibũ conſe
quēs peccatum inquantum oꝛdinatur ſupꝛa defectum ſibi contrarium. hec eñ pure ſunt
naturalia in quibus nec eſt meritum nec demeritum. ſecundo ſi appetitui neceſſitatis ad
iũgitur appetit⁹ delectationis ⁊ voluptatis in cibo. hoc eſt veniale peccatũ. tertio ſi ē ibi
tranſgreſſio precepti vt cũ aliquis ſine neceſſitate ſoluit ieiunium eccleſie. vel quādo reli
gioſus comedit carnes cũ hoc in ſuo oꝛdine ſit pꝛohibitũ ſub precepto. ſic eſt moꝛtale pec
catum. quarto ſi appetitus comedēdi ē cũ libidine vt quando nimis ⁊ finali effectu inhe
ret delectationi cibi. ⁊ ſic eſt moꝛtale. quinto ſi ducitur in conſuetudinē talē que faciat totā
vitam hoīs delectabilibus huius mundi deputari hec tam vicina ſunt moꝛtali peccato.
ꝙ ebꝛietas ab apo. inter moꝛtalia peccata computatur. ebꝛietas tñ quādoqꝫ eſt peccatum
veniale vt quādo vltra neceſſitatē quis accipit ſcḋm menſuram tñ imꝑceptibilē. Sed quan
doqꝫ egredit̄ quis a menſura ꝑceptibili ſcḋm rationem bene oꝛdinatam ad diſcernendũ ⁊
hoc in tali menſura ex qua euertitur ſtat⁹ mentis effrenata libidine quādo hō hoc deo p̄-
ponit peccat moꝛtaliter. Si quis autem alium inebꝛiat. ſ. ita inuitans eum ad potum vt
intendat ſtatum eius euertere ⁊ hoc facit in eius nocumentum peccat moꝛtaliter. qꝛ ma-
gis aufert ei q̄ ſi auferret aliqḋ tꝑale. qꝛ vſum rōnis tollit ei q̇ eſt nobilioꝛ oī re tꝑali. Lu-
xuria ex ſuo genere eſt peccatum moꝛtale qꝛ eſt ꝯ illud preceptũ nō mechaberis. Concupi
ſcentia luxurie diſcernit̄ quinqꝫ mōis. prim⁹ eſt cōcupiſcētia q̄ cōſiſtit in pꝛīo motu tantũ
⁊ ſic eſt veniale peccatũ. ſecũdus eſt cũ ſequitur cōſenſus in delectationem lꝫ non in op⁹
⁊ ſic eſt moꝛtale. peccatum. tertius eſt cũ quis conſentit in opus ⁊ ſic eſt iterũ moꝛtale pec-
catum. quartus eſt cũ concupiſcentia tenet̄ non ſolum coꝛde ſed ⁊ paſcitur viſu. ⁊ ſic iterũ
eſt peccatum moꝛtale. vnde qui viderit mulierē ad concupiſcēdum eā ⁊c̄. ſic hoc aīo ⁊ fi-
ne reſpiciat mulierē vt eā cōcupiſcat. qꝛ ſcḋm aug. hoc non eſt iam titillari ſꝫ plene conſen
tire libidini. vñ aũt dicit̄ ad concupiſcendũ eam qꝛ ſi aliquis videret eā vt rem pulcram ⁊
vltra non ꝓcederet paruũ vel nullũ eſſꝫ peccatũ. Quintus modus eſt in ſtultiloquio vt
cũ quis mulierem pꝛecatur pꝛopter libidinē vel hꝫ cũ ea familiaritatē ⁊ colloquium ſic eſt
moꝛtale peccatum. Sextus modus vocatur ab apo. turpitudo. glo. vt in oſculis āplexib⁹
⁊ ſimilibus. ⁊ hoc etiam eſt peccatum moꝛtale. ⁊ tanto grauius pꝛecedentib⁹ q̄to magis
per talia libido accenditur. pꝛopter nimiā appꝛoximationē ad ignem. tamē nota ꝙ tange
re mulierem non eſt peccatum. ſimiliter tangere cum intentione neceſſitatis: ſed tangere
cum libidine vel oſculari ad ſe non pertinentem peccatum moꝛtale eſt. Septimus mod⁹
eſt qñ cōcupiſcētia ꝓcedit in opus. ⁊ tunc eſt moꝛtale peccatum.

Sequitur de peccatis in ſpiritumſanctum.

Qui peccat nimium pꝛeſūmens de pietate
Vel qui deſperat de diuina bonitate



Aut induratus non ceſſat ab impietate
Et qui fratris odit virtutes in pꝛobitate
Impugnans verum certus ſine comoditate
Qui non fine piget de culparum grauitate
Contra pneuma ſacrum peccat ſpꝛeta deitate
Hue pꝛime quinqꝫ culpe vix ſunt releuate
Sexta caret venia quia coꝛruit immediate.

In iſta parte ac. noſter deteriat de peccatis in ſpiritũſanctũ. ꝓ quo eſt notandũ
ꝙ ſcḋm ac. noſtrũ ſex ſunt ſpēs peccati in ſpi. ſan. licet quodlibꝫ peccatum moꝛtale
dicatur peccatũ in ſpi. ſan. qꝛ qui vnam perſonā offendit ⁊ alteram. tñ ſpālius dicitur pec
catũ in ſpūſan. quod ex odio vel maligniṫate pꝛocedit nam ſpiri. ſan. eſt amoꝛ ⁊ benigni
tas. ideo pꝛimũ peccatum ſerie ꝓlationis iuxta litteram ac. eſt p̄ſumptio cũ quis peccat
ſecurus ꝙ pꝛo tempoꝛali peccato non ſit eternum ſupplicium paſſurus putans in articu-
lo moꝛtis ſufficienter penitere. vt latro vel alius pꝛeſumptuoſus malefic⁹. dicēs in articu
lo moꝛtis abſoluar de omnibus peccatis ⁊c̄. de quibus apoſt. maledictus homo qui pec
cat in ſpe. Secunda ſpēs eſt deſperatio de diuina mīa vt cũ quis credit ſuoꝝ delictoꝝ
magnitudinē excedere diuinā mīaꝫ vt cayn geñ. iiij. d. maioꝛ ē iniq̄tas mea q̄ vt veniā me
rear. idem de iuda ⁊c̄. de pe. di. i. ⁊ ꝑ mag. xliij. d. ij. ſen. Tertia ſpēs eſt induratio ſiue obſtia
tio mentis pꝛo cui⁹ mēbꝛi declara. ē notā. ꝙ hic intelligit̄ de obſtinatōe quā comitat̄ im
penitētia ⁊ nō de obſtiatione q̄ deſeritur per penitentiā vñ aug. ſuꝑ illũ locũ ps. cōuertā
in ꝓfūdū maris. i. eos q̇ erāt deſperatiſſimi. ⁊ ibi Mittit criſtallũ ſuũ ſicut fruſta panis.
id eſt obſtinatos. de h̄ habet̄ per mag. xliij. di. ſecūdi. Quarta ſpēs eſt fraterne gratie in-
uidentia. ſ. cum quis inuidet de gratia fratri ſuo a deo collata ne ſibi pꝛeferatur. viij. di. q̄
contēpta veritate. ⁊ ꝑ mag. xliij. di. ſecūdi. Quinta ſpēs eſt impugnatio veritatis ſciēs cō
trariũ illi⁹ quod impugnat eſſe falſuꝫ ꝑ mag. loco pꝛeallegato. vel alio mō vocat̄ impugna
tio veritatis agnite. Sexta ſpēs eſt finalis inpenitentia que obſtinatione durat vſqꝫ ad
moꝛtem capiendo vſqꝫ incluſiue vt ſi quis obſtinat⁹ nolēs venire ad claues ſacroſancte
matris eccleſie moꝛiat̄ in peccato ſuo vel ſeipſuꝫ occiderit vt iudas ⁊ plures alij reperiun
tur in ſcripturis ſacris De illa finali īpenitentia eſt notandum ꝙ ille terminus finalis ipe
nitentia duobus modis accipitur. vno modo ꝓut ineſt alicui q̇ nō hꝫ pꝛopoſitum peni
tendi tñ hoc pꝛopoſitum poteſt dimittere. Aliomodo finalis impnia dr̄ qꝛ ineſt alicui
ex eo ꝙ nunq̄ penitebit ita ꝙ nō pōt deſinere eē ſubiecto exiſtēte ⁊ iō ſemꝑ tales obnoxij
pene ꝯſiſtũt. i. vij. di. in fi. ⁊ de illa finali impnia intelligit̄ vltimũ membrũ in glo. §. pōt ḋ
pe. di. i. Alia ſpēs intelligit̄ blaſphemia in ꝑſonā ſſ. de qua diſt. iiij. ca. Dij vero heretici.
De hac ſpē loquitur ambꝛoſius in li. de. ſſ. d. cum dixit dñs qui blaſphemauerit in filiũ dei
remittetur ei qui in. ſſ. nec hic nec in futuro remittet̄ ei cũ eandem habeant poteſtatem di
gnitatē maieſtatē ⁊c̄. Ad h̄ dicendũ eſt ꝙ q̇ peccat per impotentiā ſeu infirmitatē dicitur
peccare in patrē cui attribuit̄ potentia. xxiij. di. qui eꝑs. qui peccat per ignoꝛantiā dr̄ pec
care i filiũ qꝛ ſapia filio attribuitur. xxxix. di. ſi iuxta apoſt. ⁊ ꝑ mag. xliij. di. ij. qui peccat ex
contēptu dr̄ peccare in. ſſ. vt in ſpēbus ſupꝛadictis. xxv. di. qualis de pe. di. i. §. impoꝛtuna
§. poteſt. ⁊. §. ſequenti. ⁊. e. ti. di. ij. c. ſciendũ. ⁊ ꝑ mag. xliij. di. ij. Iſtud eñ peccatũ dr̄ irre
miſſibile non ꝙ deus non poſſit remittere ſed qꝛ raro dimittitur aut vix in hoc ſeculo q̄tũ
ad culpā. Item qꝛ non legitur dimiſſuꝫ ꝓpter qḋ dr̄ irremiſſibile ſicut melchiſedech dr̄ eē
ſine patre qꝛ nō legit̄ de ei⁹ patre. Itē qꝛ aduerſat̄ fonti remiſſiōis. ſ. ſſ. Itē ꝓpter impotē
tiam hominis qui vix poteſt ſe pꝛeparare ad gratiā quē tanta moles peccati pꝛemit qñ
volũtas poteſt ⁊ ſcit reſiſtere alicui malo. ⁊ tamē ex ſola malicia illud eligit peccatuꝫ in. ſſ.
eſt. ⁊ qꝛ ꝓcediſſet impꝛoba volūtate li. ar. ⁊ directe impugnat gratiā. ſſ. ideo non habꝫ co
loꝛem excuſationis qꝛ impugnatiuum eſt medici ⁊ remedij per quod fieri habet peccato

rum remiſſio. Pro talibus em̄ chriſtus non orauit in paſſione ſ꜒ pro illis qui ignoranter crucifigebāt eū dicens. Pater ignoſce illis q꜒ neſciunt quid faciunt de pe. diſt. i. §. pōt. in glo. finali. ⁊ ad illō Jo. in ſua canonica. i. c. v. eſt peccatū ad mortē nec p eo dico vt q̇s oret Addendum eſt ſm̄ augu. ſi talis peccator in hac ſcelerata mentis peruerſitate finierit hāc vitam q꜒ de quocūqꝫ peſſimo in hac vita conſtituto non eſt deſperandum nec pro illo imprudenter oratur de quo deſperatur. Sciendum eſt tamen ꝙ hoc nomen irremiſſibile dicitur tripliciter. negatiue. ſ. ꝙ nullo mō pōt dimitti hoc modo peccatum luciferi ⁊ damnatorum eſt irremiſſibile. alio modo priuatiue. ſ. ꝙ non habet congruentiā ex ſe quare remitti debeat licet ex congruo dei poſſit omne peccatum remitti ⁊ hoc modo quodlibet peccatū mortale eſt irremiſſibile. Alio modo contrarie ſm̄ ꝙ aliqua culpa h꜒ cōtrariā diſpoſitionē ad remittendum. hoc modo peccatum in. ſſ. eſt irremiſſibile. q꜒ cōtrariatur gratie remittendi peccatum ⁊ hoc per deſperationem obſtinationē ⁊ ſic de aliȷ̇s ſpeciebus. que enumerantur in compendio theologie ſex. ſ. deſperatio preſumptio impugnatio veritatis agnite inuidentia charitatis fraterne. obſtinatio ⁊ finalis impniā. quarū ſpecierū numerus ſic accipitur ſufficienter. In remiſſione tria ſunt ipe remittēs. ille cui remittit᷑. ⁊ diſpoſitio remittēdi in eo cui remittitur. in ipſo remittere duo ſunt mia ⁊ iuſticia. contra primū eſt deſperatio. cōtra ſecundū eſt preſumptio. Item in eo cui remittitur duo ſūt dolor de peccatis cōmiſſis ⁊ propoſitum de non cōmittendo. contra primum eſt obſtinatio. cōtra ſecundum eſt finalis impenitentia. Item in diſpoſitione remittendi duo ſunt. ſ. agnitio veri ⁊ amor boni. contra primum eſt impugnatio veritatis agnite. contra ſecundum ē inuidentia charitatis ſiue gratie fraterne.

## Sequitur de peccatis lingue

STringe tuam linguam ne mentem reddat iniquam
Lingua cito ledit et leſio raro recedit
Qui male non loquitur magna virtute potitur
Linguam frenare plus eſt ꝙ̄ caſtra domare
Non ſis verboſus iactator litigioſus
Nunq̄ ſis cenſor temerarius aut reprehenſor
Non ſis defenſor peccati ſiue recenſor
Non ſis detractor nec rumoris nouus actor
Blandus adulator non ſis nec conuiciator
Nec diſcordator fratrum non improperator
Nec blaſphemator irriſor ſiue minator
Non accuſabis falſe nec murmur amabis
Non diffamabis alios nec vituperabis
Si diffamari non vis vel vituperari
Non ſis ſcurrilis rebellis ſiue bilinguis
Nunq̄ promittas niſi promiſſum dare credas
Non aliis pandas ſecretum nec male dicas
Nunq̄ ſis mendax nec vaniloquens neqꝫ fallax
Noli iurare niſi res ſit debita quare
Debet et hoc eſſe verum licitumqꝫ neceſſe



Ergo ſic frena linguam rationis habena
ne te confundat ſi verba ſuperflua fundat.

IN iſta pte actor nr̄ determiat de pctīs lingue diuidēs ſuū ca. in tres ptes. In prima hortat᷑ quēquē ſuā linguā refrenare ne effrenis venena diffundat vñ mēs coinqnet᷑. In ſcd̄a pte enumerat ſpēs pctōꝝ lingue. In tertia pte docet modū refrenādi linguā. pria i principio. ſcd̄a ibi. Nō ſis verboſus. tertia ibi. ergo ſic frena linguā. In pria pte dicit ac. nr̄ ſtringe tuā linguā ne mēs p eā ꝯtaminet᷑. Mat. xv. q̄ pcedūt de ore de corde exeūt ⁊ ea coinq̄nāt hoīem lingua cito ledit: ſ꜒ leſio cū maxima difficultate ſanat᷑. Vñ Jac. iiȷ̇. lingua q̇dē modicū mēbrū eſt ⁊ magna exaltat ecce quant᷒ ignis ꝙ̄ magnā ſiluā incendit ⁊ lingua nr̄a ignis ē ⁊ vniuerſitas iniq̄tatis. vñ Eccl̄a. xxviiȷ̇: flagelli plaga liuorē facit. plaga aūt lingue ꝯminuet oſſa multi ceciderūt i ore gladiȷ̇ ſ꜒ nō ſit quomō q̇ interierūt p linguā ſuā. Qui em̄ male nō loq̇t᷑ vtit᷑ magna virtute. vñ Ja. iiȷ̇. ſi q̇s in verbo nō offendit hic pfect᷒ eſt vir. plus em̄ eſt frenare linguā ꝙ̄ ſubiugare caſtra ⁊ cetera ſubiugabilia. vñ Ja. iiȷ̇. oīs natura beſtiaꝝ ⁊ volucrū ⁊ ſerpētū etiā ceteroꝝ domat᷑ ⁊ domita ſunt a natura hūana. linguā aūt null᷒ hoīm domare pōt. vñ metrificator. Qui ſcit frenare linguā ſenſumqꝫ domare: Fortior eſt illo q̇ frangit virib᷒ vrbes. Quantū ad ſcd̄am ptē in q̄ enumerāde ſunt ſpēs pctōꝝ q̄ ppetrant᷑ p linguā eſt notādū ꝙ plures ſunt. ſ. verboſitas iactātia: cōtentio: defenſio peccati: temerariū iudiciū: detractio: rumor: adulatio: ꝯuiciū: diſcordia: improperiū: blaſphemia: deriſio. indiſcreta cōminatio: falſa accuſatio: murmur diffamatio: vituperiū: ſcurrilitas: biliguoſitas: indiſcreta pmiſſio: ſecreti reuelatio: maledictō mendaciū: piuriū: crebra iuratio: ocioſu꜒ verbū multiloquiū: turpiloquiū l prauū conſiliū: De indiſcreta taciturnitas. Has enumerat Aug. cui videt᷑ ꝯcordare ac. nr̄ in littera ſua. De pria em̄ ſpē. ſ. verboſitate habet᷑ Prouer. xvi. hō peruerſus ſuſcitat lites: ⁊ verboſus ſepat principes. ⁊ eodē. xiiiȷ̇. vir verboſus odioſus eſt. ⁊ Eccl̄a. ix. terribilis eſt in ciuitate ſua hō verboſus. ⁊ temerari᷒ in verbo ſuo odibilis erit. De ſcd̄a ſpē. ſ. iactātia habet᷑ Prouerb. xxvii. laudet te alien᷒ ⁊ non os tuū extrane᷒ ⁊ nō labia tua. vñ Catho. Ne ſis vētoſus ⁊c̄. ⁊ Facetus. Si ſup extollas aliquē probitatis honore Non iactes: quia laus proprio ſordeſcit in ore. Talis em̄ q̇ ſe iactat ſeipm̄ occidit pprio mucrone. Prouerb. xviiȷ̇. os ſtulti cōtritio illi᷒ ⁊ labia illius ruina aīe ipſius. ipſe em̄ laudem quā amat in loco ponit vbi ſordeat. ſ. in ore pprio. eccl̄a. xx. ſapiēs in verbis ſeipm̄ amabilē facit: gratie aūt fatuoꝝ effundent᷑. nō em̄ q̇ ſeipm̄ cōmendat ille pbatus eſt ſed quē de᷒ cōmendat. iȷ̇. ad Coꝝ: x. Talis em̄ aſſimilat᷑ galline q̄ poſtꝙ̄ fecerit ouū nō ceſſat clamare donec ppendat᷑ ꝙ ouū꜒ fecerit ⁊ ſic ouum amittit. ſic ille qui iactat ſe tacere non pōt donec bonū opus quod fecit amiſerit. De hoc vitio iactantie legitur Dañ. iiiȷ̇. de nabuchodonoſor rege babylonie ꝙ dū verba iactantie pferret. d. Nonne hec eſt babylon ciuitas magna quā ego edificaui in robore fortitudinis mee ⁊ in gl̄ia decoris mei. ⁊ cū hic ſermo eſſet i ore ei᷒ vox intonuit de celo d. nabucho. regnū tuū tranſit a te. De tertia ſpē. ſ. ꝯtētiōe ſiue litigio habet᷑ p. b. aug. ꝙ nihil ē ſimili᷒ actib᷒ demonū ꝙ̄ litigare. lingua em̄ ꝯſtituit᷑ in mēbris noſtris q̄ maculat totū corpus ⁊ inflāmat rotā natiuitatis noſtre inflāmata a gehēna. Ja. iiȷ̇. iō dicebat Salo. Prouer. xviȷ̇. melior ē bucella ſicca cū gaudio ꝙ̄ domus plena victimis cum iurgio. De quarta ſpecie. ſ. peccati defenſione ſupple propriȷ̇ habet᷑ in glo̅ſa ſup illud p̄s. Iniuſticiā meam domino non abſcondi. ꝙ cum homo tegit deus detegit ⁊ cum homo detegit deus tegit. Quinta em̄ defenſio pctōꝝ procedit ex ſuperbia. ⁊ de hoc habetur Geñ. iiȷ̇. figura de primis parentibus qui ſe excuſabant: mulier ſuper ſerpentem ⁊ vir ſuper mulierē ⁊c̄. Contra tales loquitur gloſa ſuper illud Nolite exaltare cornu. Si iam feciſtis iniq̄tatē nolite eam defendere per elationē. ⁊ alia gloſa ſuper illud Nolite inique agere malum eſt peccare. peius perſeuerare: pernitioſius eſt in deum ſe defendendo ſuam culpam proiȷ̇cē. De quīta ſpecie. ſ. temerario iudicio habet᷑ eccleſiaſtici ſeptimo. Noli querere fieri iudex niſi valeas virtute irrumpere iniquitates. ⁊ ad Romanos ſecundo. in quo em̄ alterū iu

dicas teipſum condẽnas.⁊ Mathei ſeptimo.nolite iudicare vt non iudicemini. In quo
enim iudicio iudicaueritis iudicabimini.⁊ in qua menſura meñ fueritis remetietur vobis.
Temerarium enim iudicium eſt ſententia lata ordine iuſticie ſiue iuris nõ ſeruato.De ſex
ta ſpecie.ſ.detractione habetur Sapien primo. A detractione parcite lingue qm̃ ſermo
obſcurus in vacuũ non ibit.detractor eni eſt vas aquã dyabolicaz continens. iuxta illud
ps.Quorum os maledictione ⁊ amaritudine plenum eſt. detractor em̃ peior eſt inferno.
qr infernus ſolos malos deuorat:lingua autem detractoris amplectit̃ ⁊ bonos ⁊ malos.
Eccleſia.vicesimooctauo.Detractionis enim ſunt ſex ſpecies ſm Auguſtinum. Prima ẽ
occulta mala proximi publicare. Secunda audita cum augmẽto proferre. Tertia crimia
falſa imponere. Quarta bona occulta negare. Quinta manifeſta bona minuere. Sexta
bona in mala cõuertere. Sub hac ſpẽ poni põt ꝓditio:q̃uis Albertus in ſuo cõpendio
theologie eam diſtingat a detractione.de illa detractione loquitur Salomon. Eccleſia.
xij.dicens. In oculis ſuis lachrymatur inimicus:⁊ ſi inuenerit tempus non ſaciabitur
ſanguine.Exemplũ de Juda. Unde Salomon prouerbiorũ viceſimoſeptimo. Meliora
ſunt vulnera diligentis q̃ fraudulenta oſcula odientis. Et eodem viceſimoquarto cum
detractoribus non cõmiſcearis:qm̃ repente conſurgat proditio eorũ.⁊ eodẽ quarto ca.
Remoue a te os prauum ⁊ labia detrahentia ſint procul. Homo enim qui blandis fictiſ/
q̃ ſermonibus loquitur amico ſuo rethe expandit pedib⁹ eius.ꝓuerbiorũ viceſimonono.
De ſeptia ſpecie.ſ.rumore. Catho. Rumores fuge ⁊c. ⁊ Facet⁹. Rumoris fugias tu nũ
cius eſſe ſiniſtri.vnde Bernardus. Abuſiones clauſtri ſunt hec.prelatus negligens. di/
ſcipulus inobediẽs.iuuenis ocioſus.ſenex obſtinat⁹.monachus curialis.religioſus cau
ſidicus.pann⁹ p̃cioſus.cibus exquiſitus.rumor in clauſtro. lis in capitulo. diſſolutio in
choro.irreuerentia iuxta altare.De octaua ſpecie.ſ.de adulatione loquitur Salomon ꝓ
uerbiorum.xxiiij.dicens. Ne lactes queq̃ labijs tuis.vir iniquus lactat amicũ ſuuz ⁊ du
cit eum per viam non bonam.prouerbiorum viceſimoſexto. Adulatio em̃ eſt peruerſa lau
datio ſm Tullium.ideo dicebat Dauid. Oleũ peccatorum.i.adulatio non impinguet ca
put meum . De nona ſpecie.ſ.cõuicio habetur Mathei.v. qui dixerit fratri ſuo fatue re⁹
erit gehenne ignis.De decima ſpecie.ſ.diſcordia habetur Mathei duodecimo.Qui nõ
congregat mecũ diſpargit.qui em̃ meditatur diſcordias diligit rixas.prouerbiorum de/
cimoſeptimo.tales eñi qui ſeminant diſcordiam ſunt miniſtri dyaboli:qr miniſtri ſaluato
ris ſemper perquirunt pacẽ ⁊ eam proſequuntur.talibus enim qui ſeminant diſcordiam
infert dominus maledictionem in euangelio dicens. Ue vobis qui ſeminatis zizaniã in
ter fratres.Et prouerbiorũ ſexto.ſex ſunt que odit dominus:⁊ ſeptimũ deteſtatur anima
eius.oculos ſublimes:linguã mendacem:manus effundentes ſanguinez innoxiũ:cor ma
chinans cogitationes peſſimas.pedes veloces ad currendũ in malum.proferentez men
dacia:teſtem fallacem ⁊ eum qui ſeminat diſcordias inter fratres. De vndecima ſpecie.ſ.
improperio habetur Eccle.viceſimotertio . homo aſſuetus in verbis improperij in oib⁹
diebus ſuis non erudietur.⁊ eodem triceſimoprimo verba improperij ne dicas proximo
tuo.de hoc habetur Leui.xix. Si habitauerit aduena in terra veſtra ⁊ moratus fuerit int̃
vos ne exprobretis ei:ſed ſit inter vos ſicut indigena ⁊ diligetis eum quaſi voſmetipſos.
Fuiſtis em̃ ⁊ vos aduene in terra egypti. De iſta ſpecie habetur Mathei.xxvij.quomo/
do qui crucifixi erant cum ipſo impro operabant ei. De duodecima ſpecie ſcilicet blaſphe/
mia que ſm beatũ Aug.in libro de vicijs eſt qñ aliq̃s attribuit deo quod dei non eſt vel
quando negat dei eſſe quod dei eſt.vel quando aliquis vſurpat quod dei eſt. Breuit̃ tñ
ſm doct̃. Blaſphemia eſt verbum in contumeliam dei prolatum. De illa ſpecie habetur
Leuiti.xxiiij.q egreſſus filius mulieris iſraelite quem pepererat de viro egyptio iurgat⁹
eſt cum viro iſraelita blaſphemans nomen dei:ideo fuit adductus ad moyſem vt puni/
retur.ſuper eius punitione dum moyſes alloqueretur dominum locutus eſt ei domin⁹ di
cens. Extra caſtra educ blaſphemũ ⁊ lapidet eũ vniuerſus populus.omis enim qui blaſ
phemauerit nomen domini morte moriatur,eodem.qui enim maledicit patri ſuo ⁊ matri



extinguetur lucerna ei⁹ in medijs tenebris.gloſa.patri em̃ maledixit blaſphemus dñ do/
mino maledicit.ipſe enim eſt pater omnium.matri etiã maledicit blaſphem⁹ dum verbuz
contumelioſum profert in eccleſiam que eſt ſponſa agni. Apo.viceſimoprimo.ipſa enim
eccleſia eſt mater noſtra.ad Gala.iiij.illa que ſurſum eſt hieruſalẽ libera eſt que eſt mater
noſtra. Iſtud enim peccatum blaſphemie vix remittitur iuxta illud Mathei duodecimo
ſpiritus blaſphemie non remittitur. De decimatertia ſpecie.ſ.deriſione legitur.xx. eſdre.
quarto capitulo.vel neemie quarto.ne operias iniquitates eorũ ⁊ peccata eorꝫ corã facie
tua non deleantur:qr irriſerunt edificantes.⁊ Mathei decimooctauo. qui autem ſcanda
lizauerit.i.deriſerit vnũ de puſillis iſtis qui in me credunt expedit vt ſuſpendatur mola
aſinaria in collo ei⁹ ⁊ demergat̃ in profundũ maris.De decimaquarta ſpecie.ſ.indiſcre
ta cõminatione.legitur prima petri.ij.de Jeſu chriſto ſaluatore noſtro q cũ pateretur nõ
cõminabatur.De decimaquinta ſpecie.ſ.falſa accuſatione habetur prouerbiorum triceſi
mo. Ne accuſes ſeruũ ad dominũ ſuum ne forte maledicat tibi ⁊ corruas . De decimaſex
ta ſpecie.ſ.murmure eſt notandũ q murmur eſt oblocutio indebito modo facta: vt habe/
tur de iudeis contra ſaluatorẽ noſtrũ in euangelijs in pluribus paſſibus. Hoc em̃ viciuz
diſſuadet nobis ſcriptura Sapientie.ſ.dicens. Cuſtodite vos a murmuratiõe que nihil
ꝓdeſt. Non em̃ propter murmur ceſſat tribulatio:ſed quod potuit eſſe meritoriũ propter
murmur efficitur demeritoriũ ⁊ inquinatur. vnde debuit mundari ſm beatũ Auguſtinũ
Huius eñi ſpeciei murmuris ſunt quinq̃ ſpecies.ſcilicet murmur inuidie:de quo Mat.
xx. Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias di. Hi nouiſſima hora vene
runt ⁊ pares illos nobis feciſti qui portauimus pondus diei ⁊ eſtus. Alia ſpecies mur/
muris eſt murmur ſuperbie:de quo Luce.vij. videns phariſeus qui vocauerat eũ.i.ſalua/
torem noſtrum ait intra ſe. Hic ſi eſſet propheta vtiq̃ ſciret que ⁊ qualis eſt mulier q̃ tan
git eũ quia peccatrix eſt. Alia ſpecies murmuris eſt murmur auaricie.de quo Mathei.
xxvi.poterat em̃ hoc vnguentũ venundari.ccc.deñ.⁊c. Alia ſpecies murmuris ẽ murmur
impatientie.de quo Numeri vndecimo.ortuz murmur populi quaſi dolentium pre dolo
re contra dominum. De murmure impatientie multis modis reperitur.vt in infirmitate
in paupertate:in temporis oportunitate ⁊c. Alia ſpecies eſt murmur ſane conſcientie con
tra peccatum remedium maximum.contra illud murmur eſt conſiderareq̃ omnia terrena
cont empſit deus vt ab hominibus contemnenda monſtraret:⁊ omnia aduerſa ſuſtinuit
vt ſuſtinenda doceret.vt in illis non quereretur felicitas ⁊ in iſtis non timeretur aduerſi
tas. De decimaſeptima ſpecie ſcilicet diffamatione habetur per Auguſtinum q qui ali/
quem diffamat vitam ſibi aufert loquendo ſpiritualiter.quia per bonam famaz prius vi/
uebat in conſcientia proximorũ ſuorũ.⁊ per diffamationẽ occiditur in conſcientia audiẽ/
tium.⁊ Eccleſiaſtici viceſimo octauo. Mors illius mors nequiſſima ⁊ potius vtilis infe/
rius q̃ illa qui relinquunt deũ incident in illã.vnde Eccleſiaſtici quadrageſimoprimo. cu
rã habe de bono nomine hoc em̃ magis preualebit tibi q̃ mille theſauri magni ⁊ precioſi.
⁊ Prouerbiorum viceſimoſecundo. Melius eſt nomen bonũ q̃ diuitie multe.ergo q̃ dif
famat aliũ cũ maxima difficultate poteſt ei reſtituere.⁊ prouerbiorꝫ viceſimoquinto.q̃ vi
derunt oculi tui ne proferas in iurgio ne poſtea emendare non poſſis cũ dehoneſtaueris
amicum tuum.vt dicam latius inferius in capitulo de penitentia titulo de reſtitutiõe.vñ
metrificator. Malo perire fame q̃ nomen perdere fame. De decimaoctaua ſpecie ſcilicz
vituperio habetur per Aug. Qui vituperio afficit proximũ ſuũ reus erit nec laudabitur
De decimanona ſpecie ſcilicet ſcurrilitate que alio nomine nuncupatur iocularitas ſm
Gregoriũ habetur ad ephe.v.fornicatio ⁊ omnis immundicia aut auaricia non noietur
in vobis ſicut decet ſanctos:aut turpiloquiuz aut ſcurrilitas.De viceſima ſpecie.ſ. de bi
linguoſitate habet̃ Eccl'.xxviij.ſuſurro ⁊ bilinguis maledicus multos turbabit pacẽ ha
bentes.bilingues em̃ dicuntur qui male loquunt̃ de hominibus in abſentia ⁊ bona i p̃
ſentia. Unde Eccleſiaſtici ſexto capitulo. Improperiũ ⁊ contumeliã malus hereditabit
⁊ ois peccator inuidus ⁊ bilinguis.vñ metrificator. Quid niſi vas ignis ipa extat lingua

bilinguis. Qui geminis linguis prodit ſecreta malignis. Tales enim bilingues ſunt ꝓ
ditores ⁊ detractores ⁊c. verba enim bilinguis quaſi ſimplicia ⁊ ipſa ꝑueniunt vſqꝫ ad in
teriora ventris. Proue. xviij. Talibus em̄ infertur maledictio. Eccl'a. ij. vbi legitur ve du
plici corde ⁊ labijs ſceleſtis. ⁊ ꝓuer. viij. vbi dicit̄. os bilingue deteſtor. De viceſimaprima
ſpecie. ſ. indiſcreta promiſſione habet̄ Eccl'a. xx. qui pre cōfuſione ꝓmittit amico lucratus
eſt eū inimicū gratis: ideo ne ſpondeas ſupra virtutem tuam quod ſi ſpoponderis quaſi
reſtituens cogita. eccle. viij. De viceſima ſecunda ſpecie. ſ. de ſecreti reuelatōe habet̄ eccle.
xxvij. qui denudat archana proximi ſui fidem perdit ⁊ non inueniet amicum ad animum
ſuum. reuelatio enim ſecreti eſt vnum illoꝝ de quibus vix fit concordatio. eccl'. xxij. Eſt eī
concordatio ad amicū excepto conuicio ⁊ improperio ⁊ ſuperbia ⁊ miniſterij reuelatiōe
⁊ plaga doloſa in hijs omībus effugiet amicus. vnde Catho. Quod pudeat ſocios pru
dens celare memento. ⁊ alibi. Quantūcūqꝫ potes celato crimen amici. De viceſimatertia
ſpecie. ſ. maledictiōe habet̄ ad Romanos. xij. benedicite ⁊ nolite maledicere. Exēplo ſal
uatoris noſtri qui cū malediceretur non maledicebat. prima. pe. ij. Talibus maledicis cō
minatur ſacra ſcriptura prima ad Coꝝ. vi. d. neqꝫ maledici neqꝫ rapaces regnū dei poſſi
debunt. De viceſimaquarta ſpē. ſ. mendacio habet̄ ſm̄ beatū Aug. ꝙ mendaciū eſt falſa
ſignificatio vocis cū intentione fallendi: ideo ad mendaciū duo requiruntur. primum ꝙ
falſa proferantur. ſecundum ꝙ proferentur cū intentōe fallendi. Mendacij em̄ aſſignan
tur cōmuniter tres ſpēs. Prima eſt mendaciū officioſuꝫ qđ fit ꝓ ſalute ⁊ cōmodo alicui⁹
nō malicia ſed benignitate dictū. Alia ſpecies eſt mendaciū iocoſuꝫ quod nemini infert
leſionē. Et hec duo nō ſunt ſine culpa ſed nō magna. perfectis em̄ non conuenit mentiri
nec pro corporali vita amici nec alio quouiſmodo q: hinc ſuas occidunt aīas. licet enim
eis verū tacere ſed nō falſum dicere. vt ſi quis nō velit malefactorē ad mortē ꝓdere verū
taceat ſed nō falſuꝫ dicat. xxij. q. ij. c. ne quis. Tertia ſpēs mēdacij eſt mēdaciū ꝑnicioſuꝫ:
quod fit cauſa decipiendi ⁊ iſtud omnibus eſt mortale. tamen ſecunda ſpecies mendacij
dicitur eſſe mortale peccatū perfectis per mgr̄ꝫ. xxviij. di. tertij. ⁊ ī glo. c. ne quis. xxij. q. ij.
abſoluti. beatus Aug. in libro de mendacio tradit octo genera mēdacij. vnū capitale qđ
fit ī docto. religiōis. ſecundū quod nulli prodeſt ⁊ obeſt alicui. tertiū quod ita prodeſt vt
obſit alteri quartū ſola cauſa fallendi mentiri quintū quod fit cupiditate placēdi de ſua
ui eloquio. ſextuꝫ quod nulli obeſt ⁊ prodeſt alicui. Cauſa breuitatis videat qui voluerit
de iſtis ſpeciebus. xxviij. di. tertij ſen. vbi dicitur quiſquis vero aliquod genus mendacij
putauerit non eſſe peccatū decipiet ſeipſum. Nam omne genus mendacij ſummopere eſt
fugiendum. vnde Sapientie primo. Os quod mentitur occidit animam. magnum enim
opprobriū in homine mendaciū. Eccle. xx. opprobrium enim neq̄ in homine eſt menda
ciū. Nam mores hominum mendacium ſine honore ⁊ confuſio illorum cum ipſis ſine in
termiſſione. ⁊ p̄s. perdes omnes qui loquuntur mendaciū. Potior enim eſt fur q̄ aſſidui
tas viri mendacis. Eccle. xx. De viceſimaquinta ſpē. ſ. periurio habet̄ ſm̄ docto. ꝙ ꝑiu
rium eſt mendaciū iuramento affirmatum ⁊ precipue per magiſtrū triceſimanona diſtin
ctione tertij ſententiarum. Jaculum ⁊ gladius ⁊ ſagitta acuta homo qui loquitur contra
proximum ſuum falſum teſtimonium. Prouerbiorum viceſimoquinto. falſum enim dicere
diſſuadet nobis dominus. Exo. viceſimo. ⁊ Mathei decimonono. d. Non loqueris con
tra proximū tuū falſum teſtimoniū. illud em̄ eſt vnū de decē ꝑceptis. tales em̄ ꝑiuri vix ſal
uabuntur. vnde p̄s. Dn̄e quis habitabit in tabernaculo tuo aut q̄s requieſcet in loco ſctō
tuo. Seq̄tur reſponſio quo ad hoc qui loq̄tur veritatē in corde ſuo qui non egit dolū in
lingua ſua. ⁊ alibi. Innocens manibus ⁊ mundo corde qui non accepit inuanū animaꝫ
ſuam nec iurauit in dolo proximo ſuo. hic accipiet benedictionē a domino. ergo ꝑiuri ac
cipient maledictionem ⁊c. De iſta materia tractatui in rubrica de preceptis in primo. §.
Non falſum teſtimoniū loqueris aduerſus proximū tuū. Teſtis falſus nō erit impunit⁹
⁊ qui mendacia loquitur peribit. Prouerbiorū decimonono. De ſecunda ſpecie. ſ. crebra
iuratione habetur Eccleſia. viceſimotertio. iurationi non aſſueſcat os tuum. multi enī ca



lus ſunt in ea. ⁊ in eodem capitulo. vir multuꝫ iurans replebitur iniquitate ⁊ nō diſcedet
a domo eius plaga. Iſta enim ſpecies habetur ſub ſecundo precepto illo. Non aſſumes
nomen dei tui inuanū. Exo. viceſimo. ⁊ Mathei quinto. audiſtis q: dictū eſt antiquis nō
periurabis: ego autem dico vobis non iurare omnino: imo ſit ſermo veſter eſt: eſt vel non
non. ⁊ in capitulo Et ſi chriſtus. de re. iuris. ideꝫ dicitur. De viceſimaſeptima ſpecie. ſ. de
verbo ocioſo habetur per Hieronymū ꝙ eſt illud quod ſine vtilitate loquētis eſt ⁊ audiē
tis dei. Verba em̄ ſcurrilia ⁊ turpia proprie nō ſunt dicenda ocioſa ſm̄ Hieronimū: q: q̄
ſcurrilitatem replicat ⁊ cathenis ora diſſoluit ⁊ aliquid profert turpitudinis nō ocioſi ſꝫ
criminoſi reus tenet̄ ad examen diuini iudicis veniēt verba ocioſa. Mathei duodecimo.
vbi dicitur dico vobis dicit ſaluator noſter ꝙ de oī verbo ocioſo quod locuti fuerint ho
mines reddent rationem in die iudicij. ex verbis enī tuis iuſtificaberis. ex verbis tuis cō
demnaberis. eodem. De viceſima octaua ſpecie. ſ. de multiloquio: habetur Eccleſia. vice
ſimoprimo. In ore fatuorum cor illorum ⁊ in corde ſapientū os illorum. ſtultus em̄ mul
tiplicat verba. qui autem ſapiens eſt moderatur labia ſua. Prouerbiorum decimoquinto
Os fatuorū ebullit ſtultitiam. Tales enim qui nimis abundant verbis nō ſunt immunes
a peccato. vnde Eccleſia. viceſimo. qui multis vtitur verbis ledet animam ſuam. ⁊ ꝓuer
biorum decimo. In multiloquio peccatum non deerit. Multiloquium enim eſt ſignū im
becillitatis ſm̄ Hieronimū. d. inter canes qui infirmior eſt magis latrat. De viceſimano
na ſpecie. ſ. de turpiloquio habet̄ ad Colo. tertio. deponite turpem ſermonem de ore vro
Turpiloquium enim corrumpit proferentem ſm̄ Senecā dicētem. Ne dixeris turpitudi
nem. nam per verba tua in ore tuo pudor dinoſcitur. Turpiloquiū corrumpit bonos mo
res. prima ad Coꝝ. decimoquinto. Corrūpūt bonos mores colloquia praua. ideo exhor
tando dicebat ad Ephe. v. Fornicatio aut oīs immūdicia aut auaricia aut turpitudo nō
noīetur in vobis ſicut decet ſanctos. De triceſima ſpecie. ſ. prauo conſilio habet̄ per bea
tum Aug. ꝙ prauus conſiliarius eſt proditor. Conſiliarij mali quaſi omnia mala faciūt
ipſi dant palmas in facieꝫ chriſti in membris eius dicentes prophetiſa nobis chriſte q̄s
eſt qui te ꝑcuſſit. quaſi credāt ꝙ dominus ignoret aſtutias eoꝝ. Ipſe enī dominus nouit
decipientem ⁊ illum qui decipitur. Adducit conſiliarios in ſtultum finem ⁊ iudices ī ſtu
porem. Job duodecimo. ⁊ Eccle. xxvij. facienti nequiſſimū cōſilium ſuper ipm̄ reuoluet̄
⁊ non cognoſcet vnde adueniet illi. Praui enim conſiliarij de rapinis ⁊ exactionib⁹ q̄s
faciunt fieri habent graue peccatum ⁊ ad reſtitutionem tenentur cum alij habeant lucrū
conſilio eorum. Tales em̄ conſiliarij praui viliores ſunt meretricibus q̄m̄ meretrices ven
dunt vilius membrum quod habeant. conſiliarij vero praui nobilius. ſ. linguā ſm̄ Vin
centiū in ſuo ſpeculo libro primo. Hijs ſpeciebus ſm̄ Albertum in ſuo cōpendio pōt ad
di impugnatio veritatis agnite impugnatio felicitatis. cōtradictio. de quibus Eccle. iiij.
Nec cōtradicas verbo veritatis vllo mō ⁊ de mēdacio ineruditionis tue confundere De
triceſimaprima ſpecie. ſ. indiſcreta taciturnitate ſm̄ Aug. eſt notandū ꝙ ſicut vitioſa eſt lo
quacitas: ſic pernicioſum eſt nimis tacere. vnde Eccleſia. iij. tempus tacendi tempus ridē
di ⁊c. ⁊ Yſa. ſeruāda eſt lingua nō inſolubiliter liganda: ideo ori ponēda ē cuſtodia vt nec
vitalē edificationē clauſum damnet. nec letalis pernicies liberum ſortiatur egreſſum q̄m̄
mors ⁊ vita in manibus lingue. Prouer. xviij. habentibus em̄ curā animaꝝ tacere eſt ꝑni
cioſum. vnde Exo. xxviij. Precepit dn̄s vt in extremis ꝑtib⁹ veſtiū ſacerdotaliū fierēt tin
tinabula aurea mixta malis punicis vt audiret̄ ſonitus ſacerdotū q̄n̄ ingrederent̄ ⁊ egre
derent̄ tēplū. ⁊ ſequit̄ ne morerent̄. ſuꝑ quo Greg. ſacerdos igrediens morit̄: ſi de eo ſo
nitus non audiat̄. contra ſe enim iram iudicis prouocat: ſi de eo ſonitus predicatōis nō
ꝑcedat. Si enim ſpeculator viderit gladium venientem ⁊ non inſonuerit bucina ⁊ popu
lus nō ſe cuſtodierit: veneritqꝫ gladius ⁊ tulerit de eis animā. Ille quidem in iniquitate
captus eſt: ſanguinē autē eius de manu ſpeculatoris requirā. Ezechielis triceſimotertio
Si autē te annunciante ad impium vt a vijs ſuis conuertatur non fuerit cōuerſus a via
ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti, eodē capitulo. Tali

bus em̄ paſtoribus qui non docent populū ſibi ſubditum infertur maledictio per verbū
apoſtoli.prima pe.ad Cor.ix.d.ve em̄ eſt mihi ſi non euangelizauero.ſi enim propter ta
citurnitatē prelati vel paſtoris aliquis pereat ſimile eſt ac ſi eū interficiat loquendo ſpūa-
liter.vnde Apo.act.xx.mundus ſum a ſanguine oim.'non em̄ ſubter fugi quo min⁹ annū
ciarem omne conſilium dei vobis.ergo per oppoſitū reus erit qui non annunciabit. Itē
poteſt eſſe taciturnitas dānabilis quando quis celat ſua peccata ſeu tacet.Prouer.xxviij
Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur.qui aūt cōfeſſus fuerit ⁊ reliquerit ea miam con
ſequetur.Quantum ad tertiam partem in qua reſtat modus refrenandi linguam eſt notā
dum primo ꝙ ratio eſt regula modificans linguam ⁊ refrenans : ideo homo debet loqui
cum deliberatione matura. vnde Hieronymus.prius veniat ſermo ad limā ſupple rōis
ꝙ̄ ad linguā.ideo dicebat Salomon Eccle.xxi.Verba prudentiū in ſtatera ponderabun
tur. Ille em̄ q̄ nō vult loqui niſi ꝑcedente cordis deliberatione clauē oris habet in archa
cordis.Prouer.xiij.aſtutus agit oīa cum conſilio.qui autem fatuus eſt aperiet ſtultitiaz.
Remedia em̄ ſunt faciliter inducenda ex premiſſis.vnuz conſideratio preuilegij quo in
lingua deus hoīem pre ceteris creaturis dotauit.Nulli eni dn̄s dedit linguā materialez
ad vſum loquele niſi homini:ideo debet homo cohibere linguam ſuam a malo ⁊ implica
re bono.iuxta illud.ps.Declina a malo ⁊ fac bonū.Secundū remediū eſt vt homo oran
do linguā ſuā cōmendet deo.Nam hominis eſt aīm preparare ⁊ dn̄i gubernare linguā
Prouer.xvi.⁊.ps.Pone dn̄e cuſtodiā ori meo:⁊ oſtiuz circunſtantie in labijs meis.ideo
dicebat Salomon Eccle.xxij.quis dabit ori meo cuſtodiā ⁊ ſuper labia mea ſignaculuz
certū vt non cadā in ipſis ⁊ lingua mea pereat a me. Aliud remediū eſt conſideratio pe
riculi propter hoſtes inuiſibiles qui apertioni porte.ſ.oris inſidiantur vt intrent. vnde
Iob.xli.Memēto belli ⁊ nō addas ampli⁹ quicꝙ̄ loqui.vir em̄ iuſtus celū dicitur: ⁊ os
eius porta celi.⁊ ideo non eſt aperiendū ſine magna cā. Non legit eni celū apertū fuiſſe
niſi aliquod mirum inde ſubſecutum ſit.vnde in ps. pluit eis manna de celo ad mandu-
candū. Item Luce tertio.Ieſu baptizato ⁊ orante apertum eſt celum.⁊ ſequitur.Deſcen-
dit ſpiritusſanctus in ſpecie colūbe ⁊ vox patris audita eſt.Itē i actib⁹ apoſtoloꝝ de bea
to Stephano act.vij.vidit celū apertū:⁊ ideo quādo porta celi ſpūalis aperitur.ſ.os iu
ſti debet exire inde māna.ſ.verbū magne vtilitatis . Sed de pluribus cum expectatur ꝙ
exeat māna exit rana.ſ.verbum garrulitatis vel vanitatis:⁊ male . qm̄ lingua eſt calam⁹
ſ.ps.Lingua mea calamus ſcribe velociter ſcribentis. Aliud remedium eſt os ſuum clau
dere ne aliquid vanitatis ⁊ inutilitatis proferat.Eccle.xxviij.Beatus q̄ tectus eſt a lin-
gua:necꝙ̄ q̄ iracūdiā illi⁹ nō trāſiuit ⁊ qui nō abſtraxit iugū eius ⁊ in vinculis illius non
eſt ligatus.iugū em̄ illius iugū ferreū eſt ⁊ vinculum illius vinculum ereum eſt.ſepeli er-
go aures tuas in ſpinis ⁊ noli audire linguam necꝙ̄ ⁊ ori tuo facito oſtia:⁊ ſeras auribus
tuis.aurum tuum ⁊ argentum conſla : ⁊ verbis tuis facito ſtateram : ⁊ frenos ori tuo re-
ctos ⁊ attende ne forte labaris in lingua tua ⁊ cadas in conſpectu inimicoruz inſidiantiū
tibi ⁊ ſit caſus tu⁹ inſanabilis in mortē.ideo dicebat Salomon eodē quinto capitulo. Si
eſt tibi intellect⁹ rn̄de ꝓximo tuo.ſi autē ſit manus tua ſuper os tuū ne capiaris in verbo
indiſciplinato ⁊ confundaris.honor enim ⁊ gloria in ſermone ſenſati lingua vero impru
dentis ſubuerſio eſt impius.ideo ſm̄ Senecā. duo frena apponuntur lingue ad denotā
dum ꝙ eſt membrum periculoſum ſi non frenetur ratione.vnde Iaco.tertio. Inquietum
malū plena veneno mortifero in ipſa benedicimus deū ⁊ patrem . ⁊ in ipſa maledicimus
homines qui ad ſimilitudinem dei facti ſunt. Qui enim cuſtodit os ſuum cuſtodit aīam
ſuā.Qui aūt inconſideratus eſt ad loquendū ſentiet mala. Prouerbiorum decimotertio
Aliud remediū eſt ꝯſideratio pene correſpōdētis pctīs lingue. De qua pena habet luce
xvi.de malo diuite qui inter alias penas exprimit penā lingue ꝑ hoc ꝙ di.Abrahe mitte
lazaꝝ vt intingat extremum digiti ſui in aquam vt refrigeret ⁊c.quia crucior in hac flāma
Aliud remediū eſt conſideratio premij quod promittitur illis qui refrenāt linguas ſuas
a malo.Eccle.xiiij.Beatus vir qui non eſt lapſus verbo oris ſui.igitur qui vult vitaz di-



ligere ⁊ videre dies bonos coherceat linguam ſuam a malo ⁊ labia ſua ne loquant doloſ.
Sequitur de peccatis venialibus.
prima pe.iij.

Dicitur a venia veniale cito ſibi danda
Multis nanqz modis dominus veniale remittit
Infra cōntenta deuote facta recepta
Si tibi mortale non eſt deletum fit veniale
Confiteor tundo reſpergor conteror oro
Vngor ieiuno patior conuerto remitto
Signor edo dono mala ſic venialia pono
Quamuis expediat homini veniale fateri
At tamen hoc faciat non dico quenqz teneri
Ni quando dubitat illud graue forſan haberi
Vel ſi non habeat grauius decet illa referri
Vt ius perficiat mandans quencunqz fateri.

Iſtud capitulum vſqꝫ ad capitulum ſequens diuiditur in tres partes. In prima pte
ponit diffinitionē peccati venialis cū interpretatione ſui nominis capiēdo interpretatio
nem large. In ſecunda parte enumerat modos quib⁹ peccatū veniale remittitur. In ter
tia parte actor remouet vnum dubium:videlicet vtrum homo teneatur confiteri venialia.
prima in principio.ſecunda ibi Multis nanqꝫ modis.tertia ibi.Quāuis expediat.ptes
cum ſuis diuiſionibus patebunt legendo litteram. In prima parte actor diffinit peccatū
veniale ⁊c.dicens ꝙ peccatum veniale eſt quod hominem vſqꝫ ad reatum perpetue mor
tis nō grauat.veruntamen penā meretur ſm̄ beatū Aug.⁊ mgr̄m.xlij.diſt.iij.⁊ dicitur ve
niale a venia que pro veniali cito datur reſpectu mortalis.Quis tamen propter rationez
predictā ſit in ſenſualitate peccatū non tamen hoc erit mortale ſed tantummodo veniale
quia voluntas non habet dominiū cōpletū ſuper primos motus qui ſunt ſenſualitatis vt
in illis actibus qui non per deliberationē rationis procedunt ⁊ tamen voluntatis . tales
motus ſenſualitatis impedire poterat:⁊ ideo ſunt peccata venialia. primi quoqꝫ motus
ſenſualitati idcirco aſcribunt q̄ taliū motuū primū motiuū eſt ſenſualitatis ⁊ ſubiectum
Dicendū quoqꝫ eſt vlterius ꝙ primi motus ſm̄ peccata predicta ſunt venialia triplici ra
tione. Prima q̄ mouent ad illicitū.ſecunda q̄ ſunt quodāmodo voluntarij non ſm̄ ſe ſꝫ
q̄ non impediunt a voluntate.tertia propter delectationē ānexā cū enim anima per dele
ctationem coniungitur creature obtenebratur ⁊ peioratur.ſed quādo cōiungitur deo illu
minatur ⁊ melioratur. Item nota ꝙ homo pronior eſt ad maluz ꝙ̄ ad bonum multis de
cauſis. Prima.q̄ ſicut dr̄ Sapien.nono.corpus aggrauat animam trahens illā ad ma-
lum ⁊ non ſic erigens ad bonū.ſecundo q̄ ſicut dicit Auguſti.plus poteſt malum ſolitū
ꝙ̄ bonum inſolitum.tertio quia naturaliter facilius eſt deſcendere ꝙ̄ aſcendere : ⁊ vnus
magis trahit deorſum ꝙ̄ decem ſurſum.quarto quia incitans ad malū preſens eſt:ſed fi-
nis virtutis abſens.Delectabile autē apprehenſuz per ſenſuz vel per imaginationē de ne
ceſſitate mouet concupiſcentiā.quinto quia plures circunſtantie requiruntur ad bonū ꝙ̄
ad malū.ſexto q̄ tendimus ad noſtrū principiū ex quo:ſcilicet ad nihilū.ſeptimo quia fo-
mes qui mouet ad malum ſemper intra nos eſt:gloria vero quā querimus extra nos eſt.
Octauo quia vires anime ſunt actiue ad diligendū temporalia: ſed paſſiue ad ea q̄ ſunt
gratie ⁊ glorie q̄ nō pn̄t haberi virtutes ꝑ modū acq̄ſitionis ſimpliciter ſꝫ ꝑ modū rece
ptiōis.vn̄ ⁊ malū poſſumus facere ꝑ nos:ſed bonū non poſſumus ſine gratia adiutrice
De moroſa delectatione ⁊ cōſenſu in peccatum:nota ꝙ non dicitur moroſa mora tempo
ris;ſed ex conſenſu,delectatio enim que conſiſtit citra conſenſum veniale peccatū eſt. Si

vero procedat conſenſus vlterius ita ꝙ vult in delectatione voluptari nec tñ vult in op᷒
procedere talis conſenſus inter mortalia computandus eſt ſicut in peccatis carnalibus.
Item ſi ratio conſentit cum deliberatione que fit per rationes diuinas hoc modo quia
oē quod lege dei eſt prohibitum eſt vitandum.tunc dicitur eſſe peccatum in ſuperiori pte
rationis.Si autē ratio conſentit cū deliberatione que fit per rationes humanas:hoc mo
do omne in quo tranſcenditur mediū virtutis eſt vitandum tunc dicetur peccatum eſſe ĩ
inferiori parte rationis.adhuc procedit vlterius conſenſus ſcilicet quādo proponit op᷒
cōſummare:tunc voluntas pro facto reputatur.⁊c̄.ſi facultas deſit perficiendi opus ipm
Si vero ſequitur opus conſenſum in his que ſunt lege diuina prohibita: peccatum eſt
mortale conſummatum.peccatum enim veniale minoris eſt culpe. Nam in paruulis poſt
baptiſmum primo ſurgunt venialia poſt hoc mortalia. Peccatum enim veniale ſemp eſt
a voluntate ad hoc mouente vel promittente vel non cohibente. Peccatū enim aliquod
eſt veniale tribus modis.vno modo ex genere ſicut verbum ocioſum eſt veniale. ſcdo ex
euentu ſm ꝙ per penitentiam de mortali fit veniale.tertio modo ex cauſa:vt quando fiūt
quedā ex infirmitate vel ignorantia que licet quandoqꝫ ſint mortalia tamen dicuntur ve
nialia ex comparatione ad peccatum quod fit ex certa malicia.tamen hoc nota ꝙ peccatū
veniale nunꝙ poteſt fieri mortale nec quantum ad actum nec quantum ad maculā.ratio
eſt qꝛ nulla res poteſt mutare naturam ſuam ſiue ſpeciem.peccatum autem veniale ⁊ mor
tale ſunt diuerſe ſpecies peccati.tamen actus qui ex ſe eſt de genere venialis poteſt fieri
mortalis quattuor modis.primo ex conſcientia qꝛ quicqd fit contra conſcientiā edificat
ad gehennam etiam ſi ſit contra conſcientiam erroneā. Et ratio eſt quia cum in peccato
duo ſint.ſ.auerſio ⁊ conuerſio.penes primum iudicatur peccatū a deo. quoniam auerſio
a deo eſt quaſi formale. ⁊ conuerſio ad creaturam quaſi materiale. Quāuis enim leuare
calamū de terra videatur leue:tamen quando fit contra cōſcientiam peccatū eſt.qꝛ ſumi
tur bonum cōmutabile:⁊ ſic fit auerſio a creatore. Nota primo ꝙ conſcientia eſt habitus
naturalis non ſolū cognitiuus:ſed etiam motiuus inclinans animam ad proſecutionē
boni ⁊ fugam mali. Uel alio modo conſcientia eſt habitus animi agendorum ⁊ non agē
dorum. Uel alio modo conſcientia eſt habitus mentis boni ⁊ mali diſcretiuus. Ulteri᷒
eſt notandum ꝙ conſcientia dicitur erronea octo modis.vno modo ex ignorātia quādo
neſcit aliquis quid eligendum ſit vel quid declinandum.vnde ſecūdi Paral.xx. cū igno
remus agere debemus.hoc ſolū habemus reſidui vt oculos noſtros dirigam᷒ ad te de᷒
Secundo ex negligentia vt cum quis negligit conſcientiam diſcutere.vel ſi neſcit ſe expe
dire negligit ab alijs querere.Tertio ex ſuperbia vt quando quis non humiliat intellectū
ſuū vt ſapientiorib᷒ ſe velit credere.Quarto ex ſingularitate qñ homo ſenſum proprium
ſequitur nolens ſe cōformare alijs.Quinto ex affectu inordinato. vnde Seneca.Perit
oē iudiciū cū res tranſierit in affectum. Sexto ex puſillanimitate quando quis timet nō
timenda ſm rectum iudicium rationis. Septimo ex ꝑplexitate qua hō ſe credit eſſe poſi
tum inter duo peccata quorū alterum ſit impoſſibile declinare. Octauo ex humilitate cor
dis ⁊ puritate.vnde Greg. Bonarum mentium eſt ibi culpas agnoſcere vbi culpa nō ē.
Conſcientia erronea eſt reprehēſibilis primis ſeptē modis. laudabilis vero octauo mo
do imo nec error dici meret ſed humilis ſuorū defectuum recognitio. Secūdo ex compla
centia.vnde Aug. nullū peccatū a deo veniale quod non fiat mortale duꝫ placet. Tertio
ex diſpoſitione.quia per frequentē lapſum in venialia diſponitur homo ad mortale.⁊ ſm
hoc intelligitur illud Gregorij vitaſti grādia:vide ne obruaris arena.hoc dicit qꝛ ſepe de
pctis minimis venit ad magna.ſicut de modica ſcintilla qñqꝫ ſurgit magn᷒ ignis. vnde
Greg.q̄ minima negligit paulatiue defluit.Quarto ex ꝓgreſſu. qꝛ qñ inſurgit veniale ſi
non ꝓhibet poſſet ꝓgredi qñqꝫ vſqꝫ ad mortale . non ꝙ ipm veniale in ſubſtantia fieret
mortale:ſed quia ex ipſo occaſionaliter fieret progrediēdo mortale.illud patet in primis
motibus qui inter venialia cōputantur.ſed quando delectatio ſqualeſcit intantū ꝙ cōſen
ſus accedit:iam peccatum eſt mortale. Peccatum enim veniale eſt libido ſiue voluptas in



creatura ſupra deū vel eque deo. Rectus eñ ordo poſtulat iuſticie ꝙ bonū incōmutabi
le preferatur cōmutabili ⁊ honeſtum vtili ⁊ voluntas dei voluntati noſtre rō ſenſualita
ti.quando vero ille ordo peruertitur tunc peccatū perpetratur. Effectus. peccati venia
lis multiplex eſt.vnus qꝛ ad penam obligat ſaltem aliqualē.alius effectus eſt qꝛ animā
maculat.⁊ ponitur tale exemplum aliquando denigratur aliqua ymago depicta intantū
vt videri non poſſit.aliquando vero ſic obfuſcatur vt videri quidē poſſit: ſed non plene
diſcerni.⁊ iō dicit Greg. ꝙ veniale obſcurat ⁊ mortale obtenebrat totaliter. vt videri nō
poſſit ymago. Alius effectus eſt qꝛ minuit feruorem charitatis ſicut aqua in ignē ꝓiecta
feruorē ignis temperat licet non extinguat ignem. Alius effectus eſt quia potentias aīe
in oībus bonis laſſat ſicut quando ponitur onus ſuper equum minus erit promptus ad
ambulandū. Alius effectus eſt qꝛ retardat a gloria.qꝛ homo qui deberet ⁊ poſſet ſtatim
poſt mortem euolare cogitur propter venialia ad tempus ĩ purgatorio expectare. Nūꝙ
eñ ab aliquo facies dei videbitur donec ſoluat per penas minimū quadrantē venialiū
peccatorum oportet enī quēlibet ita mundum eē anteꝙ ingrediatur ſiue introeat paradi
ſum ſicut fuerat in innocentia baptiſmali. Alius effectus eſt qꝛ aliquādo venialia ſunt oc
caſio peccatorū mortaliū vt dictū extitit. Quantū ad ſecundā partē in qua erant inſinuan
dī plures modi per quos venialia delētur dum tñ aliquātula contritio precedat eſt notā
dum ꝙ peccata venialia delētur per ſacrificiū altaris.per aſſumptionē eucariſtie.ꝑ elemo
ſinam per orationē dominicalem.per aſperſionem aque benedicte.ꝑ benedictionem epi
ſcopalē.per confeſſionem generalem.per ieiunium.per extremam vnctionem.per patiē
tiam in tribulationibus.per ſignū crucis.per contritionem percutiendo pectus in ſignū
diſplicentie peccati.remittendo iniurias.docendo indoctos. ⁊ breuiter adimplendo opa
mie ſpūalia ⁊ corporalia.etiam per oīa alia ſacramenta delentur venialia. De illa mate
ria videatur.xxv.di.ca.Criminis.⁊ ca. Qualis hinc quiſqꝫ egreditur.⁊ de pe.di.i.ca.Si
peccatū.ca. Serpens.⁊.e.di.c.penul.⁊ vlti.xxi.di.iiij.⁊.xvij.di.eiuſdem.vnde Auguſt.in
enchiridion de quotidianis leuibuſqꝫ peccatis ſine quibus hec vita nō ducitur quotidia
na oratio ſatiſfacit. ⁊ integritatis dum nullum mortale fuerit pctm̄ qꝛ peccato mortali exi
ſtente veniale nō dimittitur de pe.di.i.ca. Verbū pauli. Cuius cā eſt qꝛ cū mortale pecca
tū tollat charitatem que vniuerſa delicta operit conſtat ꝙ exiſtenti in mortali peccato nul
lū veniale remittitur ꝺ con.di.iiij.ca. Non poteſt. Ex illa ſecūda parte inducitur ꝙ quinqꝫ
ſunt principaliter que debet homo timere circa venialia. Primū multitudo eoꝝ. vñ Au
gu.illa leuia noli contēnere. Secundū qꝛ ad iudiciū dei pro talibus ſumus trahendi glo.
ſup illud Job.xxxi. Nonne ipſe vias meas cōſiderat:⁊ cūctos greſſus meos dinumerat.
glo.ibi.ſic deus vniuſcuiuſqꝫ vias conſiderat ⁊ greſſus dinumerat.vt nec minutiſſime co
gitationes nec minutiſſima verba que apud nos influxerūt ei᷒ iudicio indiſcuſſa remane
ant. Tertiū eſt ne inter multa venialia aliud mortale incidat homine ignorāte. vnde Job
alieni comedūt robur eius ⁊ ipſe neſciuit. Quartum eſt ne per venialia homo tantū de
bilitetur ꝙ in aliquod cadat mortale Eccle.xix. Qui ſpernit modica paulatim decidit. De
hoc habetur figura ſecūdo regum decimoquarto vbi habetur ꝙ ſemel in anno abſalon
filius dauid tōdebatur quia grauabat eum ceſaries. ⁊ eodē decimooctauo habetur ꝙ oc
caſione criniū interfectus eſt a ioab principe militie dauid qꝛ capillis pendebat ad ramū
vnius quercus.ꝑ crines enī peccata venialia debemus intelligere ſm doctores. Alia fi
gura habetur Iudicū decimoſexto.quomō ſampſon ceſis crinibus debilis factus eſt.in
quo datur intelligi ꝙ per pctā venialia aliquis debilitatur in operando ſiue in ſuis opera
tionibus. Quintū eſt quia peccata venialia profectum impediunt.modicum enim pulue
ris oculum obnubilat.ſic venialia peccata.ſeruitium alicuius minus gratum vidētur ali
qualiter reddere deo qꝛ ad ei᷒ dilectionē reqritur nou᷒ mot᷒ charitatis ꝙuis nō reqrat
nou᷒ charitatis habit᷒ qꝛ pctm̄ veniale nō tollit veritatis habitū ſꝫ obſcurando impedit
aliqualiter veritatis actum. Item qꝛ peccatum veniale nō dimittitur ſine contritione.pꝫ
qꝛ ꝙdiu manet volūtas in aliquo veniali nūꝙ dimittitur ſꝫ voluntatē auertere ab eo qđ

qu's prius volebat eſt diſplicere ei quod voluit. Talis autem diſplicentia dolor ꝯtritiõis
dicit̃. ſuper quo nota ꝙ cõtritio poteſt accipi tripliciter. in habitu. in actu. ⁊ medio modo
Contritio in habitu non ſufficit ad peccati venialis dimiſſionẽ q: tunc quicunqȝ haberet
pnie veritatis habitum nõ poſſet habere veniale peccatũ. ⁊ ſic peccatum veniale nõ poſ-
ſet eſſe cum gratia. Contritio in actu non ſemper requirit̃ q: ſequeretur ꝙ peccatuȝ quod
quis in memoria non habet remitti non poſſet. propter hoc requiritur contritio medio
modo. ſ. vt peccatum diſpliceat actualiter vel explicite vel implicite. dico autem implicite
ꝙ talis actus ſufficit q: diſplicet explicite peccatũ veniale ſi cogitatio ferretur ad illđ. Itẽ
eſt notandũ ꝙ tam feruens poteſt eſſe motus charitatis in deum ꝙ oĩa peccata venialia
conſumit etiam ſine actuali contritione vel cognitione ipſoꝝ quia qñ q̃s feruenter in deũ
fert̃ diſplicet ei om̃e quod a deo retardat. ⁊ lȝ explicite de peccato veniali non cogitet. tñ i
illo motu continetur implicite diſplicentia peccati venialis vel vnius vel oĩm. Item eſt
ſciendũ ꝙ in contritione de venialibus non exigitur propoſitum non peccandi veniali
ter: ſicut in contritione de mortali exigebatur. ſȝ ſufficit ꝙ diſpliceat ei peccatũ p̃teritũ ⁊
infirmitas qua ad peccatum veniale inclinatur q̃uis ab eo omnino immunis eſſe nõ poſ
ſit. ita tñ ꝙ volũtas non maneat fixa in vno veniali q: illud ſic retentũ nec dimitteret̃ in cõ
tritione generali nec in ſpeciali. ratio eſt q: peccata mortalia ſunt in p̃tãte noſtra vt vitẽ-
tur non ſolum ſingula ſed omnia: venialia vero ⁊ ſingula vitari poſſint. non tamẽ omnia
quod ex infirmitate noſtra contingit. Quantum ad tertiam partẽ in qua erat vnũ dubiũ
remouendum videlicet vtrũ homo teneatur confiteri venialia eſt premittendũ ꝙ peniten
tia eſt remedium inſtitutum ad expellenduȝ peccatum cui debetur pena ſenſibilis que de
betur peccato non ſolum mortali ſed etiam veniali. pȝ quia pnĩa eſt remediũ contra vtrũ
qȝ tamen penitentia non eſt ſimpliciter de venialibus ſed de mortalibus. q: penitentia in
troducta eſt ad reconſiliandum amiciciam quam peccatum mortale tollit. licet igit̃ peni
tentia non ſit de venialibus ſimpliciter tamen eſt per accidens. Super quo eſt notandũ
ꝙ ad confeſſionem dupliciter tenemur. vno modo ex iure diuino hoc ipſo ꝙ ẽ medicina
ꝯtra pctm̃ poſt naufragium ⁊ ſm̃ hoc non oẽs tenent̃ ad confeſſionẽ. ſed illi tãtum q̃ pec
catum mortale incurrunt poſt baptiſmum. Aliomodo tenemur ex iuris poſitiui precepto
⁊ ſic tenent̃ oẽs adulti ex inſtitutiõe eccl̃ie edita in conſilio generali ſub Inno. tertio. ꝯfi
teri ſemel in anno ꝓprio ſacerdoti. de pe. ⁊ re. c. Omnis vtriuſqȝ ſexus. dũ ad annos diſ
cretionis peruenerit ⁊ ſic tenet̃ q̃ nõ hȝ mortalia cõfiteri venialia. Tum vt quilibet ſe pec
catorem recognoſcat q: oẽs peccauerunt ⁊ egent gratia dei iuſtificati gratis ꝑ grãȝ ipſi'
ad romanos. tertio. tum vt cum maiori reuerentia ad eucariſtiam accedant. tum vt eorũ
rectoribus ſui ſubditi innoteſcãt ne lupus inter gregem lateat. Nam ad rectores eccleſia
rum pertinet diligenter vultũ pecoris ſui agnoſcere. ꝓuer. xxvij. Item cã dubitationis ve
niale eſt cõfitendum q: ꝓpter circũſtantias ⁊c. qđ credit̃ ab hoĩe veniale eſt aliqñ morta
le. deut. xvij. ſi difficile et ãbiguũ apđ te iudicium eẽ, pſpexeris inter ſanguinẽ ⁊ ſanguinẽ
cãm ⁊ cãm leprã ⁊ leprã. ſurge ⁊ aſcẽde ad iudicẽ ⁊ ſacerdotes qui iudicabunt tibi iudicij
veritatẽ ⁊ facies quodcũqȝ dixerint qui preſunt loco quẽ elegerit dñs ſequeris, q: ſenten
tiam eoꝝ nõ declinãs ⁊c.

Sequitur de ſententia excommunicationis

Anq̃ peccata ſemper caueas anathema
Nam grauis eſt pena q̃uis ſit pro medicina
Hec patitur damna qui maius fert anathema
Hic non eligitur non eligit at prohibetur
Eccleſie porta communio ſit ſacramenta
Traditus eſt ſathane precibus caret eccleſieqȝ
Ac ſibi legitimus prohibetur quilibet actus



Nam ſecus eſt iure reſtrictus claue minore
Que ſolum pellit a ſacris percipiendis
Nunq̃ participes hiis quos anathema coherceat
Qualicunqȝ modo niſi caſu iure remiſſo
Caſus excepti ſuper hoc ſunt iure reperti
Coniunx et nati famulus qui debita querit
Ignorans ſuper hiis et dicens vtile mentis
Et qui vitare nequit hos vrgente neceſſe
Participans iure ſtrictis anathemate tute
Sunt interdicta ſuſpenſio nempe cauenda
Quamuis ſint pene leuiores ſunt metuende

Poſtq̃ actor noſter ſuperius determinauit de peccatis in generali ⁊ in ſpeciali. Hic
determinat de ſententia excõicationis. diuidẽs ſuum capitulum prima ſui diuiſiõe
determinat de ſententia excõicationis. in ſecunda de ſnĩa in-
in duas partes. In prima determinat de ſententia ⁊c. Pria diuiditur in duas. In pria
terdicti ⁊ ſuſpenſionis. ſecunda ibi Sunt interdicta ⁊c. Pria diuiditur in duas. In pria
determinat de ſnĩa excõmunicationis maioris que dicitur anathema. in ſecunda de minore ex
cõicatiõe. ſecũda ibi Nam ſecus eſt iure. Item prima diuiditur in quattuor ꝑtes. i pria
facit qđ dictũ eſt. in ſecunda inſinuat inconuenientia que proueniunt ex maiore excõmu-
nicatiõe. in tertia parte inhibet participare cum excõmunicatis maiori excommunicatio
ne propter contagionem ſententie. in quarta parte excipit aliquos caſus in quibus licitũ
eſt certis perſonis participare talibus excõmunicatis. Prima in principio. ſecunda ibi.
Hec patitur dãna. tertia ibi Nunq̃ participes. quarta ibi. Caſus excepti. Quantũ ad pri
mã partẽ eſt notandũ ꝙ excommunicatio in generali eſt actus clauium quo membrũ ſpi-
ritualiter abſciditur a ſuo corpore. Et ſunt excommunicationis due ſpẽs. maior excom-
municatio que dicitur anathema. ⁊ minor excommunicatio. Pro quo eſt notandum ſm
beatum thomam ſuper. xiij. di. quarti ſentẽ. ꝙ qui per baptiſmuȝ in eccleſia ponit̃ ad duo
aſcribitur. ſ. ad cetum fidelium ⁊ ad ſacramentorũ preceptionẽ ⁊ iđ aliquis poteſt fieri ex
tra eccleſiam per excommunicationẽ dupliciter. vno modo ꝙ ſeparatur tantummodo a
perceptione ſacramentorum ⁊ ſic erit minor excommunicatio. aliomodo ꝙ excludatur a
cõmunione fidelium ⁊ a perceptiõe ſacramentoruȝ ⁊ ſic erit maior excommunicatio que
dicitur anathema. ab ana quod eſt equale ⁊ thomos diuiſio. Anathema ſeu maior excõ-
municatio de qua loquitur actor noſter in principio iſtius capituli eſt ſententia eccleſie q̃
quis preſcindit̃ ab ingreſſu eccleſie a ſacramentoruȝ cõmunione ⁊ fideliũ conſortio. xviij.
d. quarti ſen. ergo grauem penam inducit q̃uis fiat pro medicina q: excõmunicatio ſolȝ
fieri vt illi qui excommunicantur corrigantur ne populus exemplo eorum corrumpatur.
Quantũ ad ſecũdam partẽ in qua inſinuanda ſũt inconueniẽtia q̃ proueniunt ex anathe
mate eſt notanduȝ ꝙ excommunicatus maiori excommunicatione ⁊c. nec poteſt eligere
nec eligi de elec. per totũ. Item aliud incõueniẽs q: talis excommunicatus nõ põt agere
ca. Excommunicamus. i. §. credentes de hereticis. nec impetrare reſcriptũ ad agendum.
de re iudi. c. Inter monaſterium. Aliud incõueniẽs q: talis excõicatus a ꝑceptiõe ſacra-
mentoꝝ ⁊ a cõione. i. cetu fidelium ſeparatus eſt. vi. q. ij. preſenti. ⁊. xi. q. iij. ſi quis epĩs. ꝑ
mag. xviij. di. quarti. ſen. ⁊ per beatũ tho. ſuper eandẽ di. Aliud incõueniẽs eſt q: talis tra
ditur ſathane. c. audi. deniqȝ. ⁊ ca. om̃is chriſtianus. xi. q. iij. ⁊ prima ad coꝛ. v. ⁊ cauſa red
ditur a mag. ſen. xviij. di. quarti. Nam extra eccleſiam nõ eſt chriſtus ⁊ per hoc dyabolo
traditur qui ab eccleſiaſtica remouetur communione. Aliud inconueniẽs eſt q: talis excõ
municatus non participat quibuſcunqȝ bonis ⁊ ſuffragijs q̃ fiũt in eccleſia q: de hijs qui

extra eccleſiam ſunt nihil ad nos.xxiij.q.i.ij.c.iij.c prima ad cor.v.per mag.xviij.di.quarti
ſic dicentem. Anathematizatio hanc penam illis qui digne expelluntur infligit qꝛ gratia
dei c protectio illis amplius ſubtrahitur ac ſibiipſis relinquuntur vt ſit eis liberū ruere i in-
teritum peccati prima ad cor.v.in quos etiam datur dyabolo maior poteſtas. ſeuiendi:
orationes quoqꝫ eccl'ie ac benedictiones c viatorum ſuffragia eis nequaꝙ ſuffragari pu-
tantur Aliud incōueniēs eſt qꝛ omnis actus legittimus excōicatis interdicitur.in ca. ve
nerabilem.de excep.ij.ca.pia conſideratiōe.iiij.ti.vbi eſt text⁹ notabilis ad hoc Grauiꝰ
enim punitur excommunicatus excommunicatione ꝙ ictu gladij materialis c ꝙ ſi a fe-
ris deuoraretur c flāmis exureretur ſm beatū Augu.ſuper illud luce.xxij.ecce duo gladij
hic.Excōmunicatus eniꝫ eſt velut homo captus ab hoſtibus omni auxilio deſtitutꝰ oiqꝫ
ſuccurſu qꝛ priuatur cōmunione fidelium participatione ſacramentorū nec partem habꝫ
in aliquibus bonis que fiunt ab eccleſia.talis excōmunicatus ſimilis:eſt illi qui cadit in
foueam pre pōderoſitate oneris nō habens qui ſubleuet c ideo ve illi eccleſi.quarto. ve
ſoli qꝛ ſi ceciderit non habet ſubleuantē.Excōicatio em̄ eſt velut lepra que eſt morbꝰ con
tagioſus:nā participantes contaminat.Excōicatus eſt velut canis imūmundus cui non
licet intrare eccleſiā apoc.vltimo . beati qui lauant ſtolas ſuas vt ſit poteſtas eorū i ligno
vite c per portas intrent in ciuitatē.c ſeqtur foris canes.i.excōicati c infideles cc. Et ec
cle.xiij.que cōicatio ſancto homini ad canem quaſi dicat nulla.inter illum qui eſt de gre-
mio eccleſie:c illū qui eſt foris.Excōicatus eſt velut mēbrum abciſum a corpore qđ nul-
lius vtilitatis eſt.vnde Jo.xv.ſi quis in me non manſerit mittetur foras c areſcet ſicut
palmes qui non pōt ferre fructus a ſemetipſo:niſi ſit in vite.ſic nec vos dicit dn̄s diſcipu
lis ſuis niſi i me māſeritis.vn̄ aug.ſup hoc.nil plus debet formidare chriſtianus ꝙ ſepa
rari a corpore xp̄i miſtico.qꝛ ſeparatus non vegetatur ſpiritu eius.ſicut ramus abciſus a
trunco non participat humorem trunci quare areſcit.talis enim excōicatus comparatur
infideli.Mat.xviij.Si eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus c publicanꝰ. Excom
muuicatus enim eſt deterior gentili.qꝛ apoſtata a chriſtiana religione.c ſicut apoſtata ē
deterioris conditionis ꝙ qui nunꝙ intrauit religionem.ita qui ſuo defectu extra eccleſiā
poſitus eſt.prouerbiorum.vi. Homo apoſtata inutilis eſt huic exemplo veniet perditio
ſua nec habebit vltra medicinam. Notanter dico ſuo defectu.nam qui non meruit ſentē
tia eccleſie non leditur niſi contēnat.vnđ orig.ſuper leui.qn̄ quis non recto iudicio foras
mittitur nihil leditur.nam interdum qui foras mittitur iudicio eccleſie intus ē iudicio dei
per eundem.c per mag.xviij.di.quarti.Quantum ad tertiam partem videlicet de mino
re excommunicatione ibi in textu. Nam ſecus eſt iure.cc.eſt notandū ꝙ minor excommu
nicatio ſeparat a perceptione ſacramentorum de ſen.ex ca.Officij.v.q.ij.ca.pn̄ti.p mag.
xviij.di.quarti.c per beatum thomam.e.hec enim minor excommunicatio differt ab ana
themate vt dictum extitit ſuperius in prima parte.Quantum ad quartam partē de par-
ticipando excommunicatis ibi Nunꝙ participes.eſt notandum ꝙ qui communicat ſeu
participat excommunicato in currit minorem excommunicationem qui multipliciter dici
tur peccare.in ſe in eū cui communicat:in eum pro cuius ſn̄ia excōicationis lata eſt:in ma-
trem eccleſiam:in patrem ſpūalem cuius ſn̄iam contēnit.c in patrem celeſtem de quo lu-
ce.x.dicit dn̄s diſcipulis ſuis qui vos ſpernit me ſpernit.talis em̄ participās mauult.pri
uari menſa dei.i.altari ꝙ menſa ydoli.c potius amat ſocietatem filiorū dyaboli ꝙ filiorū
dei.ideo talis i inferno merito erit ſocius dyaboli.c filiorū.eius p ymitationem ſm beatū
Aug.Quantuꝫ ad quintam partem in qua enumerandi ſunt caſus in quibus poteſt qs
participare cum excommunicatis ſine periculo.ibi in textu Caſus excepti.eſt notandū ꝙ
plures ſūt caſus in qbus participādum eſt cū excōicatis q quidē caſus continentur i iſto
verſiculo. Vtile lex humile res ignorata neceſſe. Hec anathema ſoluūt ne poſſit obeſſe.
de ſen.ex.c.Cum deſideres in glo.que incipit niſi in caſibꝰ quorū declaratio ſequitur . vti-
le.i.propter vtilitatem meam c excōicati poſſum participare cum excommunicato hoc eſt
docendo eius ſalutem c petendo ab eo quod mihi debitum eſt,in,c.Excōmunicato,c ca.



Si vero de ſen.ex.xi.q.iij.anteceſſor.c.c.ſe.c.c.cum voluntate.c.c.reſponſo.de ſen.ex.lex
propter eandem legeꝫ que eſt in viro c vxore vxor poteſt communicare viro ſuo excōmu
nicato.extra de ſen.ex.ca. Inter alia.c.xi.q.iij.qm̄ multos.tamen vir excommunicatus nō
tenetur petere debitum mulieri:ſꝫ reddere ſm Hu. Humile.i.propt humilitateꝫ vt liberi
emācipati ancille ſerui q tenent reddere opa ſuis dn̄is poſſunt participare excōmunicato
patri vel dn̄o.vt in glo.dicti capituli cū deſideres. Res ignorata.i.ignorātia excuſat hoc
intelligatis de ignorantia inuicibili.vnde ſi tanta ſit ignorantia ꝙ oīno priuet rōnem vo
luntarij c rationem contemptus ex toto excuſat . Si vero non priuet oīno excuſat a tāto
vnde Apo. Eccl'iam dei perſequutus ſum:ſed veniā conſequutus ſum:qꝛ ignorans feci.i.
ad Thimotheū.i.c hoc ſm Bonauen. Alio modo ſm doc.ſuper tertiū ſen.in diſtin.ix.tra
ctatur de peccato primorū parentū querendo quis plus peccauerit Adā vel Eua.eſt notā
dū ꝙ ignorantia eſt multiplex.ſ.ſimplicis negationis.priuationis.diſpoſitionis. ignorā
tia facti.c ignorantia iuris. Sed omiſſis alijs de duabus vltimis dicā pro pn̄ti. Ignorā
tia facti excuſat a toto adhibita debita diligentia c ſuſtinētia.vn̄ non peccat cui ſupponū-
tur nō ſua pro ſuis. Ignorantia iuris eſt triplex.ſ.ſimplex:craſſa:c aſtuta . prima excuſat
qꝛ hāc dicit habere ille q neſcit quod tenetur ſcire laborat tamen vt ſciat ꝙuis nō excuſet
a toto ſed a tanto.Secunda.ſ.craſſa nō excuſat a toto ſed a tanto c minꝰ ꝙ ſimplex.c hāc
habet ille qui neſcit quod tenetur ſcire c negligit ſcire.Tertia.ſ.aſtuta ē duplex.ſ.determi
nata c indeterminata.determinatam habet qui affectat neſcire aliquid de quo determina
tum eſt apud ſe ꝙ illud tenetur ſcire c talis ignorantia nullo modo excuſat. Indetermina
tam habet ille qui affectat neſcire quod tenetur ſcire ſed non eſt determinatū apud ſe ꝙ re
neatur illud ſcire.c hec excuſat non a toto ſed a tanto c minꝰ ꝙ ſimplex c craſſa.m̄ opinio
theologorū plurīū eſt ꝙ ignorantia annexa contēptui vel negligentie eſt ſemper peccatuꝫ
cc.De illa materia habetur ex de cle.ex,c.apoſtolice.c.xij.q.ij.c.qui ex humanis. Neceſſe
vt peregrini pauperes viatores quos aſtringit neceſſitas emere a talibus excōmunicatis
quandoqꝫ bibere comedere dormire c hoſpitari cū ipſis.in ca.qm̄ multos abſoluto.xi.q.
iij.c ca.inter alia.de ſen.excō. Quantum ad ſextam partem in qua eſt determinandum
de duabus ſententijs leuioribus ibi in textu. Sunt interdicta cc.eſt notandū ꝙ ſententie
ſuſpenſionis interdicti ſunt leuiores ſententie ipſa excōicatione.de quibus habet de of-
fi.de lega.c.Sane.c.xxiij.q.i.c.miror nullus.omnes iſte ſententie ſunt timende qꝛ imme
diate inficiunt animā ideo trahunt ſecum executionem ſiue iuſte ſiue iniuſte late.in capit.
Sententia paſtoris.xi.q.iij.ex cōſilio āthioceno.c ſm beatū Thomā ſuper.xviij.di.quar
ti.c in cap. Paſtoralis.de appella. Hinc excipiuntur duo caſus quibus ſn̄ia iniuſte lata
non eſt timenda. Primus eſt ſi ſententia ſit lata poſt appella. Secundus eſt cū ſententia
continet errorem intolerabilem c hoc intelligatis cum de his conſtiterit.vnde dicitur er-
ror intolerabilis ſi aliquis excommunicatur qꝛ non furatur vel mechatur vel qꝛ non vult
incidere in hereſim c ſic de ſimilibus erroribus in ca.per tuas.ex de ſen.ex. Quidam ap-
ponunt ſi prelatus precipiat ſub pena excōicationis aliquod impoſſibile. Itē quādo ali-
quis excommunicatur pro indebitis exactionibus.ex de exceſ.prela. cuꝫ ad quorumdam
Nota ꝙ ſententia tribus modis dicitur iniuſta.in.c.ep̄s preſbyter.§.ſi ergo.xi.q.iij. Pri-
mo modo ex aīo cū iudex malo zelo pronunciat.Ex cauſa cum certa cauſa non ſubeſt cc.
Ex ordine:cum pretermittitur ordo iuris.in.c. Non debet is.xi.q.tertia.vbi dicitur ꝙ in
iuſta ſententia nullum alligat apud deum ſi de hoc conſtiterit. In oībus hijs ſententijs
caueatur contemptus.xi.q.iij.ca. Nemo enim contemnat vincula eccleſiaſtica.nā non ho
mo eſt qui ligat.ſed chriſtus. Querit circa premiſſa ſi filius aut ſeruus fuerit excōmu-
nicatus vtrū pater vel dn̄s poſſit participare cū ipſis ſine periculo ſn̄ie excōicatiōis. So
lutio nō poſſunt.i.c.de filia.xxvij.q.i. Querit quis pōt excōicare. Solutio.illi ſoli poſ
ſunt excommunicare qui habent iuriſdictionem in foro iudiciali.vt papa : archiepiſcopi:
epiſcopi:arch.cc.decani ſm beatū Thomam ſuper.xviij.di.quarti ſen.ij.q.i.ca. Nemo.ta
men aliqui voluerunt dicere ꝙ curatꝰ parrochialis poteſt excommunicare in parrochia

ſua ex commiſſione eſt facta vl' in certis caſibus.ſicut furto rapina in capitulo cum ab ec
cleſia ⁊.de offi.or.ſed hoc nō credo fore ve⁊ niſi cōſuetudo hoc in aliqua patria inueniret
in ca.cōqueſtus ix.q.iij.⁊ cā quare nō credo iſtud fore verum eſt:q2 lʒ tales curati habeāt
clauem ordinis ⁊ iuriſdictionis in foro cōſcientie ſupra ſubditos ſuos. tamen nō habent
clauem iuriſdictionis in foro iudiciali quod requiritur ad hoc ꝙ poſſint excōmunicare ſʒ
beatum Thomam loco preallegato. Videtur ꝙ quilibet ſacerdos poſſit excōmunica
re:q2 excommunicatio eſt actus clauium:ſed quilibet ſacerdos habet claues.igitur quili
bet ſacerdos pōt excommunicare. Secundo ſic maius eſt abſoluere ⁊ ligare in foro peni
tentiali ꝙ̄ in foro iudiciali:ſed quilibet ſacerdos pōt ſibi ſubditos in foro penitentiali ab
ſoluere ⁊ ligare.ergo pōt ſibi ſubditos excōmunicare. Solutio:dicēduʒ eſt ad hoc ꝙ
in ea in quibus eminet maius periculū ſunt maioribus reſeruanda de carbo.edi.l.ij. ſed
pena excōmunicationis eſt valde periculoſa:ergo nō debet cōmitti cuilibet ſacerdoti. Ul
terius eſt notandum ꝙ in foro conſcīe tantū agitur īter deum ⁊ hominem:ſed in foro ex
terioris iudicij tantum agit̃ hominis ad hominem. et iō abſolutio vel ligatio que vnum
hominē obligat in cōparatione ad alios homines ad forum publicum exterioris iudicij
ptinet:⁊ q2 per excōmunicationem homo a communione fidelium ſeparatur.ideo excom
municatio ad forum exterius pertinet:quare illi ſoli poſſunt excommunicare qui habent
iuriſdictionem in foro iudiciali.ideo ſoli epiſcopi ⁊ illi de quibus in littera dictū extitit.
Tunc ad primā rationem dicendum eſt ꝙ excōicatio non eſt actus clauis directe ſed ma
gis reſpectu exterioris iudicij. Sed ꝙ̄uis ſententia excommunicationis in exteriori iudi
cio promulgetur tamen aliquomodo pertinet ad aditum regni.ſ.q2 eccleſia militans eſt
via ad triumphantem ideo talis iuriſdictio per quaʒ excōmunicare quis poteſt.poteſt di
ci clauis. Alio modo poteſt dici ꝙ eſt clauis ordinis quam oēs ſacerdotes habēt ⁊ ē cla
uis iuriſdictionis in foro iudiciali quā habēt ſoli iudices exterioris fori .vtrāq3 tū ꝯtulit
chriſtus petro Mathei.xvi. Ad ſecundā dicendū eſt ꝙ ſacerdotes parrochiales habent
quandam iuriſdictionem in ſubditos ſuos quātū ad forum conſcientie ſed non q̄tū ad
forum iudiciale:⁊ ideo ſacerdotes parrochiales excōicare non poſſunt ſʒ abſoluere pn̄t
in foro penitentiali.⁊ ꝙ̄uis forū penitētiale ſit dignius tamē in foro iudiciali maior ſolē
nitas requiritur.q2 in eo oportet ꝙ nō ſolū deo ſed etiā homini ſatiſfaciat ſʒ beatū Tho
mam xviij.di.quarti ſen. Queritur vtrum aliquis poſſit ſeipſum excōicare. Solutio
dico ꝙ non per .c.ſi is qui.xi.q.iij. Queritur vtrum excōicatus poſſit ſepius excōmu
nicari ⁊ videtur ꝙ ſic.iij.q.iiij.c.eugeltrudem.⁊ ar.xi.q iij.excellentiſſimus. Oppoſitum
videtur per.c.multi.ij.q.i.vbi dicitur ꝙ de hiis qui foris ſunt nihil ad nos.xxiij q.i.c.i.ij.⁊
iij.⁊ extra de iudi.c.cum non ab homine. Item qui eſt extra eccleſiā nō poteſt eſſe magis
extra.xi.q iij.c.omnis chriſtianus. Solutio aliquorum iuriſtarum eſt ꝙ excommunicatus
amplius non poteſt excōmunicari ſed denunciari poteſt excōmunicatus ⁊ ſic intelligun
tur omnia iura que dicunt ꝙ ſepius poteſt quis excōmunicari. Sed melius eſt dicere ꝙ
excōmunicatus poteſt ſepius excommunicari.⁊ ſunt hic duo effectus excommunicatio
nis primus effectus eſt eijciendi extra eccleſiam. Secundus effectus eſt detinendi extra
ſicut qui eſt ligatus vno vinculo adhuc ligari poteſt.⁊ ſicut qui eſt in vno peccato poteſt
aliud cōmittere ⁊ ſic plus puniri debet.ita de excōmunicato qui pluries excōmunicatur
in.c.ita quorūdā.de iudeis. Queritur quādo dicatur quis excōmunicatus vtrū a tempo
re receptionis litterarū.an a tempore conceſſionis. Solutio.dicendum eſt ꝙ nulla ſentē
tia efficaciter ligat niſi poſt ꝙ̄ ſcitur ab eo qui eſt excommunicatus.ij.q.vi.c.biduū.⁊ hoc
verum eſt cum probabilis eſt ignorantia.ſecus ſi craſſa ⁊ ſupina.ar.c.illud.de cleri.excō.
Alij dicunt ꝙ immediate ꝙ profertur ab ore iudicis eſt excommunicatus.in.c.paſtoralis
de appella.q2 ſententia excommunicationis ſtatim trahit ſecum ſuam executionem.⁊ ſʒ
dummodo ſit pura ⁊ non conditionalis.veruntamen non punitur ſi ingerat ſe cōmunio
ni hominum anteꝙ̄ ſciat.in.c.illud abſoluto.vnde apoſto.miam merui q2 ignorans feci
xiij.di.c.conſuetudo. Queritur vtrū q̄s ſit vitandus añ denūciationē. Solutio.dicē



dum eſt ꝙ ſic ab hijs qui ſciunt eum excommunicatum in.c.cum nō ab homine. de ſentē.
excō.xi.q.iij.c.ad menſam.§.euidenter.vi.q.ij.ſi tantum.⁊.c.placuit.qui enim ſcit certiora
ri non debet.ff.de ac.emp.⁊ ven.l.i.in fi.xi.q.iij.ſi inimicus. Naʒ denunciatio nō fit niſi
propter ignorantes.deus enim ligat ⁊ nō homo.xi.q.iij.c.nemo. Queritur vtrū aliq̄s
debeat excommunicari ⁊ videt̃ ꝙ non.q2 excōicatio maledictio quedam eſt.ſed ad Ro
manos.xij.prohibemur maledicere:ergo videtur ꝙ nullus debeat excōmunicari. Item
eccleſia militās debet imitari triumphantē ſed vt in epiſtola iude habetur michael archā
gelus cum preliaretur cum dyabolo ſuper corpore moyſi non eſt auſus iudiciuʒ blaſphe
mie inferre ſed ait imperet tibi dominus.ergo nec Eccle.militans debet alicui iudicium
maledictionis ſeu excōicationis inferre. Item nullus eſt in manu hoſtis tradendus ſed
per excōicationem tradit̃ quis ſatha.xi.q.iij.audi deniq3.⁊.c.omnis chriſtianus. Oppo
ſitum habetur math.xviij.vbi dicit̃ qui eccleſiam audire contemnit ſit tibi ſicut ethnicus
⁊ publicanus ⁊ ibi glo.ſicut herethicus ſed heretici ſunt extra eccle.ergo ⁊ illi qui eccle.au
dire cōtemnunt per excōicationem extra eccle.ſunt ponendi. Breuiter dicēdū eſt ꝙ iudi
cium eccle.conforme.debet eſſe iudicio dei. Deus autem multipliciter peccatores punit
vt eos ad bonum trahat.vno mō a cōmunione fideliū eos ſeparando. Aliomodo penaʒ
eis relinquendo.ſ.a ſuffragijs eccle.⁊ alijs ſpiritualibus bonis eos priuādo.vt auxilijs
ſubſtractis quib9 a malo prepediebantur ſuā infirmitatē cognoſcāt ⁊ humiles ad deū re
deant a quo ꝑ ſupbiā receſſerunt. Et quantū ad vtrunq3 eccle.in excōicatis diuinū iudici
um imitatur Inquātū.n.a cōione fidelium ſeparat vt ſeparati erubeſcant imitat̃ eccle.
diuinum iudicium quo ꝑ flagella caſtigat. Inquātū aūt a ſuffragijs ⁊ alijs ſpiritualibus
ſeparat imitatur eccle.diuinum iudicium quo penam ſibi relinquit vt per humilitatē ſeip
ſum cognoſcens ad deū redeat. Tūc ad rōnes. Ad primaʒ dicendū eſt ꝙ maledictio
pōt eē dupliciter vno modo ita ꝙ in malo quod irrogat vel dicit ꝑ intētionem ſiſtat.⁊ ſic
maledictio omnibus modis eſt prohibita. Aliomō ꝙ malū quod maledictio imprecat̃
ad bonū illius ordinet qui maledicitur ⁊ iſta non eſt prohibita ſed ſalutifera. Ad ſecun
dam dicēdū ē ꝙ dyabolus incorporalis eſt ⁊ extra ſtatū merendi:ideo nō eſt ſuſceptibilis
alicuius boni per excōicationis penā. Ad tertiā dicēdū ē ꝙ ex hoc ipſo ꝙ aliquis ſuffra
gijs eccle.priuat̃ triplex incōmodū incidit propter tria q̄ quis ex ſuffragijs conſequit̃ va
lent enim ſuffragia ad augmentū gratie hijs qui habent gratiā:valēt ad merendū eis q̄
non habent:valēt etiam ad cuſtodiā virtutis .valēt ad defendendū ab hoſte ⁊c. Unde
in primitiua eccle.qū oportebat ꝑ ſigna hoīes ad fidē inuitare ſpiritusſancti donum viſi
bili ſigno manifeſtabatur.ita et excōicatio corporali vexatiōe a dyabolo imiſcebatur:nec
eſt inconueniens ſi ille qui non eſt deſperatus hoſti detur q2 non datur ei quaſi damnan
dus ſed quaſi corrigendus. Queritur vtrū excōicatus poſſit excōicare.⁊ videt̃ ꝙ ſic.
quia ille qui eſt excōicatus vel ſuſpenſus neq3 ordinem nec iuriſdictionē amittit.q2 neq3
reordinatur cum abſoluitur nec ei cura iterū cōmittit̃ ſed excōicatio nō requirit niſi ordi
nem vel iuriſdictionē ergo excōicatus pōt excōicare. Itē maius eſt conficere corpus chri
ſti ꝙ̄ excōicare:ſed excōicatus ⁊ ſuſpenſus poſſunt cōficere .i.q.i.dominus declarauit.⁊
e.q.c.qui perfectionem.⁊.c.quodam .de con.di.iiij.c.nō in vobis.⁊ ꝑ beatū Tho.ſup.xiij.
diſtinctiōe quarti ſen.ergo poſſunt excōicare. Oppoſitum arguit̃ q2 ligatus corporaliter
nō pōt aliū ligare.ſed vinculū ſpirituale eſt fortius ꝙ̄ corporale.ergo excōicatus nō pōt
excōmunicare cū excōicatio ſit vinculū ſpirituale. Solutio.dicendū eſt ſʒm beatum tho.
ſuper.xviij.di iiij.ſenten.ꝙ vſus iuriſdictionis eſt in comparatiōe ad alium hominem.⁊
ideo cum omnis excōicatus a cōmunione fideliū ſeparetur quilibet excōicatus vſu iuriſ
dictionis priuatur ⁊ excōicatio eſt iuriſdictionis ideo excommunicatus excommunicare
non poteſt.⁊ eadem ratio eſt de ſuſpenſo a iuriſdictione.ſi enim ſit ſuſpenſus ab ordine
tantum tunc non poteſt ea que ſunt ordinis ſed poteſt ea que ſunt iuriſdictionis.⁊ econ
uerſo .ſi ſit ſuſpenſus a iuriſdictione ⁊ non ab ordine poteſt ea que ſunt ordinis ⁊ nō ea
que ſunt iuriſdictionis. Si aūt ab vtroq3 tunc neutrū poteſt per beatum Tho.loco [illegible]

gato.⁊.xi.q.i.in ſumma de oꝛ ab epi.ꝗ̄ cꝑatui re.c.ij.in textu ⁊ in glo: Tunc ad rationes
Ad primam dicendum eſt ꝙ ꝗ̄uis non amittat iuriſdictionem: amittit tamen iuris vſum.
Ad ſecundam dicendū eſt ꝙ conficere ſequitur poteſtateꝫ caracteris qui indelebilis eſt.⁊
ideo homo ex quo caracterem oꝛdinis habet ſemper poteſt conficere licet nō ſemper ei li
ceat.ſecus aūt eſt de excommunicatione que ſequitur iuriſdictionem que auferri poteſt ⁊
ligari. Queritur vtrū parte contradicente aduerſa excōmunicatus poſſit abſolui. So
lutio. Dicendū eſt ꝙ ſic pꝛo contumacia: dum excommunicatus offert ſe ad iuſticiam de
his pꝛo quibus ipſam ſententiam excepit etiā ſi pars aduerſa appellationis obſtaculum
interponeret abſolueretur.ab ipſo tamen excommunicato pꝛius ſufficienti cautione rece
pta.Tamen ſi quis eſt excommunicatus pꝛo manifeſta offenſa non abſoluitur ante ſatiſ
factionem.j.de verbo.ſigni.c.ex parte. Si autem ſit excommunicatus pꝛo iudicato non
poteſt iudex eū abſoluere ſine conſenſu partis aduerſe.in.c.excommunicatos.xi.q.iij.⁊.c.
ex parte abſoluto. Queritur quis poteſt abſoluere excōicatū. de iſto dubio tractabo
in.c.de penitentia. ibi Si fuit ignarus aut anathema tacens vbi ē text⁹ ad hoc. Que
ritur vtrū excommunicatus poſſit abſolui inuitus. Sol'o. dicendū eſt ꝙ ſic.qꝛ ſicut excōi
catio fertur in eū inuitū ita etiā poteſt abſolui inuitus. Queritur nūquid ille ꝗ̄ eſt ex
cōmunicatus pluribus excommunicationibus poteſt ab vna abſolui.alia vel alijs rema
nentibus. Solutio.dicendum cum diſtinctione : qꝛ aut aliquis excōicatus eſt ab vno iu
dice aut a pluribus .ſi ab vno:aut vna ſententia tantū eſt ligatus:aut pluribus. ſi vna:tūc
per vnā abſolutionē eſt abſolutus.ſi pluribus ſententijs eſt ligatus: tunc iteruꝫ eſt diſtin
guendū.quia aut vna eſt pꝛincipalis alie incidentes ⁊ ſic abſolutus a pꝛincipali abſolut⁹
eſt ab incidentalibus.aut vtraqꝫ eſt pꝛincipalis:⁊ ſic abſolut⁹ ab vna non eſt abſolut⁹ ab
alia.aut aliquis eſt excōmunicatus a diuerſis iudicibus ⁊ tunc aut habent eandē iuriſdi
ctionem aut non.Si ſic:tunc ſi vnus abſoluit vice alioꝝ abſolutus eſt.Si nō habent eā
dem iuriſdictionē tunc qui abſolutus eſt ab vno nō cenſetur abſolutus ab alijs.vt notaꝛ
in ca.cū pꝛo cauſa.eꝝ de ſen.excō.⁊ ca.officij.e.in ca.cū pꝛo cauſa.notatur vlterius ꝙ ī ab
ſolutione debent expꝛimi cauſe pꝛopter quas fuerat excommunicatus.

Sequitur de contumelia ipſoꝛum qui de facili excommunicant.

Ex excommunicationeꝫ eñ fit abciſio mēbꝛi a capite eccleſie.vñ alia remedia oīa
deberent adhiberi ante ꝙ̄ fieret excōmunicatio.ſicut membꝛo infirmo adhibētur
pꝛimo plura remedia.⁊ ſi remedia valere nō poſſunt tūc abſcidiꝛ ne pars ſana coꝛ
rūpatur.alia eſt nobilitas coꝛpoꝛis a quo per excōicationē membꝛū abſcinditur . coꝛpus
enim illud coꝛpus chꝛiſti eſt miſtice loquendo. Si eñ rex francie haberet infirmitatem in
aliquo membꝛo non de facili abſcinderetur membꝛum illud . cum quāta ergo contumelia
eſt abſcindendū membꝛū a coꝛpoꝛe chꝛiſti.tota.n.eccleſia cōtremeſcere deberet qñ vnum
membꝛū debet inde abſcindi ſicut accidit in coꝛpoꝛe humano quando ab eo vnum mem
bꝛū abſcinditur vel eſt abſcindendū.Tertia cōſideratio periculi qꝛ quando aliquis excō
municatur ipſe gladio percutitur.ſathane traditur.ſine cōſilio ⁊ auxilio relinquiꝛ.nō de
bet eſſe modica cā pꝛo qua mater filiū percutit gladio.lupis infernalibus exponit ⁊ infir
mum ad moꝛtē ſine conſilio relinquit.Quarta conſideratio obſtinacitatis qꝛ excōmunica
tio ſolebat fieri adhoc vt illi qui excommunicabantur coꝛrigerentur. ⁊ ne populus exem
plo eoꝛum coꝛrumperetur.hodie enim contrariū accidit quia qui excōmunicatur excōmu
nicationem contemnit:⁊ ad deterioꝛa frena laxat.Alij etiam coꝛrumpuntur quia commu
cant eis.vnde remedium verſum eſt in venenum etiā multotiens impetrantur tales excō
municationes ad vindictā ⁊ non pꝛopꝛie cauſa coꝛrectionis.quare rare ſunt fiende excōi
cationes pꝛopter pericula que eminent excommunicanti ⁊ excommunicato ſm beatū Au
guſtinum in libꝛo de vitijs ⁊ virtutibus.

Sequitur de modo vitandi peccata ⁊ vincendi tentationes.

Triplex eſt hoſtis hominis demon caro mundus
Demon agit tumidum mundus cupidum caro fedum.



Non faueas iſtis vt ſis a crimine mundus
Cum temperis caueas ne decipiaris.
Mundum ſpernendo vinces carnem repꝛimendo
Pꝛoſternes ſathanam ſeruando fidem bene ſanam
Tentat hic aſtute ne cures viuere iuſte.
Et male delinquas:et non peccata relinquas.
Cur te prudenter ſerua meditando frequenter.
Quod damnatus eris ſi moꝛtali moꝛieris.
Ut mala deuites aliquid facocia vites.
Nunc age nunc oꝛa lege nunc vaga nulla ſit hoꝛa.
Obſta pꝛincipiis quia tunc cito vincitur hoſtis.
Quando nimis creſcit tentatio raro quieſcit
Cerne deum qui te ſemper ſpeculatur vbiqꝫ.
Qui mala vix celat ſed punit et ipſa reuelat.
Nil eſt tam tectum:quin ſit quandoqꝫ repertum.
Poſtea confuſus reus eſt et ſepe retruſus.
Inſpice quanta bona dominus tribuit tibi dona.
Pꝛecipue moꝛtem criſti bene reſpice foꝛtem.
Ne ſis ingratus ſibi committendo reatus.
Cum male delinquis iterum criſtum crucifigis.
Inſpice ſanctoꝛum necnon exempla reoꝛum.
Gloꝛia pꝛo meritis iuſtis mala dantur iniquis
Inſpicias animam ſic criſti moꝛte redemptam.
At tibi commiſſam cur crimine deſtruis ipſam
Pꝛoſpice fetoꝛem culpe penam qꝫ pudoꝛem
Longa datur pena ſed delectatio curta
Cerne quot et quanta peccatum dat tibi damna
Nulla queunt tantum te ledere crimina quantum
Cerne diem moꝛtis que pulſat ad hoſtia foꝛtis
Quod quanti ſubito moꝛiuntur ſepe memento.
Sis ꝙ obibis homo neſcis vbi quomodo quando
Penſa iudiciuꝫ quo nil remanebit inultum
Cerne graues penas baratri foꝛteſqꝫ cathenas
Cerne domuꝫ celi ne perdas turbine ſceli.
Sacre ſcripture ſtudiuꝫ quoqꝫ ſit tibi cure
Sic mala vitabis mentemqꝫ tuam ſaciabis
Sanctos ſectare pꝛauos noli ſociare

Senſus frēnare ſatagas carnemqꝫ domare
Vinuꝫ ſumendo ſis ſobrius et comēdendo
Et loca prompta malis fuge ne ſis pernicialis
Nam locus errare promptus facit et fatuare.
Hec bene ſeruando criſtum cum matre rogando.
Crimina vitabis hoſteſqꝫ tuos ſuperabis.
Nemo tamen credat ꝙ eum tentatio ledat.
Si non conſentit animo quia tunc bene ſentit
Debilis eſt hoſtis qui nullum ni velit vrit
Non eſt peccatum niſi ſit per velle patratum
Velle nequit cogi quamuis queat ad mala pungi
Non excuſatur ideo quis cum ſuperatur
Ergo tuum velle conpeſcas crimina pelle
Ut careas pena leteris in ede ſerena
Te bene conante domino ſimul auxiliante

### Sequitur declaratio textus.

Triplex eſt hoſtis. vnde facetus. Nocte dieqꝫ tuis tria ſunt herentia coſtis. Immundus mundus. furioſa caro: ferus hoſtis. Hec ac quicquid eis appendet odire teneris. Tentatio enim bona eſt dum tamen non vincat. in prohemio apocalipſis. prepara animam tuam ad tentationem. Tentatio nanqꝫ eſt vita hominis ſuper terram. Contra mundum prima Johannis ſecundo. Nolite diligere mundum: neqꝫ ea que in mundo ſunt. ſi quis enim diligit mundum non eſt charitas patris in illo. Omne enim quod eſt in mundo aut eſt concupiſcentia carnis aut concupiſcentia oculorum aut ſuperbia vite. ideo nolite conformari huic ſeculo: ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri vt probetis que ſit voluntas dei bona. ad Romanos duodecimo. Unde Bernardus de contemptu mundi. Vox diuina ſonat ꝙ nemo ſpem ſibi ponat. In rebus mundi que cauſam dant pereundi. Si quis amat chriſtum mundum non diligit iſtum. Contra carnem. ad Romanos octauo. Si ſcḋm carnem vixeritis moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Qui enim ſeminat in carne ſua: de carne metet ⁊ corruptionem. ad Galathas quinto. vnde Bernardus de contemptu mundi. Tu quoqꝫ frater ita carnis contagia vita. Ut placeas chriſto mundo dum viuis in iſto. Contra demonem habetur prima petri quinto. Vigilate quia aduerſarius veſter dyabolus tanꝙ leo rugiens circuit querens quem deuoret. Et ſequitur remedium. cui reſiſtite fortes in fide. ergo certa bonum certamen fidei apprehendende vitam eternam in qua vocatus es. prima ad Thimotheum quinto. Ut mala deuites. Semper aliquid facito boni vt dyabolus te inueniat occupatum. Nam ſenſus ⁊ cogitatio proni ſunt ad malum. Hieronymus ⁊ Geneſis octauo. Senſus ⁊ cogitatio cordis in malum prona ſunt ab adoleſcētia ſua. Nūc age ⁊c. ad Theſalonicenſes quinto. Sine intermiſſione orate in omnibus gratias agite hec enim eſt voluntas dei. ad Coloſſenſes tertio. oratiōi inſtate vigilantes in ea in gratiarum actione. ⁊ Mathei viceſimoſexto. Vigilate ⁊ orate vt non intretis in tentationem. Principijs obſta ſero medicina paratur ⁊ cetera. Tentatio enim inchoatur per ſuggeſtionem ideo obſta ⁊ reſiſte huic principio ne progrediatur in delectationē. ⁊ deinceps in conſenſum qm̄ modica ſcintilla in materia cōbuſtibili ſi non prohibeatur magnū incendium. ideo Principijs obſta ſero medicina paratur. Nā mala per longas conualuere moras. Ouidius. Inſpice ſanctorum ⁊c. Exemplum do vobis vt quemadmodum ego feci ita ⁊ vos faciatis hoc eſt bonum ⁊c. Johannis decimotertio. quia ſicut iuſtis premia dantur: ita impijs ſupplicia. ⁊ Mathei viceſimoquinto. Venite benedicti patris mei percipite regnū quo ad primam partē quo ad ſecundam: diſcedite a me maledicti in ignem eternum. Cerne deum ⁊c. oculis mentis tue ⁊ ſerua mandata eius. prima Johannis ſecūdo. quia te cernit vbiqꝫ. Eccleſiaſtici triceſimonono. opera omnis carnis coram illo nec eſt quicꝙ abſconditum ab oculis eius. Qui mala ⁊c. Naum tertio. Reuelabo pudenda tua ideſt peccata. quia quando homo tegit deus detegit. ⁊ ſequitur punit. quia nullū malum impunitum nec bonum irremuneratum. Inſpice quanta bona ⁊c. gratuita naturalia temporalia ⁊c. vnde apoſtolus prima ad Corinthios quarto. Quid habes quod non accepiſti. quaſi dicat nihil. vnde Gregorius. O magna ignominia homini eo ꝙ creature irrationales magis obediunt deo quibus deus non tot contulit beneficia ſicut hōi. non enī creauit eas ad imaginem ⁊ ſimilitudinem ſuam nec redemit eas ſanguine ſuo ⁊c. Pro redemptione autem humani generis carnem aſſumpſit humanam. infinita paſſus eſt opprobria mortē ſubijt temporalem tam acerbam cuius paſſioni omnes huius mūdi paſſiones non valent comparari. Trenorꝫ primo. O vos omnes qui tranſitis per viā attendite ⁊ videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meꝰ. Audite obſecro vniuerſi populi ⁊ videte dolorē meū. eodē. Non eſt ſpecies ei neqꝫ decor vidimus eū ⁊ non erat aſpectus. Yſa. quinquageſimotertio. ergo hoc ſentite in vobis quod ⁊ in chriſto ieſu qui humiliauit ſeipm̄ factus obediens vſqꝫ ad mortē mortē autē crucis. ad Philipenſes ſecūdo. Vere enī languores noſtros ipſe tulit ⁊ dolores noſtros ipſe portauit. Ipſe enī eſt vulneratꝰ propter iniqtates noſtras. Yſa. quinquageſimotertio. proprio enī filio non pepercit: ſꝫ pro nobis oībus tradidit illū. ad Romanos octauo. Inſpicias animam. ad Romanos tertio Iuſtificati gratis gratia ipſius per redemptionē que eſt in chriſto ieſu. vnde dauid. Exultabunt labia mea cū cantauero tibi ⁊ anima mea quam redemiſti. vnde magiſter in. iij. li. ſententiaruꝫ. quia in homine tota natura humana corrupta erat totā aſſumpſit. ideſt animam ⁊ carnem vt totam crearet ⁊ ſanctificaret. ergo cum anima ſit tibi cōmiſſa cur criminis maculas ipſam. creata eſt enim ad dei imaginem ⁊ ſimilitudinē. Geneſis primo poſt lapſum redēpta precio magno: qꝛ ſanguine precioſiſſimo ſaluatoris noſtri. prima ad Corinthios ſexto. Empti enim eſtis precio magno glorificate ⁊ portate deum in corpore veſtro. ſed per peccatum deturpatur imago trinitatis. Trenorꝫ quarto. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorū: ⁊ non ſunt cogniti in plateis. ergo non eſt talis anima qualem eaꝫ creauit deus. per magiſtrum in ſecundo ſententiarum. Imago dicitur tripliciter. eq̄litatiſ: ⁊ ſic filius dei eſt imago patris. imitationis: ⁊ ſic homo interior eſt imago dei. repreſentationis: ⁊ ſic mundus dicitur imago dei ſiue melius ſpeculum ſeu veſtigium. Nota ꝙ differentia eſt inter librum vite ſpeculum ⁊ exemplar. quia exemplar eſt reſpectu rerum exiſtentium. liber vite reſpectu rerum redeuntiū. ſpeculum reſpectu rerum euntium. Item libri vite ſunt due pagine. vna eſt pietatis ⁊ alia iuſticie a qua quis pōt deleri. Proſpice fetorem culpe penamqꝫ pudorem ⁊c. quia vt dicit Auguſtinus. Anima deo coniuncta per charitatem ei redolet ſicut odor balſami. ergo diſiuncta per peccatum mortale fetet eidē. Et ſi in ſuo peccato diem clauſerit vltimū pena punietur eterna. quia quamuis peccatum fuerit tranſitorium. tamen pena eſt eterna pluribus rationibus. Prima ratio eſt. quia peccando peremit bonum quod poterat eſſe eternum. Secunda quia materia ignis infernalis eſt eterna. ſ. culpa ideo ⁊ pena. qꝛ ſtante dedecore culpe non poteſt fieri remiſſio pene. Tertia ratio quia peccator peccauit cōtra eū qui eſt infinitꝰ ergo pena debet eſſe infinita. duratione non acerbitate. Quarta quia peccans mortaliter finem ſue dilectionis in eo iniquo mortaliter peccat ponit vt etiā deū pro illo contemnat. ⁊ ex illo actu voluntatis quo peccatum mortale eligit ſemper vellet peccato adherere. ⁊ iō in ſuo eterno peccat: ⁊ p̄ cōſequens pena eterna eſt dignus ſcḋm mag. ⁊ gre. ⁊ th. ⁊c. vnde Bernardꝰ de contēptu mūdi.

Et ſit flamma urēs illos ſine fine perurens. Neſcia finiri ſemperqꝫ videtur oriri ideo di
cebat Hieronimus momentaneum eſt quod delectat eternum quod cruciat. Et beatus
paulus ſecunda ad corinthios quarto. illud enim quod in preſenti eſt momētaneū ⁊ le
ue tribulationis noſtre ſupra modum in ſublimitatem eterne glorie pondus operatur ī
nobis. Ex hoc enim oritur maximus pudor. cū peccatū qđ per penitentiam poterat dele
ri cunctis manifeſtabitur populis. naum tertio. Oſtendā gentibus nuditatē tuā ⁊ regniſ
ignominiā tuā. Cerne quot ⁊ quanta. vide ſuperius vbi tractatur de peccatis in genera
li. Cerne diem mortis ⁊c̄. Nihil eſt certius morte nihil vero incertius hora mortis. Vnđ
ad hebreos nono. Statutum eſt hominibus ſemel mori. Vnde bernardus Nullus tā
fortis cui parcant vincula mortis. per nullam ſortem poteris depellere mortem. tā duci
bus ꝙ̄ principibus communis habetur. Mors iuuenes rapit atqꝫ ſenes nulli miſere
tur. Ideo dicebat Catho. Quocunqꝫ ingrederis ſequitur mors corporis vmbram.
vmbre enim tranſitus eſt tempus noſtrum ⁊ non eſt reuerſio finis noſtri. ſapientie ſecun
do. ſemper enim mors furatur dies noſtros. ideo cauendum eſt ſumme ne ſubito ſubuer
tat noſtram arborē ⁊ preocupati morte ſubitanea queramus tempus pnie ⁊ inuenire ñ
poſſimus. Scis ꝙ obibis ⁊c̄. Certū eſt. n. omni homini ꝙ debet mori ſed neſcit vbi quā
do nec quomodo. Eccleſia. nono. Neſcit homo finem ſuum. ſed ſicut piſces capiunt ha
mo: ⁊ aues comprehenduntur laqueo. ſic capiuntur homines tēpore malo. ideo dicebat
Bernardus. Vita breuis velut vmbra leuis ſic annichilatur. Sic vadit ſubitoqꝫ cadit
dum ſtare putatur. Dies domini enim ſicut fur in nocte veniet. cū eniꝫ dixerint homines
pax ⁊ ſecuritas eſt tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. ad theſſalonicenſes quinto
ergo eſtote parati quia qua hora neſcitis filius hominis vēturus eſt Mathei viceſimo
quarto Penſa iudicium ⁊c̄. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal chriſti
vt referat vnuſquiſqꝫ propria corporis prout geſſit ſiue bonū ſiue malū. ſecunda ad cho
rinthios quīto. ⁊ prima ad Corin. tertio vnuſquiſqꝫ propriam mercedē capiet ſm labo
rem ſuū. In illo diſcreto iudicio fiet retributio vnicuiqꝫ ſm opera ſua. Yſaie triceſimoq̄n
to Ecce dominus veſter vltionē adducet retributionis. nullus enim doli capax introibit
ad cōſpectum diuine maieſtatis donec totaliter peccati ſcoria ī purgatorio purget. ⁊ hoc
intelligitur de mediocriter malis. q2 valde mali eternaliter cruciabuntur in inferno vt di
cam latius in fine libri vbi eſt textus de hoc ⁊c̄. Sacre ſcripture ⁊c̄. homo enim qui vult
terrena vitare dꝫ frequēter vacare ſacre ſcripture. ſecūda ad thimotheū tertio. Sacras
litteras noſti q̄ poſſunt te inſtruere ad ſalutē. Ois ſcriptura diuinitus īſpirata vtilis ē ad
docēdū arguēdū ad corripiēdū iniuſticiā vt perfectus ſit homo dei ad oē opus bonū in
ſtructus. eodem capitulo. Nam ſacre ſcripture ſunt ad noſtram inſtructionem. ad roma
nos decimoquinto. Quecunqꝫ ſcripta ſunt ad noſtraꝫ doctrinam ſcripta ſunt. vt ꝑ paciē
tiam ⁊ conſolationē ſcripturarum ſpem habeamus ⁊c̄. vnde Bernardus Judice ſcriptu
ra poteris cognoſcere plura. vitam querenti dat iter ſacra lectio menti. Sanctos ſectate
⁊c̄. vnde dauid Cum ſancto ſanctus eris ⁊ cum viro innocente innocens eris. ⁊ cum ele
cto electus eris ⁊ cum peruerſo peruerteris. vnde prouerbiorum primo. Fili ſi te lactaue
rint peccatores ne acquieſcas eis. ſi dixerint tibi veni nobiſcum ne ambules cum eis.
vnde Catho cū bonis ambula. Illis iungeris quoꝝ tu facta ſequeris. ſenſus tuos frena
Vñ auguſtinus continendus eſt animus a voluptate oculorum a voluptate auriū. a vo
luptate odoratus a voluptate guſtus. ⁊ a voluptate tactus. q2 mors intrat ꝑ iſtas fene
ſtras Hieremie nono. Peccatum. n. mortale generat mortē eternā Jacobi primo. ⁊ ad
Romanos ſexto. Item ſatage carnem tuam domare abſtinentia. vnde Prouerbiorū
viceſimo ſexto. Cum defecerint ligna extinguet ignis. ⁊ apo. ad Gala. v. Spiritu ambu
late ⁊ deſideria carnis non ꝑficietis. vñ ber. Spūs inde perit dū corpꝰ dulcia q̄rit. Et dū
vexat caro ſpiritus alleuiat. De loco ⁊ alijs que ꝑſtāt occaſionē peccādi loquit ſaluator
noſter Mathei decimooctauo capi. Si ſcādalizet te oculus tuus erue eum ⁊c̄. ideſt caue
ea que dant occaſionem peccādi ſm glo. ⁊c̄. Hec bene ſeruando. ſ. que dicta ſunt chriſtū



cū matre ſcilicet glorioſiſſima virgine maria rogando crimina vitabis. vnde Iſidorꝰ. hoc
eſt remediū eius qui vitioꝝ tēperamentis eſtuat vt quotiens q̄libet tangit vitio totiens
ad oratione ſe ſubdat q2 frequens oratio vitiorū impugnationem extinguit. Oratio enī
liberat ab inimicis Baruch quarto. Clamate ad dominū ⁊ eripiet vos de manu princi
pū. ⁊ Act. duodecimo. de beato Petro qui erat vinctus cathenis. vnde Bernard. Ergo
fide pura te chriſto ſubdere cura. Auxilio cuius fugies mala tēporis huius ⁊c̄. Nemo ta
men credat ⁊c̄ ſm Bonauen. tentatio bona eſt q2 ordinat in ꝓbationē ⁊ per cōſequens
in augmentū glorie dū tamen tentatus reſiſtat. Exemplū de Job ⁊ de pluribus ſanctis
vnde Jac. primo. beatus qui ſuffert tentationē qm̄ cū probatus fuerit homo accipiet co
ronam vite quā repromiſit deus diligentibus ſe. Pro quo eſt notandum ꝙ tentatio que
eſt a deo ſemper bona eſt. que eſt a carne non eſt appetenda. que eſt a dyabolo perfectis
. i. charitate feruentibus appetenda eſt. ſed a fragilibus non eſt appetenda ne vincat ſm
Bonauē. Debilis eſt hoſtis ⁊c̄. Super hoc ſunt opiniones. dicūt enī aliqui ꝙ dyabolꝰ
ſuperatus ab vno hoie reſiſtendo ſue tētationi amplius de illo vitio nō pōt quenq̄ ten
tare: ſed alius dyabolus bñ pōt de illo vitio tentare. Alij doctores tenent ꝙ ſi vnus dya
bolus fuerit ſuperatus nullus aliorum poteſt illum hominem de illo vitio quo ille dyabo
lus fuit ſuperatus amplius tentare. Alij tenent ꝙ licet vnus dyabolus fuerit ſuperatus
ab vno homine de vno vitio: ⁊ ꝙ non poſſit deinceps tentare de illo vitio quo fuit ſupera
tus: poteſt tamen eundē hominē de alio vitio tentare. hoc narrat Albertus in ſuo ꝯpen.
theologie. ergo debilis eſt hoſtis: quia non poteſt cogere voluntatē hominis ad ꝯſentiē
dū ſue tentationi niſi ipſa velit. Ipſa enī voluntas eſt libera que a nullo alio valet cogi niſ
ſi ab ipſo deo. angelus bene poteſt incendere affectum monendo excitando ⁊ adiuuādo:
ſed non aliquid efficiendo in ipſa aīa quia non poteſt eius intentionē quo vult conuerte
re. ergo non excuſatur homo cū ſuperatur. Ad hoc Bernardus in diffinitionibus eccle
ſiaſticorū dogmatū. illabi aīe illi ſoli poſſibile eſt qui creauit eā. qui natura ſubſiſtens in
corporea capabilis eſt ſue facture. Queritur vtrum demones rimentur ſecreta cordiū
Solu. per Aug. internas cogitationes noſtras dyabolū neſcire certū eſt: nec obſtat illud
eiuſdē Aug. d. ꝙ mali angeli cogitationes hominū norunt alias que predicunt non pre
dicerent: q2 ibi Aug. loquitur de cogitatiōe cōiecturali: ⁊ nō certe ſcientie ſm Bonauen.
Et beda ſuper illū locū act. apoſtoloruꝫ act. quinto vbi Petrus ait ananie. Cur tentauit
ſathanas cor tuuꝫ, dicit mētem hominis iuxta ſubſtantiam nihil implere poteſt niſi crea
trix trinitas quia tantūmodo ſm operationē ⁊ voluntatis inſtinctuꝫ anima de hijs que
ſunt creata impletur. Implet vero ſatha. cor hominis large loquendo fraudulenta dece
ptione animā in affectū malicie trahens per cogitationes ⁊ incentiua vitiorū ⁊c̄. viij. di.
ſecundi ſen. ergo cū voluntas hominis non poſſit cogi ad malū niſi velit ꝙuis poſſit pun
gi. i. excitari ⁊ peccatū non ſit niſi voluntas conſentiat videtur ꝙ non ſit locus excuſatiōi
ſi quis peccet: hoc dicit actor noſter in littera ſua. Ergo tuum velle compeſcas declinan
do a malo ⁊ nitere bonū facere. iuxta dictum ꝓs. Declina a malo ⁊ fac bonum vt careas
pena ⁊ leteris cū electis dei in ede ſerena. hoc eſt in paradiſo diuino ſemper precedente
auxilio: q2 ſine ipſo factū eſt nihil. Johannis primo. ⁊ eodem decimoquinto. Sine me ni
hil poteſtis facere: ideo notanter dicitur domino ſimul auxiliāte. q2 ſine eius auxilio nul
lus pōt mereri Bern. Virtutū munus preſtare poteſt deus vnus. Nā cū mutatur mala
mens deus hoc operatur. vnde apoſtolus prima ad Corinthios decimoquinto. grā dei
ſum id quod ſum ⁊ grā eius in me vacua nō fuit. ⁊ eodē tertio. Fiduciam habemus per
chriſtum ad deum: nō ꝙ ſufficiētes ſumus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis ſꝫ ſuf
ficientia noſtra ex deo eſt. Notāter dicitur te bene cogitāte: q2 gratia eſt quedā forma. Et
forma loquēdo naturaliter nō introducit ī quālibet materiā: ſꝫ ī materiā diſpoſitā ſic lo
quēdo ſimilitudinarie aīa ſe hꝫ ī infuſiōe grē ad modū materie. ipe deꝰ vero ſicut mouēs ⁊ ef
ficiens. Vnde in tali infuſione req̄rit ex ꝑte hois motꝰ li. ar. ad diſpoſitionē ad grē infu
ſionem ⁊ contritio. i. diſceſſus a peccato ad diſpoſitionem ⁊ ad culpe expulſionem quibꝰ

Et fit flamma fures illos ſine fine perurens. Neſcia finiri ſemperqȝ videtur oriri ideo di-
cebat Hieronimus momentaneum eſt quod delectat eternum quod cruciat. Et beatus
paulus ſecunda ad corinthios quarto. illud enim quod in preſenti eſt momētaneū ⁊ le-
ue tribulationis noſtre ſupra modum in ſublimitatem eterne glorie pondus operatur ī
nobis. Ex hoc enim oritur maximus pudor. cū peccatū qđ per penitentiam poterat dele-
ri cunctis manifeſtabitur populis. naum tertio. Oſtendā gentibus nuditatē tuā ⁊ regnis
ignominiā tuā. Cerne quot ⁊ quanta. vide ſuperius vbi tractatur de peccatis in genera
li. Cerne diem mortis ⁊c. Nihil eſt certius morte nihil vero incertius hora mortis. Vnđ
ad hebreos nono. Statutum eſt hominibus ſemel mori. Unde bernardus Nullus taꝫ
fortis cui parcant vincula mortis. per nullam ſortem poteris depellere mortem. tā duci-
bus ꝙ̄ principibus communis habetur. Mors iuuenes rapit atqȝ ſenes nulli miſere-
tur. Ideo dicebat Catho. Quocunqȝ ingrederis ſequitur mors corporis vmbram.
vmbre enim tranſitus eſt tempus noſtrum ⁊ non eſt reuerſio finis noſtri. ſapientie ſecun
do. ſemper enim mors furatur dies noſtros. ideo cauendum eſt ſumme ne ſubito ſubuer
tat noſtram arborē ⁊ preocupati morte ſubitanea queramus tempus pnie ⁊ inuenire n̄
poſſimus. Scis ꝙ obibis ⁊c. Certū eſt. n. omni homini ꝙ debet mori ſed neſcit vbi quā
do nec quomodo. Eccleſia. nono. Neſcit homo finem ſuum. ſed ſicut piſces capiunt ha
mo: ⁊ aues comprehenduntur laqueo. ſic capiuntur homines tēpore malo. ideo dicebat
Bernardus. Vita breuis velut vmbra leuis ſic annichilatur. Sic vadit ſubito ꝗ cadit
dum ſtare putatur. Dies domini enim ſicut fur in nocte veniet. cū eniꝫ dixerint homines
pax ⁊ ſecuritas eſt tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. ad theſſalonicenſes quinto
ergo eſtote parati quia qua hora neſcitis filius hominis venturus eſt Mathei viceſimo
quarto Penſa iudicium ⁊c. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal chriſti
vt referat vnuſquiſqȝ propria corporis prout geſſit ſiue bonū ſiue malū. ſecunda ad cho-
rinthios quinto. ⁊ prima ad Corin. tertio vnuſquiſqȝ propriam mercedē capiet ſm labo-
rem ſuū. In illo diſcreto iudicio fiet retributio vnicuiqȝ ſm opera ſua. Yſaie triceſimoqn
to Ecce dominus veſter vltionē adducet retributionis. nullus enim doli capax introibit
ad cōſpectum diuine maieſtatis donec totaliter peccati ſcoria i purgatorio purget. ⁊ hoc
intelligitur de mediocriter malis. qꝛ valde mali eternaliter cruciabuntur in inferno vt di-
cam latius in fine libri vbi eſt textus de hoc ⁊c. Sacre ſcripture ⁊c. homo enim qui vult
terrena vitare dꝫ frequēter vacare ſacre ſcripture. ſecūda ad thimotheū tertio. Sacras
litteras noſti q̄ poſſunt te inſtruere ad ſalutē. Omnis ſcriptura diuinitus īſpirata vtilis ē ad
docēdū arguēdū ad corripiēdū iniuſticiā vt perfectus ſit homo dei ad oē opus bonū in-
ſtructus. eodem capitulo. Nam ſacre ſcripture ſunt ad noſtram inſtructionem. ad roma-
nos decimoquinto. Quecunqȝ ſcripta ſunt ad noſtraꝫ doctrinam ſcripta ſunt. vt p paciē
tiam ⁊ conſolationē ſcripturarum ſpem habeamus ⁊c. vnde Bernardus Iudice ſcriptu
ra poteris cognoſcere plura. vitam querenti dat iter ſacra lectio menti. Sanctos ſectate
⁊c. vnde dauid Cum ſancto ſanctus eris ⁊ cum viro innocente innocens eris. ⁊ cum ele-
cto electus eris ⁊ cum peruerſo peruerteris. vnde prouerbiorum primo. Fili ſi te lactaue-
rint peccatores ne acquieſcas eis. ſi dixerint tibi veni nobiſcum ne ambules cum eis.
vnde Catho cū bonis ambula. Illis iungeris quoꝝ tu facta ſequeris. ſenſus tuos frena
Vñ auguſtinus continendus eſt animus a voluptate oculorum a voluptate auriū. a vo
luptate odoratus a voluptate guſtus. ⁊ a voluptate tactus. qꝛ mors intrat p iſtas feneſ
tras Hieremie nono. Peccatum. n. mortale generat mortē eternā Iacobi primo. ⁊ ad
Romanos ſexto. Item ſatage carnem tuam domare abſtinentia. vnde Prouerbiorū
viceſimo ſexto. Cum defecerint ligna extinguet ignis. ⁊ apo. ad Gala. v. Spiritu ambu
late ⁊ deſideria carnis non pficietis. vñ ber. Spūs inde perit dū corp⁹ dulcia q̄rit. Et dū
vexat caro ſpiritus alleuiat. De loco ⁊ alijs que pſtāt occaſionē peccādi loquit ſaluator
noſter Mathei decimooctauo capi. Si ſcādalizet te oculus tuus erue eum ⁊c. ideſt caue
ea que dant occaſionem peccādi ſm glo. ⁊c. Hec bene ſeruando. ſ. que dicta ſunt chriſtū



cū matre ſcilicet glorioſiſſima virgine maria rogando crimina vitabis. vnde Iſidor⁹. hoc
eſt remediū eius qui vitioꝝ tēperamentis eſtuat vt quotiens q̄libet tangit vitio totiens
ad orationē ſe ſubdat qꝛ frequens oratio vitiorū impugnationem extinguit. Oratio enī
liberat ab inimicis Baruch quarto. Clamate ad dominū ⁊ eripiet vos de manu princi-
pū. ⁊ Act. duodecimo. de beato Petro qui erat vinctus cathenis. vnde Bernard. Ergo
fide pura te chriſto ſubdere cura. Auxilio cuius fugies mala tēporis huius ⁊c. Nemo ta
men credat ⁊c ſm Bonauen. tentatio bona eſt qꝛ ordinat in pbationē ⁊ per cōſequens
in augmentū glorie dū tamen tentatus reſiſtat. Exemplū de Iob ⁊ de pluribus ſanctis
vnde Iac. primo. beatus qui ſuffert tentationē qm̄ cū probatus fuerit homo accipiet co
ronam vite quā repromiſit deus diligentibus ſe. Pro quo eſt notandum ꝙ tentatio que
eſt a deo ſemper bona eſt. que eſt a carne non eſt appetenda. que eſt a dyabolo perfectis
i. charitate feruentibus appetenda eſt. ſed a fragilibus non eſt appetenda ne vincat ſm
Bonauē. Debilis eſt hoſtis ⁊c. Super hoc ſunt opiniones. dicūt em̄ aliqui ꝙ dyabol⁹
ſuperatus ab vno hoīe reſiſtendo ſue tentationi amplius de illo vitio nō pōt quenꝙ̄ ten-
tare: ſed alius dyabolus bñ pōt de illo vitio tentare. Alij doctores tenent ꝙ ſi vnus dya
bolus fuerit ſuperatus nullus aliorum poteſt illum hominem de illo vitio quo ille dyabo
lus fuit ſuperatus amplius tentare. Alij tenent ꝙ licet vnus dyabolus fuerit ſuperatus
ab vno homine de vno vitio: ꝙ non poſſit deinceps tentare de illo vitio quo fuit ſupera
tus: poteſt tamen eundē hominē de alio vitio tentare. hoc narrat Albertus in ſuo ꝯpen.
theologie. ergo debilis eſt hoſtis: quia non poteſt cogere voluntatē hominis ad pſentiē
dū ſue tentationi niſi ipſa velit. Ipſa em̄ voluntas eſt libera que a nullo alio valet cogi ni
ſi ab ipſo deo. angelus bene poteſt incendere affectum monendo excitando ⁊ adiuuādo:
ſed non aliquid efficiendo in ipſa aīa quia non poteſt eius intentionē quo vult conuerte
re. ergo non excuſatur homo cū ſuperatur. Ad hoc Bernardus in diffinitionibus eccle-
ſiaſticorū dogmatū. illabi aīe illi ſoli poſſibile eſt qui creauit eā. qui natura ſubſiſtens in-
corporea capabilis eſt ſue facture. Queritur vtrum demones rimentur ſecreta cordiū
Solu. per Aug. internas cogitationes noſtras dyabolū neſcire certū eſt: nec obſtat illud
eiuſdē Aug. d. ꝙ mali angeli cogitationes hominū norunt alias que predicunt non pre-
dicerent: qꝛ ibi Aug. loquitur de cogitatiōe cōiecturali: ⁊ nō certe ſcientie ſm Bonauen.
Et beda ſuper illū locū act. apoſtoloꝝ act. quinto vbi Petrus ait ananie. Cur tentauit
ſathanas cor tuū. dicit mētem hominis iuxta ſubſtantiam nihil implere poteſt niſi crea-
trix trinitas quia tantūmodo ſm operationē ⁊ voluntatis inſtinctuꝫ anima de hijs que
ſunt creata impletur. Implet vero ſatha. cor hominis large loquendo fraudulenta dece-
ptione animā in affectū malicie trahens per cogitationes ⁊ incentiua vitiorū ⁊c. viij. di.
ſecundi ſen. ergo cū voluntas hominis non poſſit cogi ad malū niſi velit ꝗuis poſſit pun
gi. i. excitari ⁊ peccatū non ſit niſi voluntas conſentiat videtur ꝙ non ſit locus excuſatiōi
ſi quis peccet: hoc dicit actor noſter in littera ſua. Ergo tuum velle compeſcas declinan-
do a malo ⁊ nitere bonū facere. iuxta dictum ꝑs. Declina a malo ⁊ fac bonum vt careas
pena ⁊ leteris cū electis dei in ede ſerena. hoc eſt in paradiſo diuino ſemper precedente
auxilio: qꝛ ſine ipſo factū eſt nihil. Iohannis primo. ⁊ eodem decimoquinto. Sine me ni
hil poteſtis facere: ideo notanter dicitur domino ſimul auxiliāte. qꝛ ſine eius auxilio nul-
lus pōt mereri Berñ. Virtutū munus preſtare poteſt deus vnus. Nā cū mutatur mala
mens deus hoc operatur. vnde apoſtolus prima ad Corinthios decimoquinto. gr̄a dei
ſum id quod ſum ⁊ gr̄a eius in me vacua nō fuit. ⁊ eodē tertio. Fiduciam habemus per
chriſtum ad deum: nō ꝙ ſufficiētes ſumus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis ſꝫ ſuf
ficientia noſtra ex deo eſt. Notāter dicitur te bene cogitāte: qꝛ gratia eſt quedā forma. Et
forma loquēdo naturaliter nō introducit i q̄libet materiā: ſꝫ i materiā diſpoſitā ſic lo-
quēdo ſilitudinarie aīa ſe hꝫ i infuſiōe gr̄e ad modū materie. ipſe de⁹ vero ſicut mouēs ⁊ ef
ficiens. Unde in tali infuſione req̄rit ex pte hoīs mot⁹ li. ar. ad diſpoſitionē ad gr̄e infu-
ſionem ⁊ contritio. i. diſceſſus a peccato ad diſpoſitionem ⁊ ad culpe expulſionem quib⁹

prenotatis introducitur forma .ſ.gratia. de illa materia tractabo ad longū in capitulo de
penitentia. Nota circa precedentē textum de tentatione ⁊ modo tentandi ꝙ ſicut ſerpēs
ſuggeſſit mulier delectata eſt ⁊ vir comedit:ſic in nobis ſm Greg. dyabolus gerit ſerpen
tis officiū.ſenſualitas gerit officiū mulieris.ratio tenet locū viri per conſenſum . vel alit
ſm Aug. Suggeſtio ſerpentis eſt primus motus ex fomite.comeſtio mulieris delectatio
eſt cogitationis per inferiorē partē rationis. Sed comeſtio viri eſt conſenſus ſuperioris
ptis rōis.p hec tria.ſ.ſuggeſtionē delectationē ⁊ conſenſum homo in tentationē deijcit.
quia tentatio per ſuggeſtionem inchoatur per delectationem progredit: per conſenſum
cōſummat. Sunt autē alia tria per que quis in tentatione detinet.ſ.opus prauū ꝯſuetu
do ⁊ deſperatio. Itē eſt ſciendū ꝙ tentatio eſt triplex.prima eſt a dyabolo per modū ſug
geſtionis vel per modū afflictionis. Secunda eſt a mūdo q: voluptate vel vanitate alli
cit vel perſecutione frangit.Tertia eſt carnis que per ſenſualitatem ⁊ fomitē ad peccatū
impellit:quibus etiā ratio conſentiens perficit peccatum.due ſpēs prime tentationis.ſ.
dyaboli ⁊ mūdi ſunt extra nos ⁊ non habent peccatū.vnde Aug.tentatio non eſt pctm
ſed materia exercende virtutis.Tertius modus tentandi eſt intra nos ⁊ eſt peccatum ve
niale quando primus motus tm̄ eſt:⁊ mortale ſi conſenſus aduenerit. Cōtra predictos
tentatores deus dedit nobis tria remedia. Cōtra demonē dedit nobis ſpiritus angeli
cos qui ad bonum nos ſtimulant ⁊ contra inſultus eius defendunt.Contra mundū de
dit nobis exempla ſui ⁊ ſanctorum qui deſpiciebant iſta mūdana ⁊ nō timebāt nec terre
bant ſupplicia relinquētes nobis exemplū:vt quēadmodū ⁊ ipſi fecerunt ⁊ nos faciamus.
Cōtra carnē habemus bona naturalia.ſ. ſinderesim. vim.iraſcibilem.bona gratuita cha
ritatem.temperantiā:fortitudinē:ſanctorū ⁊ ſcripturarū teſtimoniū qui deteſtantur opa
carnis. His ⁊ ſimilibus carnis vitia mortificamus. Eſt autem differentia inter iſtas ten
tationes. Nā tentationes que a dyabolo ſunt oriūtur ſepe preter rationē:vt nuper ſatia
tus famē patiatur ⁊ poſt dormitionē longā ſomno pregrauetur. Tentationes vero que
ſunt a carne frequenter ſurgunt propter neceſſitatem ſed interdum excreſcūt in ſuperflui
tatem.vt ſi cibus poſt ieiuniū immoderate appetat vel in comedendo ſi menſura vel mo
dus non tenetur. Itē nota ꝙ tentatio eſt multiplex.quedam eſt probabilis que eſt a deo
vnde tentauit deus abrahā.quedam tentatio eſt examinationis que eſt ab hoīe.quedā
tentatio eſt precipitationis que eſt a dyabo qui ſic tentauit primos parentes.quedam de
lectationis que eſt a carne.quedam conſenſus que eſt rationis. Item nota ꝙ tentationū
quartuor ſunt ſpēs. Prima eſt aſpera:que eſt de laboribus inconſuetis in principio con
uerſionis. Scd̄a eſt vana ⁊ orit de ꝓſperitatibꝰ ſpūalibꝰ:vt cū quis de virtutū ſucceſſibꝰ
gloriatur. Tertia eſt dubia. vt quando quis ambigit quid certum de aliqua re tenere de
beat.vnde accidit ꝙ ſegnior quiſqꝫ ad bonum redditur quando id quod agit bonū eſſe
dubitat.⁊ pronior fit ad malū quando malū eſſe neſcitur. Quarta eſt fraudulēta.vt quā
do dyabolus ſe in angelū lucis transfigurat ſub ſpecie. ſ. virtutum inducens vitium hoc
eſt quando ſuadendo honeſtatem inducit ſuperbiam vel ſuadendo diſcretum officiū ſeu
obſequium inducit nimiū carnis cōmodum.vel ſuadendo iuſtum iudiciū inducit crude
litatē. In talibus periculoſum eſt periculū non videre. Primum appellat ps.timorē no
cturnū.per noctē enim aduerſitas deſignatur. Secundum appellat ſagittā volantem in
die:quia per diē proſperitas deſignatur. Tertiū appellat negocium perambulās in tene
bris:⁊ hoc propter dubiū perplexitatis. Quartum vocat demonium meridianū . vnde
dicit Non timebis a timore nocturno a ſagitta volante in die a negocio perambulante i
tenebris ab incurſu ⁊ demonio meridiano. De his quartuor tentationibꝰ idē ps.ait.ſup
aſpidem quo ad primum.⁊ baſiliſcum quo ad ſecundum.⁊ conculcabis leonē quo ad ter
tiū.⁊ drachonē quo ad quartū. Remedia contra tentatiōes ſunt memoria dn̄ice paſſio
nis.mortificatio carnis.vtile exercitiū.declinatio occaſionū.cōculcatio principij tētatiōꝫ.

## Sequitur de ſacramentis



Contra peccata deus inſtituit ſacramenta
Per que delentur commiſſa futura cauentur
Gratia confertur ⁊ ſic bona vita refertur
Percipe mente pia ſeptem fidei ſacramenta
Nam male delinquit qui non digne ſacra [illegible]
Baptizor firmor ⁊ peniteo cibor vnguor
Ordine promoueor gratis cum coniuge iungor
Ordo thorus velle ſumit qu[illegible] neceſſe
Ordinat ⁊ firmat preſul quan[illegible] ſacerdos
Ordo baptiſmus firmatio non iteratur
Cetera ſumpta ſemel ſacramenta valent iterari.

Iſta eſt quarta pars principalis iſtius libri in qua actor noſter intendit determina
re de ſacramentis eccleſie ſicut promiſerat in ſuo prohemio diuidēs illam partem prima
ſui diuiſione in duas ptes.in prima determinat de ſacramentis in gnāli. in ſcd̄a pte dets
minat de ſingulis in ſpeciali.pria in principio.ſcd̄a ibi incipit eſt aqua materia ⁊c. Item
pria diuidit in tres ptes.in pria ponit diffinitionē ſacramenti. in ſecunda enumerat ſa
cramenta.in tertia docet que ſacramenta poſſunt reiterari ⁊ que non.prima in principio.
ſecunda ibi Percipe mente pia baptizor firmor.tertia ibi Ordo baptiſmus. Quantum
ad primam partem eſt notandū ꝙ ſacramentum ſm beatum Augu.ſic diffinitur. Sacra
mentum eſt inuiſibilis gratie viſibilis forma.Si autem illa diffinitio attribuatur tantū
modo ſacramentis noue legis ſic eſt ſupplenda.Sacramentum eſt inuiſibilis gratie viſi
bilis forma vt eius ſimilitudinē gerat ⁊ cā exiſtat vt notatur in prima diſtinctione quar.
ſen.q: ſacramenta noue legis non ſolū ex ſimilitudine repreſentāt vel ex inſtitutione ſigni
ficant ſed etiā ex virtute diuina ſanctificant ⁊ gratiā conferunt per quā aīa curatur ab in
firmitatibus vitiorū.⁊ hoc eſt quod Aug.inſinuat in quadā alia diffinitione.d.Sacramē
tum eſt illud in quo ſub tegumento rerum viſibilium diuina virtus ſalutem ſecretius ope
ratur.Eſt et alia diffinitio ſm Hugo.de ſancto victore.Sacramentū eſt materiale elemē
tū extrinſecus oculis ſuppoſitum ex inſtitutione ſignificans ex ſimilitudine repreſentans
ex ſanctificatione aliquā gratiam inuiſibilem conferens. In hac diffinitione tria tangun
tur que ſunt proprie de ratione ſacramēti. Primū eſt naturalis ſimilitudo ex qua hꝫ apti
tudinē ſignificandi.Secundum eſt actualis inſtitutio ex qua habet ordinem determina
tum reſpectu huius ſignificati.Tertiū eſt ſpiritualis ſanctificatio ex qua habet virtutē effi
ciendi illud ſignificatum.Beatus auguſtinus ponit aliā diffinitionē dicens.ꝙ ſacramen
tum eſt ſacre rei ſignū.⁊ idem habetur per mag.i.diſt.quarti ſen.ſed non eſt proprie diffi
nitio ſed ethimologia. Sed q: dicit actor in principio ꝙ deus inſtituit ſacramenta ꝯ pec
cata eſt notandum ꝙ ſacramenta ſunt inſtituta contra triplicem culpā ⁊ contra quadru
plicem penam.Baptiſmus inſtitutus fuit principaliter contra originale ꝗuis deleat oē
pctm̄ vt dicetur ſuo loco inferius. Penitentia contra mortale.extrema vnctio contra ve
niale.ordo ꝯ ignorantiā.eucariſtia cōtra maliciā.cōfirmatio ꝯtra impotētiā.matrimoniū
ꝯ cōcupiſcentiam quam tempat ⁊ excuſat ſm Albertū in ſuo compen.⁊ de con.di. Ab
initio eñ inſtituta ſunt ſacramenta ad curationē hoīm ⁊ ſemper cū morbo cōcurrerunt. i
lege eñ nature fuerūt oblatiōes ſacrificia ⁊ decimationes.i lege ſcripta introducta ē cir
cunciſio ⁊ adiuncta eſt expiatio.atqꝫ ſuperaddita oblationū multiformis diſtinctio. In
lege aūt noua ſctificata ſunt ſacramēta numero pauciora vtilitate ⁊ virtute efficaciora in
qbꝰ eſt impletio ſimul ⁊ euacuatio oīm p̄dictoꝝ ſicut.d. Hug.de ſancto vic. Itē in lege di
ſtinguebat circunciſio populū dei ab alijs gētibus:ſed nunc diſtinguit caracter baptiſmi

dei populū puta omnes chriſtianos ab infidelibus ac ab oībus baptiſmū non recipien
tibus. Itē ſm Aug. legalia fuerunt ante paſſionē dñi viua ⁊ ſtatim poſt paſſionē mortua
⁊ poſtq̄ claruit veritas euāgelij ſunt ſepulta. nr̄a vero ſacramenta vſq; ad finē ſemp ma
nebūt. Inſtituit eñ ſacramenta legis gratie chriſtus tanq̄ noue legiſlator in qua vocauit
ad p̄mia dedit p̄cepta inſtituit ſacramenta. xp̄s eñ verbū patris cū ſit ſumme veritatis
ſumme virtutis ⁊ ſumme bonitatis: rōe veritatis dedit p̄cepta diligentia. rōe virtutis in
ſtituit ſacramenta adiuuantia. rōe bonitatis p̄miſit p̄mia beatificantia. Inſtituit eñ ſa
cramenta ī verbis ⁊ elementis vt ait Aug. accedit verbū ad elementū ⁊ fit ſacramentum
⁊ eſt ibi elementū pro materia ⁊ prolatio verborū pro forma. Ad hoc enī inſtituta ſunt ſa
cramenta in verbis ⁊ elementis vt haberent euidentiā ſignificandi ⁊ efficaciā ſanctifican
di: quia dum elementa oculis ⁊ verba auribus ſe offerunt qui ſunt duo ſenſus precipue co
gnitiui dant euidentiā ſignificationis. Deinde verba ſanctificant elementa vt plenior fiat
humane creatiōis efficacia. Inſtituit ergo deus ſacramenta diuerſimode. quedā ante ad-
uentū ſuū in carnē: vt matrimoniū ⁊ penitentiā. ſed hec duo confirmauit in lege euange-
lica dū penitentiā predicauit ⁊ nuptijs interfuit. Alia quinq; ſacramenta chriſtus initia-
uit ⁊ confirmauit. confirmationē quidē manū paruulis imponendo: extremā vnctionē di
ſcipulos mittendo ad curandū qui infirmos vngebant oleo. baptiſmū ſuſcipiendo dein-
de formā dando: ordinē poteſtatē ligandi ⁊ ſoluendi tribuendo ⁊ conficiendo ſacramen-
tū altaris: eucariſtiā ſe cōparando grano frumenti dando diſcipulis eminēte paſſione ſa
cramentū cū corporis ⁊ ſanguinis ſumptione. Inſtituta ſunt ſacramēta multiplici de cau
ſa. vna propter humiliationē qua homo querit ſalutē inferioribus ſe ſubiciendo. Secun
da cauſa propter eruditionē qua homo per viſibilia ad cognoſcenda inuiſibilia rapiatur
Tertia cauſa propter exercitationē qua nociua declinet homo puta in malo occupationē
⁊ ociū. Quarta propter cōgruitatē medici ad medicinā quia cū medicus ſit deus ⁊ ſacra
mentū medicina. congruenter debet cōtinere aliquid diuinū ſcilicet inuiſibilē gratiā ⁊ ali
quid humanū ſcilicet viſibilē gratie formā. Quinta cauſa eſt congruitas ex parte infirmi
q: cū infirmus ſit homo conſtans ex corpore ⁊ ſpiritu. ſpiritus aūt in corpore non bene cō
patitur ſpiritualia in corporalibus rebus ſicut pillule ⁊ nebule galmebles. Sexta cauſa
eſt propter augmentationē meriti multū enī valet ad meritū quando deo creditur ī his ī
quibus ratio humana non prebet experimentū. Quantū ad ſecundā partē eſt notandū
ꝙ ſeptē ſunt ſacramenta: ſcilicet baptiſmus: confirmatio: penitentia: eucariſtia: extrema vn
ctio: ordo: ⁊ matrimoniū. que dicuntur ſm diuerſitatē hominū in eccleſia. Primū eſt in-
trantiū ſcilicet baptiſmus Secundū pugnantiū ſcilicet cōfirmatio. Tertiū eſt vires reſu
mentiū ſcilicet eucariſtia. Quartū reſurgentiū: ſcilicet penitentia. Quintū exeuntiū: vt ex
trema vnctio. Sextū miniſtrantiū. vt ordo. Septimū nouos milites introducentiū: vt
matrimoniū. vel alio modo ſacramenta noue legis ſunt ſeptē quia diſponunt ad ſeptē
virtutes. Sacramentū baptiſmi eſt fidei proteſtatio. cōfirmatio fidei defenſio. eucariſtia
charitatis. penitentia iuſticie. extrema vnctio perſeuerantie que eſt fortitudinis cōplemē
tū. ordo prudentie. matrimoniū tēperantie. Quantū ad tertiā partē eſt notandū ꝙ iſto-
rū ſeptē ſacramentorū tria ſunt que non iterantur: ſcilicet baptiſmus cōfirmatio ⁊ ordo.
Cuius ratio eſt quia in eis imprimitur caracter: vnde caracter baptiſmalis eſt. incipien-
tiū confirmationis perficientiū ordinis perfectorū. Caracter eñ baptiſmalis eſt funda-
mentū aliorū caracterū ⁊ ideo illo non habito non poſſunt ceteri caracteres imprimi. vn-
de ſi quis ordinatur non baptizatus nihil prorſus agitur. Alia quattuor poſſunt iterari
ſcilicet penitentia matrimoniū extrema vnctio ⁊ eucariſtia vt in ſequentibus plenius tra-
ctabitur. Itē nota ꝙ iſtorū ſacramentorū quedā reſpiciunt excellētiā dignitatis: vt ordo
⁊ confirmatio: ⁊ ideo conferuntur ab epiſcopis. quedā reſpiciunt indigentiā neceſſitatis
vt baptiſmus ⁊ matrimoniū quorū vnū generat aliud regenerat: ⁊ ideo horū diſpenſio
etiā perſonis inferioribus conceditur. maxime in articulo neceſſitatis quod dico ratione
baptiſmi. quedā ſunt quaſi media vt eucariſtia penitentia ⁊ extrema vnctio. ⁊ iſtorū diſ-



penſio ad ſolos ſpectēt ſacerdotes qui ſunt quaſi in medio inter ep[iſcop]os ⁊ minores p
ſonas conſtituti. Item a quibus poſſunt conferri ſacramenta dice

## Sequitur de ſacramento baptiſ

Eſt aqua materia baptiſmi verbaq; forma
Ac baptizantis intentio debet adeſſe
Baptiſmi fructus eſt plena remiſſio culpe
Gratia confertur et pena remittitur omnis.

In iſto capitulo auctor noſter intendit determinare de ſacramēto baptiſmi. quia eſt
ianua oīum ſacramentorū. patet q: nulli confert ante ipſum in eccleſia aliqđ aliorū
ſacramētorum diuidens litterā ſuā in quattuor partes principales. In prima parte oſtē
dit quid ſit meteria ſacramenti baptiſmi. In ſecunda quid ſit forma. In tertia que inten
tio debeat eſſe. In quarta quid ſit effect⁹ baptiſmi. prima ibi. eſt aqua materia baptiſmi
ſecunda ibi verbaq; forma. tertia ibi ac baptizantis. quarta ibi baptiſmi fructus. In pri
ma parte dicit ac. nr̄ ꝙ aqua eſt materia baptiſmi. Pro cui⁹ tī. maiori declaratione ē
premittendum quid ſit baptiſmus ⁊ quotuplex. Quātū ad primū eſt notandū ꝙ baptiſ
mus eſt ablutio corporis exterior facta ſub forma verborū p̄ſcripta. vnde accedēte verbo
ad elementū fit ſacramētū per mag. di. ij. iiij. ſen. i. q. i. c. detrahere. ⁊ per beatū Auguſti.
Quantum ad ſecundum eſt notandum ꝙ triplex eſt baptiſmus. ſ. flaminis. ſanguinis. ⁊
fluminis. flaminis. i. ſpiritusſancti. quo confitentes chriſtum ⁊ contriti in neceſſitatis ar-
ticulo baptizantur. ⁊ talis baptiſmus delet culpā non ſemel tantum ſed pluries. ⁊ habz
gratiam in vſu in quo conſiſtit meritum. Baptiſmus ſanguinis eſt quo martires p chri-
ſti fide morientes baptizantur. ⁊ talis liberat ab omni tentatione ⁊ confert ſtatim premi
um. q: propriū eſt martirū ſtatim euolare. Fluminis eſt materialiter aqua quo quotti-
die fideles ⁊ pueri regenerantur: ⁊ talis baptiſmus liberat a culpa ⁊ a pena ⁊ gratiam in
habitu infundit ⁊ caracterem imprimit. i. q. i. c. firmiſſime. de con. di. iiij. c. baptiſmi vicem.
⁊ de baptiſmo quaſi per totum: ⁊ in omnibus iſtis ſpeciebus baptiſmi fit omniū pecca-
torū remiſſio. ⁊ quo ad penam ⁊ quo ad culpam. in. c. vt oſtenderet. de con. di. quarta ca
pitulo. Nequaq̄. ⁊. c. regenerante. e. di. xxvi. di. c. deinde. ⁊ extra de diuor. c. gaudemus. ⁊
per magi. diſt. quinta. quarti ſententiarum Nunc venio ad primam partē littere ac.
in qua reſtat declarandū que ſit materia ſacramenti baptiſmi Pro quo eſt notandum ꝙ
materia baptiſmi eſt aqua ⁊ non alius liquor. vt no. per mag. di. tertia quarti ſentantiarū
Jo. tertio. ca. niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpirituſancto non poteſt introire ī regnū
dei. ⁊ eodem. xix. vbi habetur ꝙ ex latere chriſti exiuit ſanguis ⁊ aqua. ſanguis ſupple re
demptionis ⁊ aqua baptiſmatis. Queritur nunquid omnis aqua poteſt eſſe materia
baptiſmi. Solutio. dicendū eſt ꝙ non niſi ex ſola aqua naturali. Unde ex aqua roſacea
vel quacunq; artificialiter facta non poteſt fieri baptiſmus. neq; ex vrina cum talis aqua
ſit potius humor q̄ aqua naturalis. Ex balneo tamē lixino vel aqua decoctionis carniū
⁊ huiuſmodi bene poteſt fieri baptiſmus. q: in eis natura aque non permutat. Similit
ex pluuia ⁊ rore collectis poteſt fieri baptiſmus. q: licet generent ex vaporibus ⁊ humo
ribus terre: tamen per virtutem nature que fortior eſt arte reſoluitur in veram aquam qđ
ars non poteſt facere. ⁊ ſic vniuerſaliter omnis aqua naturalis eſt materia ſacramēti bap
tiſmi. Queritur vlterius quare magis ex aqua q̄ ex alio elemento fit materia baptiſ-
mi. Solutio prout poteſt videri in. iiij. ſen. in principio dicendū eſt ꝙ ſicut aqua mundat
ſordes exterius. ſic baptiſmus mundat hominem interius. Alia cauſa eſt q: ſicut aqua p
pter eius frigiditatem mitigat calorem. ſic baptiſmus cōcupiſcentie fomitem. Alia cā ē
propter communitatem aque ⁊ eius abundantiam ne propter defectum materie aliquis
poſſit a baptiſmi ſuſceptiōne excuſari. Quantū ad tertum eſt notandum ꝙ forma bap
tiſmi eſt hec. Ego baptizo te in Nomīe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti amen. Math. vltio.

Eu ntes in mundum vniuerſum docete oēs gentes baptizantes eos in Nomīe patris ⁊
filij ⁊ ſpirituſſancti.ſed amen addidit eccleſia.de con.di.iiij.in princi.⁊ de baptiſmo ⁊ eius
effectu.c.i.⁊.ij. Pro quo eſt notandum ꝙ ego non eſt de eſſentia forme cū intelligatur
in hoc verbo prime perſone baptizo.peccaret aūt qui omitteret ſcienter mandatū eccleſie
tranſgrediendo.⁊ idē dicendū eſt de iſta dictione amen. Queritur nūquid poteſt dici
baptizo me ſicut dicitur baptizo te.Solo.non.qꝛ ſicut nullus poteſt ſeipſum generare ſic
nec baptizare.cū baptiſmus ſit quedā generatio ſpiritualis in.c.debitū.de baptiſmo.
Queritur nunquid pōt dici baptizo te in nominibus ſicut dicitur in noīe. So.dico ꝙ non
qꝛ virtus diuina q̄ operatur in baptiſmo pertinet ad diuinā eſſentiā que eſt vna in tribus
perſonis.iō ad denotandū vnitatē eſſentie in tribus perſonis dicitur in nomīe ⁊ nō in no-
minibus.de con.di.iiij.in prin.⁊ p mag.di.iij.quarti. Queritur nunquid pōt baptizari in
nomine genitoris ⁊ geniti ⁊ flaminis ſicut in noīe patris ⁊ filij ⁊ .ſſ.cū idē ſignificet. So
lutio.dico ꝙ non qꝛ ex illis verbis ſit baptiſmus q̄ ſignificant ꝓprietates relatiuas ꝑſo
narū hoc aūt ſignificāt.p.f.⁊.ſſ.in.c.ſanctū.de con.di.iiij. Queritur nunq̄d pōt fieri bap-
tiſmus dicēdo baptizo te in noīe patria ⁊ filia ⁊.ſſ.vt dicunt aliqui layci neſcientes bene
formare voces. Solutio.forma variatur quinqꝫ modis.vno modo circa ſignificationem
verborū vt dictū eſt genitoris geniti ⁊c̄.⁊ ſic non fit baptiſmus.Alio mō circa voces ſolū
manente eadē ſignificatione ⁊ modo ſignificandi ⁊ ſic diuerſis linguis fit baptiſmus ſi-
cut latino greco theuthonico gallico ⁊ talis variatio nō obeſt.Similiter variando circa
voces manēte eadē ſignificatiōe ⁊ hoc ex mera ſimplicitate ſicut faciunt layci qui neſciūt
verba latina ꝓferre perfecte ſiue formare vt dicēdo in noīe patrio ⁊ filio ⁊c̄.ſic nō ipedi-
tur baptiſmus. Sec⁹ eſſet ſi intelligēs hoc faceret ex intentione ⁊ nouū ritū vellet indu-
cere qꝛ ſic peccaret ⁊ nō baptizaret in.c.ſi nō ſacrificatur.de con.di.quarta.⁊.c.retulerunt
ar.e.di.Alio mō mutatur forma corrumpendo .ſ.diminuendo addendo vel ſubtrahendo
id quod eſt de eſſentia forme vt ſi dimitteretur baptizo vel te ⁊c̄.⁊ ſic non fieret baptiſmus
Veruntamen neceſſitate mortis eminente:ſi vna perſona tantum nominetur ⁊ puer de-
cedat anteꝙ alie perſone nominentur.vt dicendo baptizo te in nomine patris ⁊ tūc puer
moriatur pie credendum eſt ꝙ ſummus ſacerdos deus ſupplet defectum.Tamen ſi puer
ſuperuiueret rōne dubij ſub conditione baptizandus eſſet eo ꝙ eccleſia in baptizando
exprimit tres perſonas ⁊ non ſolum vnam.de con.diſtinctione prima in princi.Si vero
ſubtrahatur illud quod non eſt abſolute de eſſentia forme ſed ſolum de inſtitutione eccle
ſie ſicut eſt ego vel amē non impeditur baptiſmus.peccaret tamen qꝛ hoc ſcienter faceret
ar.c.retulerunt.de con.di.quarta.Si autem fiat additio corrumpens ſenſum vt dicēdo
ego baptizo te in nomine patris maioris ⁊ filij minoris ⁊c̄.tūc ſine dubio ipediretur bap-
tiſm⁹:qꝛ ꝑſone puta pr̄ fili⁹ ⁊.ſſ.quāꝙ diſtiguantur realiter coeq̄les ſunt.Si vero additio n̄
corrumpat ſenſum nec fit ꝯ reuerentiā perſonaꝝ nō impedit baptiſmū:ſiue fiat a ꝑte an̄
vt dicendo.baptizo te.in nomine patris oīpotentis ⁊ filij vnigeniti ⁊ ſpirituſſancti para-
cliti.Siue etiam fiat a parte poſt vt dicēdo ego baptizo te in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpi-
rituſſancti ⁊ beate marie virginis ⁊ huiuſmodi .⁊ hoc intelligendum eſt qn̄ ille q̄ addit h̄
non intendit facere nouum ritum nec hoc facit ex certa malicia ſed ex mera ſimplicitate ī
capitulo ſi non ſanctificantur.de con.di.iiij.i.q.i.c.detrahere.Et ſimiliter ꝙ taliter ꝓfe-
rens nō credat ꝙ baptiſmus habeat efficatiam ex inuocatione beate Marie:ſed ex ſola
inuocatione trinitatis.Quarto impeditur baptiſmus tranſponendo litteras vel ſyllabas
quibus ſenſus corrumpitur.Si vero tranſponat dictiones ſicut dicēdo ego te baptizo ⁊
huiuſmodi nō impeditur baptiſmus licet peccet hoc faciens.Quinto corrumpitur baptiſm⁹
interpauſando quando fit tanta interpauſatio verborū vel operū ꝙ corrumpitur actus ⁊ ī
tentio baptizantis:vel intermiſcendo aliquod impertinens ad ſacramētū vt dicendo ego
baptizo te in nomīe patris ⁊ tunc operetur aliquid ꝑ magnū tp̄s.vel aliq̄d dicat in medio:
ſicut dicēdo ego baptizo te ī nomīe patris.⁊ poſtea dicat clerice vade poſitum mapam ⁊
hmōi.talis magna diſcontinuatio impedit baptiſmum. De iſtis verbis interpoſitis eſt



altercatio in.c.cum cauſam.de reſcriptis.Si vero propt̄ neceſſitatē fiat modica interpau
ſatio ſicut balbutiendo ſcreando ſternutando ⁊ huiuſmodi non impeditur baptiſmus.
Tunc ad dubium reſpondetur ꝙ ſm ſenſum illū dicēdo ego baptiſo te in noīe patria ⁊
filia.⁊c̄.non impeditur baptiſmus dū tamē hoc procedat ex mera ſimplicitate proferentis
ſicut faciunt layci.bonauen.tamen dicit ꝙ ſi corruptio fuerit tanta ꝙ ſenſus ditionis quē
hꝫ ex inſtitutiōe nullomō maneat.vt dicēdo ego te baptizo in noīe patrias ⁊c̄.tūc impe-
ditur baptiſmus. Queritur vlterius nunq̄d baptizans pōt dicere ego baptizo vos ſi
ſint plures.So.dico ꝙ ſic.ſi ſint plures vel ſi ſit princeps. Queritur nunq̄d pōt dicere
lauo itingo vl' madefacio ſicut dicit baptizo.So.nō qꝛ plus iportat illud verbū baptizo
ꝙ alia verba qꝛ includit lotionē ⁊ ſacramētū. Queritur nunq̄d poſſet baptizari in no-
mine trinitatis.⁊ videtur ꝙ ſic per tex.c.ſanctū.de cō.di.iiij.ſed veri⁹ eſt dicere ꝙ non.qꝛ
eccleſia ſtatuit ꝙ explicite perſone trinitatis exprimerentur:ſed contrariū dicit veritas act.
xi.dicēs vos baptizabimini in ſpirituſan.vbi indicat nos poſſe⁹ baptizari:ſpirituſſancti
inuocatione ⁊ per cōſequēs inuocatione vnius perſone.dum tamē baptizans fidem tri-
nitatis teneat.Solu.melius ⁊ tutius eſt ibidem tres perſonas nominare ſm Ambro.in
libro de ſpirituſancto.⁊ de cō.di.iiij.c.in ſynodo. Quātū ad tertiū in quo erat tractā-
dum de intentione baptizantis ibi in littera ⁊c.ac baptizantis intētio dꝫ adeſſe.ſunt duo
declaranda.primum quis pōt baptizare.ſecundo que ſit intentio quā debet habere ba-
ptizans. Quantū ad primum eſt notandum ꝙ quilibet habens naturā humanā ſiue
ſit maſculus ſiue femella in caſu neceſſitatis poteſt baptizare per mag.di.vi.iiij.ſentent.
Cuius cauſa aſſignatur.qꝛ ſicut aqua eſt elementum quo naturaliter baptiſmi ſacramen-
tum efficitur propter eius cōitatem vt nullus poſſit propter defectum materia non recipi
endo baptiſmi ſacramentū excuſari ſic omnis homo vtriuſqꝫ ſexus in neceſſitate poteſt h̄
ſacramentum miniſtrare vt nullus etiam propter defectum miniſtri poſſit excuſari. vnde
yſi.Conſtat baptiſma ſolis ſacerdotibus eſſe traditū eiuſqꝫ miniſterium niſi hijs procul
abſentibus.vltima langoris cogat neceſſitas quod etiā laycis fidelibus permittitur.Sed
vlterius Beda addit ſiue hereticus ſiue ſciſmaticus ſiue facinoroſus quiſqꝫ in confeſſiōe
ſancte trinitatis baptizet non valet ille qui baptizatus eſt a bonis catholicis rebaptiza
ri.in.c.a quodam.de con.di.iiij.⁊ in.c.ſi que.e.di.qꝛ nō virtus miniſtri operatur in baptiſ-
mo.ſed virtus dei.in.c.baptiſmus.de cō.di.iiij.⁊ ꝑ mag.di.v.iiij. Roman⁹ pontifex non
hominem indicat q̄ baptizat ſed ſpm̄ dei ſubminiſtrare gr̄am baptiſmi lꝫ paganus ſit q̄
baptizat qꝛ miniſteriū deus dedit ſeruis ſed ptātem ſibi retinuit:⁊ ſic baptizat ſeruus vt
miniſter.baptizat dn̄s tanꝙ ptātem habens.vnde dn̄s leui.xxi.ego ſum dn̄s q̄ ſanctifi-
co.Ex quo poteſt inferri ꝙ ſacramenta diſpenſari poſſunt a bonis ⁊ a malis a fidelibus
⁊ infidelibus intra eccleſiam ⁊ extra.Cuius cauſa eſt qꝛ ſi diſpenſari poſſent tantū a bo-
nis nullus eſſet certus de ſuſceptione ſacramēti cū nullus ſit certus de bonitate miniſtri
ſicut nec de propria bonitate ⁊ ita oporteret ſemꝑ iterare.⁊ ſimiliter malicia vnius preiu-
dicaret aliene ſaluti ideo ſacramentorū diſpenſatio committitur homini non ratione ſancti
tatis que variatur:ſed ratione auctoritatis que ſemꝑ manet quātū de ſe eſt ſm Albertuꝫ
in ſuo ſexto lib.compen.theo.Tamē neceſſitate nō vrgente ſoli ſacerdotes ſunt miniſtri
iſtius ſacramenti ꝑ mag.di.vi.iiij. Queritur circa hoc vtrū angeli poſſint baptizare.
So.nō.qꝛ ſoli nature humane h̄ miniſteriū traditū eſt eo ꝙ hoīes maiorem cōueniētiaꝫ
habeāt cū chriſto quo ad humanitatē aſſumptā a quo fluxerūt oīa ſacramenta ſm Joh.
⁊ mag.in.iiij.Etiā qꝛ cū ſacramētū ſit viſibile dꝫ habere diſpēſatorē viſibilē ſm Bonauē.
Queritur vtrū dyaboſus in ſpecie humana poſſit baptizare.Solu.dicēdum eſt ꝙ nō:
eo ꝙ inſidietur humane nature nō eſt preſumendum ꝙ formam proferret cum intentione
baptizandi.Bonauen.tenet ꝙ nullus valet baptizari a ſpiritu ſiue bono ſiue malo nec a
manco nec a muto ⁊c̄. Queritur quid iuris ſi baptizans dicendo.In noīe patris in-
telligat dyaboluꝫ.Solutio.dicendum eſt ꝙ non baptizat.i.q.i.c.detrahere. Queritur
vtrum baptizet ille qui non credit caracterem imprimi.Solutio.dicenduꝫ eſt ꝙ ſic.quia

ipſe non imprimit caracterem ſed deus.de con.di.iiij.in glo .c.ſi plura.⁊ de elec.c. gene⸗
rali.lib.vi.⁊ in glo.c.maiores.de baptiſ.⁊ eius effectu. ¶Queritur nunquid pater aut
mater in caſu neceſſitatis poſſit baptizare partum ſuum. Solu.in tanta neceſſitate vbi ꝑ
alium baptizari puer non poteſt licitum eſt parentibus proprios baptizare liberos: nec
propter hoc a iure debiti matrimonij ſunt priuati. Aliud eſſet ſi temerarie alter coꝝ ſuum
puerum baptizaret vel ambo.qꝛ qui hoc faceret priuaretur iure debiti matrimonij.
¶Queritur nunquid poſſunt duo homines vnũ puerũ baptizare ita ꝙ vnus qui mu⸗
tus eſt per caſum poſitum puerũ teneat ⁊ alter quia mancus eſt ꝓferat verba. Solutio.
dicendũ ꝙ nõ.qꝛ oportet in baptiſmo ꝙ ſimul concurrãt in actione baptizandi ex eodem
verbum ꝓlatũ cũ operatione lauandi.aliter falſa eſſet oratio que virtutẽ ſiue formã bap
tiſmi exprimit quãdo dicitur ego baptizo te.⁊c̃.qꝛ oportet ꝙ ille q̃ immergit ſeu baptizat
loquat̃ ⁊ ꝙ verbum eius accedat ad elementum.c.detrahendus .con.di.iiij. ¶Querit̃
nunquid poteſt vnus puerum tenere ⁊ baptizare. Solutio.dicendũ eſt ꝙ ſicut in genera
tione naturali requiruntur duo.ita in generatione ſpirituali.tamẽ in caſu neceſſitatis vnꝰ
poteſt fungi officio duoꝝ vel triũ. ¶Queritur quot ſufficiunt ad leuanduʒ puerũ ex ſa
cro fonte. Solo.aliquando vnus ſolus ſufficit in caſu neceſſitatis. aliquando duo ꝓptẽ
vnionem diuinitatis ⁊ humanitatis in chriſto.aliquando tres propter trinitatẽ perſona⸗
rũ nec plures q̃ꝫ tres ſunt recipiendi iuxta illud Math.xviij.in ore duorũ vel triũ ſtat oẽ
verbum:tamen de conſanguineis non obſtat ſi ſint plures. ¶Queritur nunquid nõ ba
ptizatus poteſt tenere aliquẽ ad baptiſmũ ⁊ ad confirmationem. Solutio.dicendum eſt
ꝙ non.in capitulo.in baptiſmate.de con.di.iiij. ¶Queritur quot annorũ debẽt eẽ qui
puerum ſuſcipiũt de ſacro fonte.Solutio.dico ꝙ tante etatis debent eſſe ꝙ poſſint eſſe
memores ſuorũ factorũ. ¶Querit̃ quid iuris ſi ſacerdos ex ignorãtia vel imprudẽtia
ſua baptizaret puerũ:maſculum quẽ credit feminã eſſe nunquid eſt puer rebaptizandus.
Solutio.dicendũ eſt ꝙ nõ qꝛ baptiſmus nullũ ſexum ſibi appropriat ſed ſolum naturaʒ
humanam tamẽ nomẽ ei appropriandũ eſt quod ſuo ſexui congruit vt ſi femina fuerit.⁊
fuerit nomen ei impoſitum Johannes vocetur Janeta vel ſm̃ conſilium epi. ¶Queri
tur quid iuris ſi infans baptiſandus emitteret ſuperflua nature in fontem baptiſmalem
Solutio.preſbiter debet ejicere illum fonteʒ anteq̃ꝫ aliquis alius baptizetur.qꝛ q̃ꝫuis ſta
tuta ſinodalia dicant ꝙ non cõſecretur niſi in vigilia paſche ⁊ in penthe.tñ ianuis clau⸗
ſis debet totiens renouari in anno quotiens placuerit ⁊ fuerit neceſſariuʒ.Si vero puer
mingat non debet renouari. ¶Queritur ſi mulier moritura fuerit ⁊ credatur puer viue⸗
re quid agendum. Solutio dicendum eſt ꝙ mater debet aperiri ⁊ puer extrahi⁊ baptiza
ri.⁊ ſi puer reperiatur mortuus nunqnid eſt ſepeliendus cum matre. Solo.breuiter dicẽ
dum eſt ꝙ cũ cõſtiterit ipſum animã habuiſſe diſtantẽ ab aĩa matris non eſt ſepeliendus
cũ matre.de con.di.i.c.eccleſia. ¶Queritur nunquid poteſt partus in ventre matris ba
ptizari. So.dicendum ꝙ non.de con.di.iiij.c.qui in maternis vteris.⁊.c.ſequẽti.nõ põt
renaſci qui nondũ natus eſt.modo baptiſmus eſt quedam renatio. Sed queritur q̃d
fiendum ſi appareat vna pars pueri. Solo.dicunt aliqui ꝙ ſi caput apparuerit poteſt
baptizari ff.de relig.⁊ ſumptu.fu.l.cum in diuerſis.ſecus ſi appareant alia membra.
¶Queritur nunquid fetus monſtruoſus poteſt baptizari. So.dicendũ eſt ꝙ ſic.ita tñ
ꝙ ſi ſint duo capita manus imponatur ſupra principalius. Si aũt equalia ſupra vtrũqꝫ
¶Queritur nunquid poteſt laycus rebaptizare cauſa dubitationis ⁊c̃. So.dicũt aliq̃
ꝙ non.qꝛ iteratio conditionalis propter dubiũ hʒ vim declarationis que non pertinet
ad laycum. ¶Queritur ſi defunctus reſuſcitetur nõne põt rebaptizari. Solo.dicẽdũ
ꝙ non.qꝛ anima que immortalis eſt habuit caracterem qui durat propter anime immor⸗
talitatem. Pro quo eſt notandum ꝙ caracter eſt ſignum ſpirituale indelibile diſtin⸗
ctiuum.fidelis ab infideli.ideo non confertur in ſacramentis que ſolent iterari ſm̃ mag.
di.iiij.quarti ſenten.vnde chriſtus non habuit caracterem quia caracter eſt ſignum: ⁊ ſi⸗
gnum repreſentat ſignantẽ ⁊ ſic eſſet ab alio:chriſtus autem a nullo eſt. ¶Querit̃ vtrũ



paruuli iudeorum poſſint compelli ad baptiſmum.⁊ videtur q̃ꝫ ſic.xxviij.q.i.c.iudeorum
tamen glo.ibi videtur dicere de filijs iudeorum baptizatorum alꝭ non verificaretur ver
bum pro phete dicentis in diebus illis ſaluabitur iuda.Tho.⁊ Sco. allegant illud.c.iu⸗
deorum.dicentes ꝙ tales ſunt ſerui principum.ergo poſſunt per principem exponi bap⸗
tiſmo.idem dicit Johan.an.in.c.cum ſint iudei.de iudeis.tamẽ ſm̃ opi.pluriũ doctorum
non poſſunt cogi ad baptiſmum.pater qꝛ nemini ad credendum debet vis inferri.xlv.di
ſtinc.c.de iudeis. Nã deus cui vult miſeretur ⁊ quem vult indurat. non enim tales inuiti
ſaluandi ſunt ſed volentes vt integra ſit forma iuſticie. ¶Queritur nunquid poteſt dici
baptizatus puer in mortis articulo proiectus in puteum dicendo formam ⁊ habẽdo intẽ
tionẽ ⁊c̃. Ho.narrat illud diſputatũ in montepeſſulano fuiſſe ⁊ determinatum per quẽdã
theologum ꝙ nõ. Multi vero canoniſte tenuerunt contrarium dicendo ꝙ talis ſic ꝓie⸗
ctus debet dici baptizatus .c.de trina.de con.di.iiij.quidã iudeus nõ habens aquaʒ ad
immergendum filiũ ſuũ ſeu puerum in articulo mortis proiecit eundem puerum in pute
um dicendo illa verba in forma contenta Ego baptizo te ⁊c̃.nunquid eſt baptizatus.
Solutio.dicendum eſt ꝙ ſic.in.c.ad limina.xxx.q.i.ſed iudeus eſt homicida.Tamẽ plu⸗
res doctores tenent contrarium qꝛ proferendo verba debet fieri inundatio ſeu immerſio
ſimul ab eodem proferente.Alia ratio eſt qꝛ per baptiſmum pueri ſignificantur duo.ſcili⸗
cet chriſti mortui in ſepulchro poſitio et eiuſdem chriſti a morte reſuſcitatio. Primũ ſigni
ficatur in baptiſmo ꝑ pueri ſubmerſionẽ .ſcd̃m ſignificat̃ per pueri ex aqua eleuationem:
modo actus proijcientis puerũ in aquã ex ſui natura nõ erat ordinatus ad pueri eleua⸗
tionem extra aquã. ſed potius ad ſubmerſionẽ ⁊c̃. ¶Queritur q̃tiens debet puer imer
gi. So.ſm̃ conſuetudinẽ eccleſie ſemel propter vnitatẽ diuine eſſentie:vel ter propter tri
nitatem perſonarum.de con.di.iiij.c.de trina ablutione. Nũc accedo ad ſecundã partẽ ter
tie partis que eſt que ſit intentio quam debet habere baptizans.iuxta litterã actoris eſt
notandũ ꝙ Alber. in ſexto libro ſui compendij theologie dic̃ ꝙ intentio eſt duplex.gene
ralis que eſt facere id quod facit eccleſia.ſpiritualis vt ille baptizandus :mundetur tamen
intentio illius requiritur q̃ baptizatur ſi eſt adultus.quia qui inuite baptizantur nõ reci⸗
piunt rem ſacramenti .etiam in adultis requiritur fides propria.qꝛ habent propriuʒ pec
catum ⁊ de ſe reſpondere poſſunt. In paruulis vero ſufficit fides aliena:qꝛ propter pctm̃
alienum.⁊ de ſe reſpondere non poſſunt.ideo deus qui eſt miſericors voluit vt per vica
rium reſpondere poſſent. In omnibus enim ſacramentis diſpenſandis neceſſaria eſt in
diſpenſante intentio qua quis intendit facere quod chriſtus inſtituit ad saluteʒ humanã
vel ſaltem facere quod facit eccleſia in qua clauditur in generali intentio predicta.qꝛ ipa
eccleſia ſicut ſacramenta a xp̃o accepit ſic ad fidelium ſalutem diſpenſat. ¶Queritur
circa hoc nunq̃d adultus ficte accedẽs eſt baptizatus. So.dicendum eſt ꝙ ſic dum tamẽ
baptizans habuerit intentionẽ baptizandi cum debita forma ⁊ materia qualẽcunqꝫ intẽ
tionẽ baptizatꝰ habeat. de cõ.di.iiij.c.ſolet queri.ſed ſi non intendit baptizare licet ver
ba proferat non baptizat.quia verba debent ſeruire intentioni .xxij.q.v.c.humane.Sʒ
tunc valere incipit baptiſmus ad ſalutem cum illa fictio veraci confeſſione receſſerit q̃ in
corde in malicia perſeuerante peccatorum ablutionem fieri nõ ſinebat.nec talis qui ficte
acceſſit ad baptiſmum ceſſante fictione debet rebaptizari qꝛ non obſtante fictione ſacra⸗
mentũ ⁊ caracterem recepit licet non rem ſacramenti ſcilicet gratiam ſpiritusſancti.ideo ſo
lum iniungitur ei penitentia per mag.v.di.iiij.⁊ per beatum Aug.⁊ tunc ſm̃ Bonauen.
baptiſmus delet peccata prius perpetrata ⁊ illa vera penitentia delet peccata poſt bap⸗
tiſmum perpetrata.vnde mag.in.iiij.ſenten.circa tertiã di.adulti qui cum fide baptizant̃
ſacramentum ⁊ rem ſuſcipiũt.qui vero ſine fide accedunt vel ficte ſacramentũ nõ rẽ ſuſci
piunt.vñ Hiero. Sunt lauacra gentilium hereticoꝝ ſed non lauant in ſalutem.vñ aug.
Judeis oibus communia erãt ſacramẽta ſed non cõmunis erat ꝯ̃bus gratia:que ẽ virtꝰ
ſacramentoꝝ ⁊ ibidẽ idem Aug. Ois qui iã ſue voluntatis arbiter conſtitutus eſt cuʒ ac
ceſſit ad ſacramentum fidelium niſi peniteat eum veteris vite nouã nõ poteſt inchoare;

Sed contra iam dicta poſſet argui. Si confeſſio expellat fictionem quam non potuit ex
pellere baptiſmus ſequeretur ꝙ confeſſio eſſet maioris virtutis ꝙ baptiſmus. Solu. dicē
dum eſt ꝙ confeſſio inquātū eſt ſacramētalis nō expellit fictionem ſed inquantū eſt actꝰ
voluntarius recedens a malo volito vel propoſito per docto. ſupra. iiij. ſen. circa princi.
Queritur hic vtrum omnes adulti equaliter recipiunt ſacramentū baptiſmi. Solu:
ſm Bonauen. in baptiſmo conſiderantur tria. charitatis impreſſio. Innocentie reſtitu
tio. ⁊ gratie infuſio. quo ad prima duo dico ꝙ ſic. quo ad tertium dico ꝙ non. ſed ille qui
melius ſe diſpoſuit: Queritur vtrum baptiſmus equaliter recipiatur ab omnibꝰ par
uulis. Solu. ſm Bonauen. dicendum eſt ꝙ ſic de lege communi. Tamen potētia diuina
non eſt alligata ſacramentis. ideo cui vult poteſt conferre priuilegium. Querit vtrū
ſanctificatus in vtero teneatur ad baptiſmum. So. ſm eundem. dicendum eſt ꝙ ſic pro
pter bonum obediētie. q: chriſtus ſic ordinauit propter humilitatē vt quiſꝗ ſe recogno
ſcat peccatorem ⁊ egere gratia dei. Tertio propter vnitatē vt ab oībus membris eccleſie
non diſcordet: ſed non propter hoc ꝙ ſanctificatio de ſe non ſit ſufficiens ad gloriam.
Quantum ad quartū in quo actor noſter intendit determinare de effectu baptiſmi
eſt notandum ꝙ multiplex eſt effectus eius. Ad ſacramēta preparat. patet q: eſt ſacramē
tum intrantium a peccato mundat quod figuratū eſt in mari rubro vbi ſubmerſi ſunt egi
pt. ij. Exod. xiiij. Tamē nota ꝙ licet macula originalis deleatur in baptiſmo: tamē fomes
non tollitur ſed remittitur. Penam relaxat. rationalem illuminat. ideo ponitur ſal ore
pueri concupiſcibilem. ad bonum inflamat. vnde datur candela puero. iraſcibilem cōfor
tat. vnde Iſrael vicit amaleth poſt tranſitū maris rubri. Exo. xvij. gratiā tribuit quod
ſignificatum fuit per columbam ſuper chriſtum baptiſatum deſcendentem Luce. iij. Cara
cterem imprimit quod ſignificatum fuit in mari vitreo apoc. xv. a ſatiſfactione exteriori li
berat: quia baptiſmus non requirit gemitum neqꝫ planctum. Notanter dicitur exteriori
quia interior exigitur in adulto. ſ. contritio. Poteſtatem dyaboli diminuit: quod ſignifi
catur per inſufflationem. Ianuam celi aperit: quod ſignificat quando chriſto baptizato
aperti ſunt celi. Luce. iij. vnde paſſio chriſti aperuit ianuam paradiſi ꝑ cauſam generalē
meritoriam ⁊ ſatiſfactoriā. Baptiſmus autem aperit per cauſam efficientem ſingularē
Facit enim iſtum ſingularem hominem euolare ſm albertum in. vi. lib. ſui cōpendij. Os
ad laudandum aperit ⁊ aures ad audiendum. ideo ponit ſaliua in ore ⁊ aure pueri. Tem
plum chriſti efficit. vnde dicitur baptizato exi immunde ſpiritus ⁊ da locum ſancto ſpi
ritui aduenienti. Queritur quot ſunt de eſſentia baptiſmi. Sol. dicendum eſt ꝙ tria:
ſcilicꝫ materia. i. elementū. forma. i. inuocatio trinitatis modo quo ſupra. ⁊ intentio bapti
zantis. Octo autem ſunt de ſolemnitate licet non ſint de eſſentia. vnde verſus. Sal
oleum criſma cereus criſmale ſaliua. Flatus virtutē baptizantis iſta figurant. Hec cū pa
ternis non mutant eſſe ſed ornant. de con. di. iiij. c. ſal celeſtis ſapientie. ⁊ c. di. ca. poſtea ⁊
per Alber. in ſuo compen. Item eſt notandum ꝙ duo habent baptiſmum precedere. ſ. ex
orciſmus ⁊ catheciſmus. Exorciſmus enī dicit illa adiuratio que fieri habet anteꝗ mini
ſtretur baptiſmus ⁊ ibi fiunt plura. primo inſufflatio ad expellendum virtutem demonis
⁊ poteſtatem. q: dyabolus ꝑpter peccatū hominis in hominem ptātem accepit. ⁊ etiam
in illa que veniunt in vſum hominis. vnde tam adulti ꝙ paruuli debent exorciſari ad ex
pulſionē noxie poteſtatis. Scdm būdictio cū manꝰ īpoſitione ad precludendū viā dya
bolo expulſo ne redeat. Tertium aurum cum ſputo linitio propter fidei approbationem:
que ſignificat doctrine fidei receptionem. Quartum narium ſputo linitio: que ſignificat
doctrine fidei approbationem. Quintum ſalis in ore appoſitio propter doctrine fidei
confeſſionem. Sextum eſt olei ſancti ante ⁊ retro inunctio: propter aptitudinem eius ad
pugnam contra demones. Septimum eſt aqua benedicta contra dyabolicas impugna
tiones exteriores. Et hec ſeptem ad exorciſmum pertinent. Et dicitur exorciſmꝰ ab exor
ciſo ʒas. quod idem eſt ꝙ adiuro as. per mag. vi. di. iiij. in fi. in. c. de hinc. ⁊ c. ſacerdos. e
tiulo ⁊ di. Cathecismus inſtitutus eſt tribus de cauſis: propter inſtructionem de ar



ticulis fidei ad fidei conceptionem. Secunda propter reſponſionem ad fidei profeſſionē
Tertia propter ſponſionem ad fidei obſeruationem. quia adultus proprium peccatū ha
bet ⁊ per ſe reſpondere poteſt ⁊ requiruntur hec ab eo. ideo hec duo ſcilicet exorciſmus
⁊ catheciſmus debent baptiſmum precedere. Item notetis ꝙ baptizandus in quattuor
locis inungitur in fronte vt fidem publice proteſtetur. in vertice vt agenda ſubtilius ab
eo intelligantur. inter ſcapulas vt iugum chriſti ſuauius portetur. in pectore vt dulci cor
de deus diligatur ſm Alber. ⁊c. Alio mō dicitur ꝙ criſmatis vnctio in vertice deſignat
deſcenſum ſpiritusſanct. alba veſtis deſignat innocentie puritatem. candele in manu poſi
tio deſignat lumen cognitionis quod debet habere baptizatus in bonis ſectandis: ⁊ in
malis fugiendis. Itē notetis ꝙ in adultis debꝫ ꝑcedere catheciſmus quia in fide priꝰ dꝫ
informari. In paruulis vero quia nondum habent vſum rationis ſm vſum eccleſie ꝑce
dit exorciſmus ad expellendum dyaboli poteſtatem per mag. di. vi. quarti ſen. circa finē
⁊ de con. diſtin. iiij. c. ſiue paruuli. ⁊ tribus capitulis ſequentibus. ⁊ c. ſicut noſtis. ⁊. c. di.
⁊ eſt cathetiſare idem ꝙ in fide inſtruere per mag. diſ. quarti preallegata. Querit quā
do fuit illud ſacramentū baptiſmi inſtitutum. Solu. materialiter fuit inſtitutū illud ſacra
mentum quando baptizatus eſt chriſtus a Iohanne baptiſta in iordane de con. diſt. iiij.
capi. per aquam. non q: mundari voluerit cum ſine peccato fuerit. ſed quia cum tactu mū
de ſue carnis vim regeneratiuam aquis contulit per mag. di. iij. itij. Formaliter autem qū
dixit apoſtolis ſuis. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij
⁊ ſpiritusſancti. Mathei vltimo. Effectiue quando chriſtus paſſus eſt: Iohan. xix. a la
tere chriſti exiuit ſanguis ⁊ aqua. Finaliter autem quando xp̄s dixit nichodemo. Niſi qs
renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritusancto non poteſt introire regnum dei. Iohan. iij. ⁊c.

Sequitur de ſacramento confirmationis.

Reſul fronꝫ criſma firmant intentio verba
Gratia donatur conſtans ad bella paratur
Qui tenet in fonte cultum vel criſmate fronte.
Efficitur talis pater eius ſpiritualis.

Stud capitulum continet tres partes principales. In prima parte docet illa q̄
ſunt de eſſentia confirmationis. In ſecūda docet effectum ꝯfirmationis. In ter
tia parte docet quomō vinculū ſpirituale orit ex confirmatione ⁊ baptiſmo. Pri
ma in principio. ſecunda ibi gratia donatur. tertia ibi qui tenet in fonte. In prima parte
dicit actor noſter ꝙ ſex ſunt de ſubſtantia confirmationis duo ex parte ſacramenti in ſe. ſ.
materia ⁊ forma. Materia eſt criſma confectus ex oleo ⁊ balſamo. Forma eſt talis ſiguo
te ſigno crucis cōfirmo te criſmate ſalutis In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Duo
ſunt ex parte miniſtri. ſ. dignitas pontificalis ⁊ intētio debita. Duo ſunt ex parte ſuſcipiē
tis. ſ. frons in qua debet fieri criſmatio ⁊ ꝙ criſmandus ſit baptizatus. Ex quibus pōt
dari diffinitio confirmationis ſub tali verborum forma. Confirmatio eſt vnctio exterior
hominis viatoris facta in fronte figura crucis ⁊ criſmate ſalutis ſub verboꝝ forma ꝑſcri
pta ad roborādū animā ꝑ gratiā ad confitendum fidē xp̄i cū fidutia ſm beatum. thomā
diſtin. vij. quarti ſenten. Item nota ꝙ vnctio criſmatis fit tripliciter in tribus ſacramētis
cuius diuerſitas attendit ex fine. In baptiſmo fit in vertice ad ſignificandum fidei ſuſce
ptionem. q: vertex eſt locus cellule rationalis. In confirmatione fit in fronte ad ſignificā
dum audaciam confeſſionis. cuius impedimentum eſt timor ⁊ verecundia que ſpecialiter
manifeſtantur in pallore vel rubore frontis ex ꝓpinquitate cellule ymaginalis. In ordīe
fit in manibus ad ſignificandū poteſtatem conſecrandi ſacramentum dominici corporis
Quantum ad primum quo dicebatur ꝙ duo ſunt ex parte miniſtri ſcilicet dignitas
pontificalis ⁊ intentio eſt notandum ſm Raba. ꝙ a ſummo ſacerdote per impoſitionē
manus paraclitus traditur baptizato. vt roboretur per ſpiritumſanctum ad predicandū

alijs illud quod in baptiſmo conſecutus eſt.de con.di.v.c.nouiſſime ⁊ per mag.diſti.vij.
ſiij.omnes cū fideles.per impoſitionem manus epiſcoporum poſt baptiſmum debēt ac
cipere ſpiritum ſanctum vt pleni chriſtiani inueniantur.de con.di.v.omnes per vrbanuz
vnde Raba loquens de ſacramentis baptiſmi ⁊ confirmationis ait.Scitote vtrūqz ma
gnum ſacramentum eſſe ſed vnum maiori veneratione tenendum eſt.ſ. confirmationem:
quia a maiori confertur miniſtro .de con.di.v.c.de hijs.Pro quo eſt notandū ꝙ ſoli epi
poſſunt criſmare in fronte ita ꝙ ſi preſbiter hoc agat propria auctoritate nihil agit.x.c.v.
diſt.c.peruenit.de con.di.v.c.i.⁊.ij.de con.c.quāto.nihil obſtat illud quod Greg.conceſ-
ſit.vt preſbyter criſmaret.c:peruenit.diſt.ſupradicta q2 hoc facit ad tempus propter ſcan
dalum de ſpeciali indulgentia quia papa poteſt hoc delegare in predicto capitulo ꝑueīt
cum papa habeat plenitudinem poteſtatis. Sed contra hoc arguitur ſic. Si papa pōt
committere ſacerdoti ſimplici in fronte criſmare ita poterit per locum a ſimili committere
dyachono ꝙ poſſit conficere corpus chriſti ꝙ non eſt verum. Solutio.Ad hoc dicendū
eſt ꝙ papa de poteſtate quam habet ſupra corpus chriſti miſticum in confeſſione fidei in
confirmatione que hominem perficit poteſt ſacerdoti committere poteſtatem confirman
di in neceſſitate.di.vij.quarti ſen.ſed non poteſt committere aliquem actum ſupra veruz
corpus chriſti niſi rite ordinatis puta ſacerdotibus q2 ſupra illud non hȝ tantaȝ plenitu-
dinem poteſtatis loco preallegato per mag.⁊ docto.Epiſcopi auteȝ non poſſunt hoc de
mandare ſuis inferioribus.licet ipſi poſſint criſmare.vt in preallegatis cap. primo ⁊ ſe-
cundo.de con.di.v.q2 epiſcopi non poſſunt ea que ſunt ordinis epiſcopalis demandarē
ſeu committere niſi epō cuius interſunt illa criſmare in fronte clericos ordinare:virgines
conſecrare ⁊ ſimilia.de conſe.eccle.vel alta.c.aqua.ea tamē que ſunt iuriſdictionis poteſt
alij etiam inferiori cōmittere ſicut de cauſis cognoſcere ⁊ iudicare.beneficia confe[illegible] Et
quedā ſunt iuriſdictionis q̄ non poſſunt demandari niſi eis qui adminiculo ordinis ea
exercere poſſunt vt deponere degraduare. Sed quia allegaui ſuperi[illegible] Rabba.d. vtrūqz
ſacramentū.ſ.baptiſmi ⁊ confirmationis magnum ſed vnum .ſ.confirmationis ſacramē-
tum maiori veneratione tenendum. Noteris ꝙ vnum ſacramentum dicitur maius alio
quinqz modis.vno modo propter ſignificationē ⁊ ſic matrimonium dicitur maius:q2 ſi-
gnificat vnionem duarum naturarum in xp̄o. Secundo modo propter continentiā ⁊ ſic
eucharistia dr̄ maius eſſe q2 continet verum corp9 chriſti. Tertio modo propť efficaciam
⁊ ſic baptiſmus dicitur eſſe maius ſacramentum. Quarto modo propter dignitatē mini
ſtrantiū.⁊ ſic confirmatio dr̄ eſſe maius q2 datur a ſummis ſacerdotibus. Quinto mō ꝑꝑ
hoc ꝙ ponit in nobiliori gradu.⁊ ſic ordo dr̄ maius ſacramentū per docto.ſupra.vij.di,
iiij. Intentio debita confirmantis requiritur que eſt ꝙ intendat facere ſm ꝙ intendit ec-
cleſia. Aliqua autem ſunt in iſto ſacramento de bene eſſe ſed non de eſſe.ſ.ꝙ ieiunis a ie-
iuno detur ꝙ confirmandus ꝑ aliquem epiſcopo preſentetur ꝙ binda ſeu vitta capiti cir
cūligetur . Nota ꝙ qui confirmať debet teneri ab alio q̄n ab epiſcopo inungitur ⁊ ſpāli-
ter debet teneri a confirmato:nec refert ſiue a viro ſiue a muliere teneatur. Item q̄ cōfir-
matur per triduum debet deferre ligaturam qua frons eius ligatur ꝓpter criſmatis ob-
ſeruationem ⁊ triduane dominice ſepulture reſurrectionē ⁊ ad ſacerdotē tertia die debet
accedere ⁊ ſacerdos cum ſale ⁊ aqua eius frontem abluere dȝ in piſcina ſiue in loco ſacro
⁊ ligaturam comburere ⁊ cineres in terra cimiterij operire. Quantum ad ſecundum
eſt notandum ꝙ multiplex eſt effectus iſtius ſacramenti confirmationis.vnus q2 gratiaȝ
in baptiſmo datam confirmat.vnde ps. Confirma hoc deus.confirmatione ſupple qd̄
operatus es in nobis in baptiſmo. Ad militiam ſpiritualem preparat.vnde confirman
di tanꝙ pugiles pugnaturi inunguntur ne ab imis de facili vincantur. Et q2 omnes xp̄ia
ni in bello chriſti tenentur eſſe ꝓpterea omnes debent recipere iſtud ſacramētū vt facil9
poſſint contra mundum carnem ⁊ dyabolum pugnare,ad confeſſionem conſtanter nomi
nis chriſti animat qua oportet verum deū ⁊ verum hominē ꝯfiteri. Intus ⁊ extra ſpūali
decore nos ornat, Intus quidem per conſcientie puritatem ⁊ extra per odorem bone fa



me. Et hec duo ſignantur in criſmate quod conficitur ex oleo propter primum ⁊ ex balſa
mo propter ſecundum. In bonis agendis ⁊ malis ſuſtinendis roborat. Datur enī ſpūs
ſanctus ad robur animam ⁊ corpus armat . Animam quidem per impreſſionem caracte
ris contra puſillanimitatis vitium.corpus vero per clipeum crucis contra inſultus demo
num. Contra verecundiam ⁊ timorem in confeſſione nominis xp̄i audaciam preſtat. Pri
mum notatur in criſmatione frontis que eſt locus verecundie,ſecundum in poteſtate mi-
niſtri poſt pugnam coronat.quod notatur in vitta que circa caput ligatur. Quantum
ad tertium eſt notandum ꝙ inter illum qui tenet confirmandum ⁊ confirmatum oritur cō
ſanguinitas ſpiritualis ſicut inter tenentem baptizandum ⁊ baptizatum ⁊ de hoc tracta
bo latius in capitulo de matrimonio. Sed queritur quare xp̄us non fuit vſus hoc ſacra
mento ſicut baptiſmo ⁊c̄. Solo.rōe excellentie non fuit vſus forma ſeu materia.tm̄ tacite
inſtituit per hoc ꝙ dixit apoſtolis Manus imponent ſuper egros. Marci vlti. Alia rō
pōt eſſe q2 ſpūſanctus viſibiliter operabatur in primitiua eccleſia vt in ſpecie columbe i
linguis igneis.nūc aūt ſecretius operatur vt habeť di.vij.iiij.per mag, ⁊ doc.ibidem,

Sequitur de ſacramento penitentie

Contra peccatum graue poſt baptiſma patratum
Extitit inuentum facre pene ſacramentum
Conteror in corde mala confiteor ſimul ore
Emendans opere deus indulget mihi vere
Penitet atqȝ dolet ⁊ crimina dicere ſpondet
Vltraȝ ſatiſfacere contritus iniqua cauere
Crimina commemora tua collige flebilis ora
Elige prudentem te ſoluere iure potentem
Crimina diminuit confeſſio cuncta reuela
Uni preſbytero nullum graue ſponte tacendo
Integra feſtina ſimplex confeſſio fida
Vera libens clara diſcreta frequens ⁊ amara
Accuſans propria parens humilis verecunda
Vt reminiſcaris hoc ordine confitearis
Dic de criminibus mortalibus ac ſpeciebus
Dic de mandatis domini per te violatis
De male perceptis dicas etiam ſacramentis
Si contempſiſti virtutes vel caruiſti
De ſeptem factis pietatis dic male factis
Dic ſenſus quinqȝ nec cetera membra relinque
Dic bene quecunqȝ male feceris ac vbicunqȝ;
In factis dictis conſenſu ſiue relictis:
Que non dixiſti dudum dic ſi recidiſti:
Res circunſtantes dicas peccata grauantes:
Saltem mutantes crimenqȝ nouum generantes:
Iſta grauant vicium dignus ſtatus ⁊ recidiuum

Conditio numerus locus ordo ſcientia puſilla tempus
Copia cauſa mora modus etas lucta
Confeſſor blandus verax prudens pius equus
Hortatur querit terret punit mala ſoluit
Poſtea ſit tacitus vt celet crimen alius
Contra peccata detur contraria pena
Supplicet elatus maceretur luxurioſus
Propria det cupidus ieiunet ſepe guloſus
Inuidus os tundat iratus corde remittat
Audiat officia peregrinans accidioſus
Cuiuis reſtituat ſi poſcit res alienas
Reddere ſi nequeat ſaltem ſit prompta voluntas
Fur vſurator vrens ſimon quoqz repertor
Juris deceptor alienorumqz repertor
Rector dilapidans quiuis damnum male donans
Reddere ſi quid habent vel amore dei dare debent
Juxta conſilium confeſſorum ſapientum
Mandans conſilians ſocians adiutor adulans
Celans participans defendens atqz receptans,
Quilibet et fautor reddat niſi redderet actor
His quibus eſt pena ſolennis percipienda
Crimen pro magno toti ville publicato
Quilibet artatus anathemate ſiue ligatus
Et qui ſunt auſi miſſas celebrare ligati
Clericus ex culpa confectus anormalus acta
Ignem ſuccendens ad dandum damna perurens
Debent pontifici communi iure remitti.
Vt dictos ſoluat ad maiorem ve remittat
Si fuit ignarus confeſſor vel ſine poſſe:
Siqz fatens tacuit aliquod mortale ſcienter:
Aut anathema tacens ſic ſolui iure nequibit:
Oblitus pene non facte iam ſibi iuſſe:
Eſt dudum facta confeſſio ſic iteranda:
Poſtea fac digne penam patiendo benigne:
Nam male delinquit qui penam ſponte relinquit.
Nemo ſatiſfacere poterit de crimine vere:
Stans in mortali peccato tunc aliquali:



Juſſa [illegible] cha quamuis non ſit bene plena:
No[illegible] uenda pro crimine ſed facienda
N[illegible] es iuſſum qz refereſqz per hoc tibi fructum:
[illegible] alum punit deus: omne bonum quoqz reddit:
[illegible] que fiunt cum mortali bona proſunt:
[illegible] nundi bona dant: & demonis arma refrenant:
[illegible] tes illuſtrant: citius tormenta minorant:
Ad maiora bona donant vſum facienda:
Non tamen eternam poſſunt acquirere vitam:
Nec cum purgantur homines hec viuificantur:
Sed bona que fiunt: poſt mortificata reuiuunt.

In iſta parte actor noſter determinat de ſacramento penitentie diuidens illud ca
pitulum in plures partes quamquidem diuiſionem breuitatis cauſa omitto peri-
tie lectorum. veruntamē intendo ſeriatim per particulas textus act. declarare. Et
primo a principio capituli vſqz ad illā partē Crimina cōmemora, put cōcipio auctor duo
facit. Primo quare penitentia fuit inuenta. Secundo quot ſunt membra eſſentialia peni
tentie. Et ex his duobus poteſt inferri diffinitio penitentie. Quantum ad primum eſt no
tandū q penitentia fuit inuenta vt per ipſam exhibeatur remediū quo integritas perdi
ta per peccatum mortale reparetur ad ſalutem. ideo dr̄ ſecūda tabula poſt naufragiū ſm
Alber. in ſuo cōpen. & per mag. xiiij. di. iiij. dicit q penitentia eſt ſecunda tabula poſt nau
fragium quia ſi quis veſtē innocentie in baptiſmo perceptam peccando corruperit peni-
tentie remedio reparari poteſt. prima enī tabula eſt baptiſmus vbi deponit vetus homo
& induitur nouus. Penitentia vero dicitur ſecunda tabula qua poſt lapſum reſurgimus
dum vetuſtas reuerſa depellitur & nouitas perdita reſumitur. per mag. loco preallegato.
& xxvi. di. ca. deinde. duplex enim eſt naufragium. ſ. peccati originalis & peccati actualis.
de primo liberamur per tabulā baptiſmi. de ſecundo liberamur per tabulam penitentie.
ad quā poteſt homo recurrere q̄diu eſt in ſtatu preſentis vite quotienſcunqz voluerit di-
uinam implorare clementiā. Eze. xviij. quaſi per totum illud capitulum. Nota tamen q
multiplex eſt penitentia. quedā eſt falſa. de qua Iſidorus. irriſor eſt & non penitens qui
adhuc agit quod penitet. Unde de pe. di. v. c. falſas. Falſas penitentias eſſe conſtat cum
ſpretis pluribus de vno ſolo penitentia agitur aut cum ſic agitur de vno vt nō diſcedat
ab alio. Unde Ja. ij. qui totam legem ſeruauerit offendat autem in vno factus eſt omniū
reus. ſ. q̄tum ad vitam eternam. Falſa etiam penitentia eſt cum penitens ab officio vel cu
riali vel negociali non recedit quod ſine peccato agi nullatenus valet aut ſi odium in cor
de ſuo geſſerit aut ſi offenſo cuilibet nō ſatiſfecerit: aut ſi offendēti offenſus nō indulgeat
aut ſi vnicuiqz non reſtituat quod iniuſte detinet. aut ſi contra iuſtitiam arma ferat reco-
gnoſcat ſe veram penitentiam non poſſe agere. loco & capitulo preallegatis. Ideo papa
ibidem fratres noſtros preſbyteros admonemus ne falſis penitentijs laicorū animas
decipi & ad infernum protrahi patiantur. Quedā eſt penitentia coacta de qua pſalmiſta
conuerſus ſum in erumna mea. Quedam eſt penitentia ſera. de qua Auguſtinus in libro
de penitentia. Si tunc penites quando peccare non potes peccata te dimittunt non tu
illa. de peni. diſtinctione. vij. c. nemo deſperandus. §. ſi quis. Quedam eſt penitentia ini-
qua. Mathei. xxvij. Judas penitentia ductus videns q eſſet damnatus retulit triginta
argenteos principibus ſacerdotum & ſenioribus dicens. peccaui tradens ſanguinem iu
ſtum &c. & de peni. diſtinctione. iij. c. Judas penituit. Quedam eſt penitentia deſperata
Unde Sapien. quinto. Mirabuntur in ſubitatione inſperate ſalutis dicentes intra ſe pe

nitentiam agentes ⁊ pre anguſtia ſpiritus gementes ⁊c. Quedam eſt vera penitentia
que ſm Auguſtinū eſt cōmiſſa deflere ⁊ penitenda non committere. Illa penitentia eſt
ſancta ⁊ meritoria de qua Bernar. O felix penitentium humilitas. O beata ſpecies con
fitentium: qua tremendus iudex conuertitur in pijſſimum patrem. Per veram enim peni
tentiam abſoluitur homo a peccato. reſtituitur eccleſie. reconciliatur chriſto. Donis ſpiri
tualibus ditatur. de filio dyaboli per imitationē efficitur filius dei. Per hanc penitentiā
paradiſus aperitur angeli letificantur. impij iuſtificantur. mortificata bona reuocantur. ⁊ ...
euitatur. per. b. Aug. in lib. de pnīa. ⁊ ꝑ Alber. in ſuo ꝯpen. In hoc eñi ſacramento ...
cut in alijs eſt materia ⁊ forma. Materia eñi eſt actus penitentis dolentis de pctīs ꝯmiſ
ſis. Forma aūt ſunt verba ſacerdotis abſoluētis penitentē ſiue in abſoluēdo videlicet iſta
Ego abſoluo te ⁊c. per magiſtrum. xxij. diſtinctione quarti. Iſta aūt verba miſereatur tui
omnipotens deus ⁊ abſolutionem ⁊ remiſſionem ⁊c. non ſunt de eſſentia forme ſacramē
ti penitentie: ſed ſunt ſupplicationes interceſſiue vt habetur per magiſtrum loco preallē
gato. Ex quibus apparet ꝙ in hoc ſacramento quoddam eſt ſacramentum tantum vt ac
tus penitentie exterior. quoddam res tantum vt remiſſio peccatorum. quoddam res ⁊ ſa
cramentum vt contritio interior ſm Albertum in ſuo compendio. Quantum ad ſecun
dum eſt notandum ꝙ ſicut in peccato mortali tria attenduntur ſcilicet impudentia. dele
ctatio ⁊ perpetratio. Sic triplici remedio opus eſt ſubuenire. contra impudiciā per con
feſſionem in qua eſt verecundia de pe. diſtinctiōe prīa. c. quem peniter. delectationi oppo
nitur amaritudo contritionis. perpetrationi opponitur operis ſatiſfactio. de penitentia
diſtinctione prima. c. penitentia. ⁊ capitulo ſequenti. ⁊ per magiſtrū. xvi. diſtin. quarti. vn
de Johan. criſoſtomus. hec eſt fructifera penitentia vt ſicut tribus modis deum offendi
mus ſcilicet corde: ore: ⁊ opere. Ita tribus modis ei ſatiſfacimus. ſcilicet cordis compun
ctione. oris confeſſione. ⁊ operis ſatiſfactione. vnde Auguſtinus in libro de ſermone dñi
in monte. tripliciter peccatū cōmittitur. corde facto ⁊ verbo. quare triplici remedio ſubue
niendum eſt. ſcilicet cordis cōpunctione. Johel. ſecundo. Cōuertimini ad me in toto cor
de veſtro in ieiunio in fletu ⁊ planctu ⁊ ſcindite corda veſtra ⁊ non veſtimenta veſtra. ⁊
conuertimini ad dominum deum veſtrum quia benignus ⁊ miſericors eſt. Oris ꝯfeſſio
ne. de qua Prouerbiorū. xviij. Juſtus prior eſt accuſator ſui. ⁊ Jaco. vltimo. Confitemi
ni alterutrum peccata veſtra. Satiſfactione de qua Mathei tertio. Facite dignum fru
ctum penitentie. Peccatuꝫ mortale non poteſt tolli niſi per penitentiam. Penitentia aūt
vera debet habere illa tria predicta. de penitentia diſtinctione prima. c. verbū dei. Juſtuꝫ
eſt enim vt peccator animo culpā deteſtetur verbo accuſet ⁊ facto peniteat ſm Albertum
in ſuo compendio. Per peccatum enim offendit homo deum eccleſiā ⁊ ſeipſum. Modo
per contritionem veram reconciliatur homo deo. per confeſſionem eccleſie. per ſatiſfatio
nem ſibijpſi. per Albertum loco preallegato. Quantum ad tertium eſt notandum ꝙ ve
ra penitentia eſt dolor cordis ⁊ amaritudo anime. Alio modo ſm Ambro. Penitentia
vera eſt preterita mala plangere ⁊ plangenda iterum non committere. ſm autem Grego.
Penitere eſt ante acta peccata flere ⁊ iterū flenda non committere. de iſtis diffinitionib9
habetur de penitentia diſtinctione prima. c. penitentia. ⁊ per magiſtrū. xiiij. di. ⁊ ſm Alb.
in ſuo cōpendio. In iſtis eñi diffinitionib9 notatur duplex actus vnus qui eſt reſpectu p̄
teriti. ſ. plangere mala preterita. Alius qui eſt reſpectu futuri. ſ. plangenda non ꝯmittere
prim9 actus eſt in re. ſcd̄us in ꝓpoſito. ⁊ dr̄ pnīa a penitendo. de pe. di. i. c. p̄allegato. vel
dr̄ a puniendo. ꝑ mag. xiiij. di. iiij. q2 ꝑ ipſam pnīam puniunt illicita. ſm Scotuꝫ ſup. xiiij.
di. iiij. ſen. pnīa eſt abſolutio hoīs penitentis facta certis verbis cū debita intentione ꝓ
latis a ſacerdote iuriſdictionē habente ſignans ex inſtitutione diuina efficaciter abſolutio
nem aīe a peccato. iterū pnīa eſt duplex: quedā interior tm̄ ⁊ hec de iure naturali. quedam
eſt pnīa exterior q̄ fit ad arbitriū hoīs. prima eñi nō eſt ſacrm̄ ꝓprie. ſecūda vero eſt ſacrm̄
nō eñi pnīa per ſe ſuſcepta dr̄ ꝓprie ſacramentū eccleſie. cū talis etiā ante baptiſmū poſ
ſit fieri. ſꝫ pnīa iniūcta ꝑ miniſtros eccleſie ſacrm̄ eſt. Itē notandū eſt ꝙ lugere ꝓ peccatis



ꝓprijs ē act9 pnīe. lugere ꝓ alienis malis ē act9 virtutis ⁊ mīe. lugere ꝓ bonis eternis eſt
act9 beatitudis. de quo dr̄ Mat. v. beati q̄ lugēt. Itē eſt notādū ꝙ nō oꝫ exteriorē pnīaꝫ
eſſe ꝑpetuā. circa aūt interiorē eſt diſtinguēdū nā quedā eſt pnīa interior ſm habitū ⁊ hec
oꝫ eē ꝑpetua. alia ſm actū ⁊ hāc nō oꝫ eē ꝑpetuā. ſemꝑ eñi tenet q̄s ad interiorē pnīaꝫ ha
bitualē q̄ vellet nō peccare. ſꝫ ad interiorē actualē nō ſemꝑ tenet. Itē ē notādū ꝙ i pnīa
ali9 ē dolor rōnalis q̄ e pctī deteſtatio. ali9 ē ſenſualis q̄ eſt paſſio. prim9 dolor ſemꝑ oꝫ eē
in pnīa. ſecūdus vero nō eſt de neceſſitate. Itē notādū ē ꝙ pnīa adhuc ē duplex. ſ. priuata
q̄ fit in ſecreto. quā ſacerdotes iniūgunt ꝓ peccatis occultis. Alia eſt penitentia publica
⁊ illa ſm actorem libri de ſacramentis eſt duplex. quedam eſt manifeſta que iniungitur ꝓ
peccatis manifeſtis. vt peregrinatio per mundum. flagellatio corporis cum baculo cubi
tali. ⁊ hec iterari poteſt ſicut prima quia cum peccatum mortale ſepius iteratur ita a peni
tente neceſſario penitentia reiteratur cum ſit medicinale remedium contra illud peccatū
per mag. xiiij. di. quarti. Alia eſt pnīa ſolennis que fit in capite ieiunij quadrageſime. l. di.
c. in capite quadrageſime. vbi eſt textus notabilis ſuper diſpoſitione illius ſolennis peni
nitētie ⁊ ſolum iniungitur ab epiſcopo. xxvi. q. vi. cap̄. primo. pro enormi crimine notorio.
quod cōmouet totā vrbem vel locum alium puplicum. vt pro paruulorum pereclitatione
cum ſcandalo ex parentum incuria. Et hec penitentia non reiteratur duplici de cauſa. pri
ma ne vilis habeatur ſolennis penitentia. l. di. ca. ſi quis poſt remiſſionem in gloſa. ſecun
da cauſa propter ſignificationem eius quia ſignificat electionem Ade de paradiſo terre
ſtri que ſemel facta eſt. e. di. c. in capite. ⁊ de penitentia di. iij. in ſumma. tamen Gratianus
dicit ꝙ ſm conſuetudinem quarūdam eccleſiarū penitētia ſolennis iteratur iu. c. ex perſo
na. de penitentia di. iij. Opinio tamen magiſtri. xiiij. diſtinctione quarti vna cū Auguſti
no ad macedoniuꝫ ⁊ origenē ſuper Leuiticum eſt ꝙ non debet iterari. Nota ſuper hoc ꝙ
hec penitentia ſolennis non iniungitur clericis propter ſcandalum quia poſt penitentiaꝫ
ſolemnem non debet aliquis ad ſacros ordines promoueri nec effici miles qui ſolenniter
penituit. xxxiij. q. ij. admouere. ⁊. l. diſt. c. ſi quis poſt remiſſionem. Similiter non iniungi
tur perſonis ordinatis quia defertur ordini nō perſone. Queritur qualiter habet fie
ri hec ſolennis penitentia. Reſpondetur ꝙ ſol... penitētes in capite ieiunij quadra
geſime cuꝫ ſuis preſbyteris preſentent ſe epiſcopo ciuitatis vel eius vicario ante fores ec
cleſie matris ſacco induti nudis pedib9 vultibus demiſſis coma depoſita ⁊ eis in eccleſia
introductis epiſcopus cum clero dicit ſeptem pſalmos ⁊ poſtea imponit eis manuꝫ ⁊ a
quam benedictam aſpergit cineremq; capitibus eorum imponit ... colla eorum ope
rit ⁊ ſic denūciat eis lachrymabiliter ꝙ ſicut Adam electus eſt a paradiſo terreſtri ita ⁊ ip
ſi pro peccatis ab eccleſia eijciuntur ⁊ tūc iubet epiſcopus miniſtris vt eos ab eccleſia ex
pellant. Clero eos proſequente ⁊ cantante illud reſponſoriū In ſudore vultus tui. Geñ.
iij. Deinde in cena domini a ſuis preſbyteris in eccleſia reducūtur ⁊ erūt vſq; ad octauas
paſche ita ꝙ nec cōmunionē nec pacē recipiāt. ⁊ tūc exibūt de eccleſia ⁊ erūt extra eccleſiam
vſq; ad talem diem ſequentem. ſ. in capite ieiunij anni ſequentis ⁊ fiet ſicut prius quolibet
anno quouſq; aditus eccleſie eis reddat ⁊ reconcilientur ab eccleſia ſm voluntatem epī
ad quē ſpectat reconciliatio. Mulieres autem comam non deponunt in ſignū ſubiectio
nis ſed ſolū viri. l. diſtin. c. in capite ieiunij pluries allegato. Queritur vtrum peniten
tie ſint tres partes ſcilicet cōtritio confeſſio ⁊ ſatiſfactio. Et videtur ꝙ non. Nam forma
ſimplex non habet partes quia indiuiſibili eſſentia conſiſtit ſed penitentia eſt huiuſmodi.
quia eſt quidam habitus in prima ſpecie qualitatis ergo. In oppoſitum eſt magiſter
ſententiarum. xvi. diſtinctione quarti. vbi dicit ꝙ in perfectione penitentie tria ſunt obſer
uanda ſcilicet compunctio cordis. confeſſio oris ⁊ ſatiſfactio operis. Huic concordat au
guſtinus in libro de ſermone domini in monte di. tres ſunt peccati differentie in corde in
facto ⁊ in conſuetudine. vel in verbo tanq̄ tres mortes. vna quaſi in domo ſcilicet cuꝫ in
corde conſentitur libidini. altera quaſi prolata iam extra portam cum in factis procedit
aſſenſio. Tertia cum male conſuetudinis tanq̄ mole premitur animus quaſi in ſepul

chro iam fetens. Laudulphus ſuper decimaſexta diſtinctione quarti ſententiarum Ad il-
lud dubium reſpondet per quattuor concluſiones. Prima concluſio eſt ꝙ penitentie
que eſt habitus virtutis non ſunt tres partes ſcilicet contritio confeſſio ⁊ ſatiſfactio. ⁊ ꝓ-
bat ille non ſunt partes alicuius totius quibus non exiſtentibus illud totum poteſt eſſe
ſed non exiſtentibus iſtis tribus partibus poteſt eſſe penitentia que eſt virtus ergo . ma-
ior patet ⁊ minor probatur quia penitentia que eſt habitus eſt quedam qualitas de diſ-
ficili mobilis que ineſt hōi etiā q̄n dormit. ſola enim qualitas eſt inclinans ad frequenter
penitere ⁊ inexiſtit q̄n null9 eſt ibi actus. Scdā ꝯcluſio eſt ꝙ pnīe q̄ eſt actus hec tria. ſ. cō-
tritio ꝯfeſſio ⁊ ſatiſfactio nō ſunt ptes ꝓbaꝛ ſic eq̄ forma ſimplex eſt act9 ſicut habit9. ergo
ſicut hec tria realiter diſtincta nō p̄nt cōponere habitū qui eſt penitentia nec ip̄m actū qui
eſt penitere. Deductio iſtius patet quia ſi accipiatur actus penitendi pro actu voluntatis
imperatiuo vindicte vel pro actu imperato exequente imperium voluntatis ſemper ē for-
ma ſimplex. Forma autem ſimplex nō habet partes realiter diſtinctas ſicut ſunt ille tres.
Item probatur ſic entia quorum eſſe eſt in fieri non ſunt partes entis permanentis. ſed
hec tria contritio ⁊ cetera habent entitatem in fieri. ergo non ſunt partes penitentie q̄ eſt
habitus vel actus cum ſint entia permanentia. maior patet ⁊ minor probatur quia cōfeſ-
ſio que fit oris prolatione eſt in fieri ſimiliter ſatiſfactio opere penoſo eſt ī fieri. Tertia cō-
cluſio eſt ꝙ penitentie que eſt ſacramentum contritio. confeſſio ⁊ ſatiſfactio non ſunt par-
tes probatur quia quod non competit diffinitioni nō competit diffinito . ſed hec tria nō
ſunt partes congruentes penitentie diffinitioni vt eſt ſacramentum. ergo nec ipſi penitē-
tie. maior patet quia diffinitio ⁊ diffinitum idem ſunt. primo poſteriorū . minor probatur.
quia accipiendo diffinitionem poſitam per Scotum ſuper. xiiij. diſtinctione quarti appa-
ret ꝙ penitētia eſt abſolutio peccatoris facta certis verbis vbi apparet ꝙ hec tria nec ali-
quod illorum ſint partes penitentie quia ſi aliquod mereretur dici pars penitentie maxi-
me eſſet contritio quod non eſt dicendum cum contritio ſit quoddam ſpirituale. Item
omne ſacramentum eſt ſacre rei ſignum exterius exiſtens interius ſignās. ſed ꝯtritio nō
poteſt eſſe tale ſignū exterius: igitur. Quarta ꝯcluſio eſt ꝙ hec tria contritio confeſſio ⁊
ſatiſfactio ſunt partes penitentie in[illegible]gre, ⁊ vo[illegible] Laudulphus penitentiam integram non
ad habitum vel ad actum imper[illegible] item vel imperatum ſed cum penitentia ſit quedam iu-
ſticia cōmutatiua videtur re[illegible] eſſe ſui equiualentiam tanti pro tanto ſcilicet pene
ad culpam. ad quam eq[illegible]ualentiam concurrunt tria. Primo pena interior que eſt ꝯtritio
quia ſicut in culp[illegible] voluntaria delectatio deordinata ita debet eſſe diſplicentia equiua-
lens. Secūdo [illegible]terior maceratio que eſt pars operis penoſi correſpondentis equiualē-
ti offenſe ꝓ[illegible]e. Tertio requiritur arbiter cuius iudicio iuſte equiualeat hec pena illi cul-
pe. Primum horum eſt contritio que eſt diſplicentia interior. Secundū ſatiſfactio que ē
mace[illegible]tio exterior. Tertium eſt confeſſio quia nullus debet eſſe iudex in cauſa ſua. in. c. ſi
qu[illegible]m. de ſenten. excōmunica. ideo debet confiteri ſacerdoti cuius arbitrio decernatur que
pena equiualeat culpe. Huic vltime concluſioni concordat Albertus in ſuo cōpen. theo-
logie libro ſexto di. tres ſunt partes integrales penitentie. ſcilicet contritio confeſſio ⁊ ſa-
tiſfactio quod oſtendit ſic. Penitentia eſt quoddā ſpontaneum iudicium in quo contritio
eſt quaſi quedam citatio vbi ſequitur rei apud iudicē ſpontanea confeſſio. Deinde ſeqtur
emēde ꝑ iudicē impoſite ſolo. ſ; ī h̄ differt iudiciū fori a iudicio poli qꝛ ibi ꝯfeſſus ī iure
ꝯdēnaꝛ hic ī iudicio poli ꝯfeſſus abſoluiꝛ. Iſta tria mēbra penitentie tangit actor nr̄ ī lit-
tera ſua dicēs. Conteror ī corde ꝓ prio mala ꝯfiteor ſimul ore. pro ſecūdo emendans ope-
re pro tertio. Circa illud verbum conteror Queriꝛ vtrū reqratur contritio vel ſufficiat at-
tritio. Pro ſolutione iſtius dubij ꝑm compendium theologie in ſexto libro aſſignanda
eſt differentia inter attritionem ⁊ contritionem ſicut inter informe ⁊ formatum ꝑm ꝙ dici-
tur de fide informi ⁊ formata: ideo dicitur ꝙ non ſufficit attritio. de contritione autem ha-
betur in pluribus paſſibus ſacre ſcripture ꝙ ſufficit cum non habetur copia confeſſorum
⁊ hoc videtur tenere Laudulphus ſupra decimamquartā diſtinctionem quarti ſententia-



rum di. ꝙ ſolo actu contritionis aſſequitur quis peccatorum remiſſionem quod poteſt ha-
bere diſtinctionem talem contritio aut eſt tanta ꝙ ſufficit aut non ſed eſt ſola attritio que
notatur Luce decimoquinto de filio prodigo dicente. q̄ti mercenarij abundant panibus
in domo patris mei ⁊ ego hic fame pereo ſurgam ⁊ ibo ad patrem meum ⁊c̄. Si primo
modo veritatem habet illud ſolo actu contritionis aſſequitur quis peccatorum remiſſio-
nem ⁊c̄. Si ſecundo modo non ſed actione ſacramentali ſacerdotis illa attritio fit contri-
tio ⁊ ſic ſacerdos non ſolum oſtendit abſolutum immo abſoluit illud patet quia conſtat
ꝙ ſola attritio non ſufficit ad deletionem peccati. ergo ad hoc ꝙ fiat ſufficiens oportet ꝙ
fiat virtute ſacramenti. hoc dicit Laudulphus. Quod autem inducit magi. de illo qui va-
dit ad confeſſionem decimaſeptima diſtinctione. iiij. ⁊. xxi. quia ſi fuerit peccator ſufficien-
ter contritus ⁊ moriatur eundo ſaluatur. Si autem ſit ſolum attritus damnatur niſi for-
te propter bonam voluntatem quia venit ad confeſſionem faciens ꝙ in ſe eſt deus in in-
ſtanti facit de attritione contritionem quod credere eſt pium. vt habetur de leproſis mū-
dandis Luce decimoſeptimo. Sed quia dictum extitit ꝙ actione ſacramentali ſacerdotis
attritio fit contritio. Queritur vtrum attritio fit contritio. Ad illud ꝑm Albertum in
ſuo compendio theologie dicendum eſt ꝙ contritio dicitur cū gratia tritio quod poteſt
eſſe dupliciter. vno modo per concomitantiam quia gratia aſſociatur motui exiſtenti in
anima. ⁊ illum informat quamuis non eliciat. Alio modo per cauſam ita ꝙ motus a gra-
tia eliciatur. primo attritio fit contritio: quia actus ille ſimplex manens in anima forma-
tur adueniente gratia ſicut color adueniente luce. Secundo modo impoſſibile eſt ꝙ attri-
tio fiat contritio. ſuper illud verbum penitet in littera actoris . Eſt notandum ꝙ penitere
accipitur quadrupliciter . Uno modo pro velle punire ⁊ tunc diffinitur ſic. Penitere eſt
velle vindicare peccatum a ſe commiſſum. Alio modo accipitur penitere pro diſplicere ⁊
tunc diffinitur ſic. Penitere eſt peccatum a ſe commiſſum deteſtari. Alio modo accipitur
penitere pro penam acceptare ⁊ tunc diffinitur ſic. Penitere eſt penam inflictam pro pec-
cato ſuo gratanter acceptare. Alio modo accipitur penitere pro punitionē ſufferre. ⁊ tūc
diffinitur ſic. Penitere eſt penā inflictam pro peccato ſuo patienter ſufferre ꝑm Laudul.
ſuper. xiiij. diſtinc. quarti ſententiarū. Differentia iſtorum actuum patet. quia licet omnes
iſti actus intendant vnum materiale ſcilicet peccati punitionem per aliquod incōmodum
penoſum quod eſt triſticia. tamen in proſequendo illud penoſum eſt differentia quia pri-
mus actus qui eſt actus vindicandi eſt pene inflictiuus. Secundus eſt mali pro quo in-
fligitur impetratiuus. Tertius eſt huius penoſi incōmodi approbatiuus . Quartus ē ei9
toleratiuus ſi ab alio infligitur. Nunc dicendum eſt modicum de vno quoqꝫ membro.
Et primo de contritione. Pro cuius declaratione eſt notandum ꝙ contritio eſt dolor vo-
luntarie aſſumptus pro peccatis cum propoſito confitendi ⁊ ſatiſfaciendi ꝑm Albertum
in ſuo compendio in ſexto libro. ⁊ ꝑm magiſtrum in quarto ſententiarum diſtinctione. xv:
ibi ponitur dolor pro genere voluntarie aſſumptus ad differentiam doloris naturalis q̄
non eſt meritorius cum non ſit in genere moris. ſed voluntas eum ponit in genere mora-
li pro peccatis ponitur pro materia doloris ad differentiā doloris inuidie qui eſt de bo-
no alieno. Queritur vtrum in beatis damnatis ⁊ his qui ſunt in purgatorio ſit con-
tritio. Dicendum eſt ꝑm Albertum in ſuo compendio ꝙ non. cuius cauſa eſt quia in con-
tritione proprie ſumpta tria ſunt ſcilicet gratia dolor ⁊ effectus meriti ſatiſfactionis mo-
do in beatis non eſt dolor. In damnatis non eſt gratia exiſtentes in purgatorio non me-
rentur: ergo. Queritur quandiu quis de peccato debet dolere. Reſpōdeꝛ ꝑm Hug.
de ſancto victore ꝙ deus quando abſoluit hominem a vinculo peccati ligat eum vinculo
perpetue deteſtationis quequidem deteſtatio perpetua poteſt eſſe duplex. ſ. in habitu ⁊ ī
actu. Ad deteſtationem in habitu ſemper tenetur homo etiā poſt perfectā peccati remiſ-
ſionem de qua Aug. loquens. de penitente dicit ſemꝑ doleat ⁊ dolere gaudeat ⁊ nō ſem-
per doluiſſe doleat. Ad deteſtationē vero peccati in actu non ſemper tenetur homo. In
contritione enim duplex eſt dolor. vnus eſt volūtatis qui nō eſt aliud q̄ diſplicentia pec-

tati. Alius eſt ſenſualis. primus eſt de eſſe contritionis de quo intelligitur illud Jere. vi.
capitulo. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. quia debet ex ratione magis vel
le nunq̄ peccaſſe q̄ vnigenitum viuere. Alius vero dolor qui eſt ſenſualis non requiritur
de neceſſitate ad contritionem: ſed bene eſt de eius perfectione. quia talis dolor non eſt
in noſtra poteſtate. Ille enim penitentiam digne agit qui ſic preterita mala deplorat vt
futura iterum non committat. Nam qui plangit peccatum ſuum ꝛ iterum committit pec
catum eſt ſicut ille qui lauat laterem crudum quem quanto magis abluit tanto magis lu
tum facit. de penitentia diſtinctione ſecunda. capitulo ſecundo. §. ille penitentiam. Huic
ſententie concordat Iſidorus dicens. Irriſor eſt ꝛ nō penitens qui adhuc agit quod pe
nitet nec videtur deum poſcere ſubditus: ſed ſubſannare ſuperbus. Canis reuerſus ad vo
mitum ꝛ penitens ad peccatum ſm magiſtrum ſententiarum decimaquarta diſtinctione
quarti. ꝛ idem eadem diſtinctione. Quoſdam accipere lachrymas ad penitentiam cerno
ꝛ affectum penitentie non habere: quia inconſtantia mentis nunc recordatione peccati la
chrymas fundunt. nunc reuiuiſcente vſu ea que fleuerunt iterando committunt. Notetis
tamen q̄ non ſufficit ſola cordis contritio habentibus copiam ſacerdotis. de peni. diſt. i.
c. vltimo. nec contritus reputatur: ſi poſt contemnit confiteri. xxxi. q. i. ca. vltimo. ꝛ de con.
diſtinctione quarta. capitulo non dubito. Sicut enī precepta eſt nobis interior penitētia
ita oris confeſſio ꝛ ita exterior ſatiſfactio ſi adeſt facultas. de pe. di. iij. c. perfecta peniten
tia. ꝛ per magiſtrū. xvij. di. quarti ſenten. d. Iudicet ſeipſum homo voluntate dum poteſt
ꝛ mores conuertat in melius ne cum iam non poterit preter voluntatem a domino iudi
cetur veniat ad āntiſtites per quos illi claues in eccleſia miniſtrantur ꝛc. Secundum
membrum eſt confeſſio. Pro cuius preſenti declaratione eſt notandum q̄ confeſſio eſt ſm
Albertum in ſuo compen. theologie libro. vi. per quam morbus latēs ſpe venie aperitur
ſm vero Criſoſtomum ſuper Matheū. ꝛ per mag. xvij. di. quarti ſententiarū. Confeſſio
eſt teſtimoniū conſcientie timētis deum. Et eſt confeſſio duplex. quedā eſt mentalis que
fit deo: ꝛ hec eſt de iure naturali. quedam eſt cōfeſſio vocalis que fit homini: ꝛ hec non eſt
de iure naturali. ergo ante chriſti incarnationem ſufficiebat confeſſio mentalis: quia deus
nondum erat homo ſed poſtq̄ factus eſt homo debet confeſſio fieri homini vicario xpi.
Item licet peccata alicuius nota ſint ſacerdoti vt homini: tamen oportet ea cōfiteri quia
non ſunt ei nota vt iudici. Queritur quando fuit inſtituta confeſſio. Reſpōdetur ad
illud dubiū ſm aliquos q̄ fuit inſtituta in paradiſo terreſtri ſtatim poſt peccatum domio
dicente ad adam. Adam vbi es. Geñ. iij. Et huic concordat mag. xxiij. diſtinc. quarti q̄ a
primordio humani generis fuit in primis parentibus vtrūq̄ inſtitutum. ſcꝫ penitentia ꝛ
coniugium. Alij dicunt q̄ confeſſio fuit inſtituta quādo dominus interrogauit caym di
Caym vbi eſt Abel frater tuus. Geñ. quarto. Alij dicunt q̄ quādo Joſue precepit achor
confiteri crimen ſuum ꝛ lapidatus eſt. xlv. di. c. ſed ꝛ illud. Alij dicūt q̄ in nouo teſtamen
to a Jacobo. Jaco. vltimo. Confitemini alterutrum peccata veſtra quod non credo quia
non fuit ſummus pontifex. quare non potuit obligare tantam eccleſiam. Alij dicūt q̄ fuit
inſtituta quando xps dixit mundandis: ite oſtendite vos ſacerdotibus. Luce. xvij. Hicē
ritus leproſi. quando mundandus eſt adducetur ad ſacerdotē dixit dominus ad moyſem
Leuiti. xij. ꝛ. xiiij. capitulo. Lepra autem ſm doctorem eſt peccatum. Alij dicunt q̄ fuit in
ſtituta quando dominus dixit Petro. Tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunq̄ li
gaueris ſuper terram ꝛc. Mathei. xvi. Alij dicūt q̄ fuit inſtituta quando chriſtus poſt re
ſurrectionem dixit apoſtolis. quorum remiſeritis peccata remiſſa erunt. ꝛ quorum retinu
eritis retenta erunt. Johan. xx. Chriſtus enim in hoc q̄ miniſtris ſacramentorum dedit
poteſtatem ligandi ꝛ ſoluendi inſinuauit confeſſionem eis tanq̄ iudicibus debere fieri.
ſm Albertum in ſexto libro ſui compendij ꝛ apoſtoli promulgauerunt eam. Alij dicūt q̄
fuit confeſſio inſtituta ab vniuerſali traditione eccleſie in glo. c. in penitentia autem de pe
nitentia diſtinctiōe quinta. Quantum ad tertium membrum ſcilicet ſatiſfactionem eſt no
tandum q̄ poſt remiſſionem culpe in cōtritione remanet debitum pene ſatiſfactorie. ideo



iungit ſacerdos quedam ad ſatiſfactionis fundamentum: ſicut abſtinere a peccato reſti
tuere male ablatum. quedā iniungit ad ſatiſfactionis expeditionē: vt vitare conſortia ma
lorum. quedā iniungit ad ſubſtantiam ſatiſfactionis vt ieiunare. vigilare. dare elemoſi
nam. peregrinari: ꝛ huiuſmodi opera penalia. quedā iniungit ad perfectionem ꝛ ſecurita
tem ſatiſfactionis: vt ſunt opera ſupererogationis. Item ſatiſfactionis quedā ſunt par
tes principales. ſcilicet oratio: elemoſina: ꝛ ieiunium. quedam ſunt ſecundarie vt vigilie:
peregrinationes diſcipline. Opera enim carnem affligentia reducuntur ad ieiunium.
Opera autem ſpiritualia ad orationem. Opera miſericordie ad elemoſinam. per ieiuniū
reuocamur a concupiſcentia carnis. per elemoſinam a concupiſcentia oculorum. p oratio
nem a ſuperbia vite ſm compendium theologie. De iſtis membris tractabo latius in ſe
quentibus declarando textum actoris. Crimina commemora ꝛc. ab iſta littera vſq̄
ad illam vt reminiſcaris actor. facit duo principaliter. primum docet modum quem debꝫ
habere penitens in aggrediendo confeſſionem. Secundo docet conditiones vere con
feſſionis. prima in principio. ſecunda ibi integra feſtina. Quantum ad primam ptem
dicit actor noſter q̄ confeſſus ſiue penitens primo debet meditari crīa que cōmiſit. Vñ
Criſoſtomꝰ. Si recordaberis peccatoꝝ tuoꝝ ꝛ frequēter ea in conſpectu dei pronūcies
ꝛ pro eis deprecerís cito ea delebis. vnde ps. Meditatus ſum nocte cum corde meo: ꝛ
exercitabar: ꝛ ſcopebam ſpiritum meum. Et alibi. Recogitabo tibi omnes annos meos
in amaritudine anime mee. Item confitens debet colligere peccata propria ꝛ nō a
liena in. c. conſideret. de penitē. diſti. v. Item debet flebiliter orare Johe. ij. conuertimini
ad me in toto corde veſtro in ieiunio: in fletu ꝛ in planctu dicit dominꝰ. Unde Ber. La
crimare ꝛ orare pro peccatis tuis vt inuenias gratiaꝫ. Et ps. Lacrimis meis ſtratū meū
rigabo. i. conſcientiam meā. Dicendo domine ne memineris iniquitatum noſtraꝝ antiq̄
rum cito anticipent nos miſe tue. q2 pauperes facti ſumus nimis. Itē penitens dꝫ
eligere confeſſorem prudentē qui ſciat diſcernere inter lepram ꝛ lepram. i. inter peccatū ꝛ
peccatū. de pe. di. vi. c. i. qui confiteꝛ omnino ſacerdoti confiteaꝛ meliori q̄ pōt. ꝛ idē de
pe. di. pria q̄ penitet. §. hoc eſt ego dominus per mag. xvij. di. iiij. vnde Augu. Qui vult
confiteri peccata vt inueniat gratiā: querat ſacerdotem ſcientem ligare ꝛ ſoluere ne cum
negligens circa ſe extiterit negligaꝛ ab illo qui eum miſericorditer monet ꝛ petit ne am
bo in foueam cadant quā ſtultus euitare noluit. vnde Mathe. xv. ꝛ Luce. vi. Si cecus
cecum ducat ambo in foueam cadunt. Itē confitens debet dicere peccata ſua vni pſbi
tero p mag. xvi. di. iiij. vbi dicit q̄ peccata vult redimere caueat ne ductus verecūdia diui
dat apud ſe confeſſionem. ſ. vt diuerſis diuerſa velit ſacerdotibus manifeſtare. Quidam
enī vni celant q̄ alij manifeſtanda conſeruant: quod eſt ſe laudare ꝛ ad ypocriſim tēde
re ꝛ ſp venia carere. ꝛ idem habetur de pe. diſti. v. c. conſideret. §. qui igitur peccata. Itē
confitens non debet ſponte celare aliquod crimē precipue mortale qd̓ ꝓbatur nobis
per mag. xv. di. iiij. vbi dicit Expulſit dominus ſeptē demonia vt oīa crimia ſimul eijciē
da doceretꝰ Johan. viij. ꝛ legionem demonū ab alio eijciens nullū reliquit oſtendēs per
hoc q̄ ſi mille forent crimia oportet de omnibus penitere. Quomodo q̄ vnum crimen re
ſeruat de alio recipiet veniam ſine amore dei ſine quo nemo vnq̄ inuenit gratiam. ꝛ ideꝫ
de pe. di. ij. c. ſunt plures. §. quomō. ꝛ. e. di. t. di. i. Notetur ſponte quia delicta nemo itel
ligit omnia. dauid. delicta quis intelligit. generaliter ſaltē ea confiteatur quorum memo
riam non habet ꝛ ſic nihil dicitur celare de ſceleribus ſuis. ſm Math. xxi. di. quarti ſenſ.

Sequitur in fine prime partis crimina diminuit confeſſio. quod exponitur ſic. Con
feſſio vera diminuit peccata quia per beatum Augu. in libro de pe. ꝛ de pe. di. i. §. nō er
go. vbi eſt taciturnitas confeſſionis non eſt ſeparanda venia criminis. Ad hoc concor
dat Aug. in vna reſponſione contra pelagianos di. veritatem dicit deo penitēs: quādo
nihil illi de commiſſis ſceleribus celat non q̄ ꝛ ſi voluntate celauerit deus ignoret. ſed ve
ritatem ſibi ab eo dici vult vt veniam conſequatur. ꝛ idē de pe. di. iij. c. hijs auctoritatibꝰ
ꝛ Dō confirmat illud dicēs Lauabo per ſingulas noctes. i. peccata lectum meum. ideſt

conſcientiam meam. Ergo omnia peccata ſua poſſetenus debet penitens confeſſori ſuo
reuelare. Qui enim timet iudicium dei non erubeſcit peccatum confiteri ſm Johannem
Criſoſtomum ſuꝑ Matheū. Perfectus timor ſoluit omnem pudorem: confeſſio peccati
pudorem habet ⁊ ipſa erubeſcētia eſt grauis pena. ideo iubemur confiteri peccata vt eru
beſcentiam patiamur pro pena. Nam hoc ipſum pars eſt diuini iudicij ꝑ mag. xvij. diſ.
quarti ſen. De negligentia aūt obl'toꝝ debet penitens grauiter dolere: ⁊ generaliter
confiteri. Unde mag. xxi. diſtinctione quarti. ſi vero a mente aliqua exciderint: confiteꝛ
penitens veritatē deo cum generaliter dixerit deus qui noſti occulta cordis opera mea
⁊ delicta mea a te non ſunt abſcondita: quibus veniam largiaris. Et hec eſt veritas con-
fitentis quam diligit deus. Ex hoc patet ꝙ generalis confeſſio etiam mortalia delet quo
rum intelligentia non habetur per magiſtrum loco preallegato. Quo ad ſecundam
partē ſcilicet illa crimina diminuit dicit Ambroſius non poteſt quiſꝗ̄ iuſtificari a pecca-
to niſi fuerit peccatum ante confeſſus. qui vero confeſſus fuerit iuſtificabitur per magi.
xvij. diſ. quarti ſen. Sequitur ſecunda pars principalis de conditionibus ꝯfeſſionis
vere ſibi integra feſtina. de quibus conditionibus dantur alia metra in inſtrumentario q̄
ſequuntur. Sit ſimplex humilis confeſſio pura fidelis. Atꝙ frequēs nuda diſcreta libēs
verecūda. Integra ſecreta lacrimabilis accelerata. Fortis ⁊ accuſans ⁊ ſit parere parata
Quaꝝ conditionū ſequitur expoſitio. Simplex debet eſſe confeſſio. i. ſine plica vt nihil
dicatur niſi quod pertinet ad q̄ttitatē peccati ⁊ qualitatem peccatoris ſine defenſiōe ſine
excuſatione: Humilis vt cum magna humilitate dicat penitens peccata ſua reclaman-
do dei miſericordiam ſine iactantia ſine preſumptione ſine comparatione alterius. Pu-
ra. i. cū recta intentione ⁊ cū ꝓpoſito nō recidiuandi. Fidelis. i. vera nō ſimulata. Frequēs
i. ſepe fiat confeſſio. Nuda. i. ſine inuolutione verboꝝ ita ꝙ obſcure nō dicat peccata ſua
Diſcreta vt maiora peccata dicat maiori pondere diſcernendo int̄ peccata ⁊ circūſtātias
Libēs. i. ſpōtanea volūtate. Verecūda. i. erubeſcēdo de peccatis commiſſis ⁊ nō iactādo
de bonis ꝑ eū opatis. Integra. i. ꝙ nihil celet. qꝛ al'r nō valꝫ cōfeſſio: vt viſuꝫ fuit ſuꝑius.
Secreta. ſ. q̄tū ad foꝝ cōſcientie vbi de occultis cōſciētia agiꝛ. qꝛ ſm mag. di. xvij. iiij. ſic
publica noxa publico eget remedio ita occulta ſecreta ꝯfeſſione ⁊ occulta ſatiſfactione pur
gatur. Lacrimabilis q̄tū ad dolorē de peccatis cōmiſſis. Accelerata. ſ. vt ſtatim confiteaꝛ
poſt mortale peccatum: tū ꝓpter recuperādā gratiā quā amiſerat. tum propter periculum
mortis cuius hora eſt incerta. Fortis. ſ. vt propter erubeſcētiā peccata confiteri nō dimit
tat. Accuſans ſeipm ⁊ non aliū ſe excuſando. Et ſit parere parata. qꝛ in omnibꝰ cōfitens
dꝫ ſuo cōfeſſori q̄tum ad ea q̄ ſunt in foro conſcientie obedire: ⁊ ſi ſentiat ſe debilem ad
peragendā penitētiā quā ſibi iniūgit ſuus confeſſor dꝫ ei dicere vt eā cōmutet in aliā ⁊c̄.
Ad hoc ꝯcordat mag. xvi. di. iiij. di. ponat ſe omnino cōfitens in iudicio ⁊ poteſtate
ſacerdotis nihil ſui reſeruans ſibi vt omnia eo iubēte paratus ſit facere ꝓ recipiēda vita
anime que faceret pro euitanda corporis morte. Et hoc cū deſiderio qꝛ recuperat vitā
infinitam. Cum gaudio eni facere debet immortalis futurus: que faceret ꝓ differēda mor
te moriturus. Aug. Queritur vtrum ſine penitentia peccator poſſit cōſequi remiſſio-
nem ⁊ videꝛ ꝙ ſic ꝑ glo. ſuper illud Luce. vij. Dimiſſa ſunt ei peccata multa vbi diciꝛ ꝙ a-
bundātia charitatis rubiginem peccatoꝝ in ea conſumpſit. ſed aliquis poſſet cōuerti in
deū ardenter ꝑ charitatē ſine hoc ꝙ conuertatur ad peccata preterita per penitētiā ergo
ſine penitētia pōt quis ſalutem conſeq̄ ⁊ remiſſionem peccatoꝝ. Secūdo ſic ſicꝫ ſe habꝫ
auerſio a deo ad damnationē ita cōuerſio ad deū ad ſalutem. ſed auerſio a deo ſine oī d
lectatione poteſt eſſe cauſa dānationis: ergo cōuerſio ad deū ſine omni dolore pnie pōt
eſſe cā ſalutis ergo. Tertio ſic. motus fidei qui precedit penitētiā poſſet intātū intēdi ꝙ
ſufficienter diſponeret ad gratiā habendā: ſed gratia ſufficit ad ſalutem etiā ſine opibus
ergo ſine opere penitētie peccator poſſet ſalutē conſequi. Quarto ſic in vltimo inſtāti
vite poſſet infundi grā ſed poſt vltimū inſtās nō remanet aliquod inſtans vite pītis i
q̄ pnia poſſet eē fructifera ergo ſine omni actu pnie pōt homo cōſequi ſalutē ꝑ gratiam.



Inoppoſitum arguitur per Aug. in libro de penitētia dicens nemo ſue voluntatis
arbiter conſtitutus poteſt inchoare nouam vitam niſi eum peniteat veteris vite ſꝫ nullꝰ
poteſt conſequi ſalutē niſi in nouitate vite inueniatur. ergo ſine penitētia nullus vitā no-
uam conſequi poteſt. Item ſicut baptiſmus ordinatur contra originale peccatum: ita pe
nitentia cōtra actuale: ſed nemo poteſt ab originali mundari niſi ꝑ baptiſmum ſuſceptuꝫ
actu vel propoſito: ergo nec ab actuali niſi per penitentiam. Solutio dicendū eſt ꝙ manē
te cauſa manet effectus. Cā autem quare aliquis priuatur gratia per peccatū eſt inequa-
litas peccatoris qua deum offendit: vnde quouſꝙ illa inequalitas ad equalitatem redu-
catur non pōt priuatio ceſſare. hoc enim facit penitentia per ſuum actum: vnde ſine actu
penitentie peccatori ſalus eſſe non pōt. Tunc ad primā rationē dicendum eſt ꝙ ſicut
inter hoies non reſtituitur amicicia pꝰ offenſam niſi per aliquē dolorē de offenſa ita nec
charitas poſt peccatū niſi per penitentiam. Ad ſecundā dicendum eſt ꝙ in auerſiōe
a deo ſemper eſt conuerſio ad bonum cōmutabile ⁊ ita q̄uis non habeat delectationem
ſenſualem ſemper tamen habet quādā placentiam voluntatis. Et ſimiliter oportet ꝙ cō-
uerſioni ad deum coniungatur diſplicentia ⁊ hoc dolor penitentie dicitur. Ad tertiā
rationē dicendū eſt ꝙ motus fidei nunꝗ̄ poteſt intātū intendi ꝙ gratie continuetur niſi
gratia mediāte. Ad quartā dicendū eſt ꝙ non eſt dare vltimū inſtās vite qꝛ ſm ariſto
telem in viij. phiſicoꝝ non eſt dare vltimū inſtans rei permanentis ſꝫ eſt accipere primū
inſtans mortis al's inter vltimum inſtans vite ⁊ primum inſtans mortis cum ſint aliud ⁊
aliud inſtans eſſet tempus medium ⁊c̄. Alio modo reſpondeꝛ dicendo ꝙ ſuppoſito ꝙ ſit
dare vltimū inſtans vite tunc in illo eodem inſtanti: ⁊ gratia infundetur ⁊ motum penitē
tie huius habebit ⁊ talis penitētia ſufficit ad ſalutem ſm Aug. in lib. de eccleſiaſticis do
gmatibus hec queſtio ſm beatū Tho. eſt ſuꝑ. xiiij. diſ. iiij. ſen. Queritur vnde penitē
tia habet originem dicit enim mag. ſen. xiiij. diſ. quarti ꝙ penitētia virtus timore concipi
tur. Solutio origo penitētie virtutis efficatiua deus eſt. ſed origo diſpoſitiua eſt a no-
bis. qꝛ ſm Aug. q̄ creauit nos ſine nobis non iuſtificabit nos ſine nobis. Diſpoſitus
autem hō ordine ꝓcedit primo neceſſario eſt dei bonitatē ⁊ iuſticiā cognoſcere cui diſplicꝫ
oē malū ⁊ nullomō reliquit impunitū. Item ſe aliquid feciſſe qđ ſue diſplicet voluntati
⁊ ex hoc cognoſcit hō ex diuina ſnia ſe obligatū ad penā. Scđo neceſſario eſt dei miſeri
cordiam cognoſcere qui paratus eſt omni dolenti de culpa remittere ⁊ indulgere. Ex pri
ma contritione generatur timor. Ex ſcđa ſpecies remiſſionis ⁊ ex hijs volūtas ſatiſfaciē
di ⁊ ſi incipiat facere qđ in ſe eſt diſpoſitus eſt talis ad iuſtificationē ſm Bonauēturam
Queriꝛ q̄re pnia iteraꝛ ⁊ nō baptiſmus. Sol'o. triplex eſt rō. Prima qꝛ in baptiſmo
imprimiꝛ caracter q̄ ē indelebilis in penitētia vero nō. Secunda qꝛ baptiſmus eſt cōtra
morbum nō iterabilē. ſ. ꝯ peccatū originale. penitētia vero ꝯ morbū iterabilē. Tertia rō
eſt qꝛ baptiſmus hꝫ totā efficaciā ſuā a paſſione chriſti: ſed pnia nō hꝫ totā efficaciā ſuā
a paſſione: ſed etiā ab actu noſtro ideo baptiſmus non iteratur ſicut nec paſſio penitētia
vero iteratur ſicut ⁊ voluntas noſtra variaꝛ ſm Bonauen. Queritur vtrum ſufficiat
ſola contritio ſine tanta ſolennitate que dicta eſt et videꝛ ꝙ ſic. ꝑ ps. di. ſacrificiū deo ſpi-
ritus cōtribulatus: ⁊ alibi dixi confitebor aduerſum me iniuſticiam meā. Itē eze. xviij. ⁊
xxxiij. q̄cūꝙ hora ingemuerit peccator ⁊ conuerſus fuerit vita viuet ⁊ nō morietur ibi n̄
dixit ore confeſſus fuerit. Item dominus luce. xvij. Precepit leproſis ꝙ oſtenderent ſe
ſacerdotibus qui anteꝗ̄ irent mundati ſunt. Item Johā. xi. habeꝛ ꝙ lazarus nō prius
de monumento eſt eductus ⁊ poſt a domino ſuſcitatus ſed intus ſuſcitatꝰ prodijt foras
viuus vt oſtendereꝛ ſuſcitatōeꝫ anime precedere cōfeſſionē. His auctoritatibus ⁊ ſimili
bus probaꝛ ꝙ ſola contritiōe peccatum dimittitur. In oppoſitum arguiꝛ ſic auctori-
tate domini per yſa. xliij. narra ſi habes iniquitates vt iuſtificeris dic tu iniquitates tuaſ
vt iuſtificeris. Item dicit Ambro. in libro de paradiſo: non poteſt quiſꝗ̄ iuſtificari a pec
cato niſi fuerit peccatum ante confeſſus. Item Johan. criſoſtomus in ſermone quadra
geſime non poteſt quiſꝗ̄ gratiam dei aſſumere niſi purgatus fuerit ab omni peccato ꝑ

baptiſmum ⁊ per penitentie confeſſionem. Breuiter dicendũ eſt ad iſtud dubium quod
tractat mag.xvi.di.quarti ſen.ꝙ ſicut precepta eſt nobis interioꝛ penitentia ita ⁊ oꝛis cõ
feſſio ⁊ exterioꝛ ſatiſfactio ſi adeſt facultas.per determinationem doctoꝛuꝫ ſupꝛ predictã
diſtinctionem quarti. ⁊ ꝑ.c.quem penitet.de pe.diſ.i.cuius capituli peniter.textus eſt ta
lis in effectu pꝛo pꝛeſenti concoꝛdia quem penitet omnino peniteat ⁊ doloꝛem lacrimis
oſtendat repꝛeſentet deo vitam ſuam per ſacerdotem pꝛeueniat iudicium dei per confeſ-
ſionem.⁊ idem textus habetur.xvij.diſ.quarti ſen.ergo apparet euidenter ꝙ in habenti-
bus poſſibilitatem confitendi ſola contritio non ſit ſufficiens. Unde Augu.in libꝛo de
penitentia ad agendam penitentiam non ſufficit moꝛes in melius cõmutare ⁊ a malefa-
ctis recedere niſi ⁊ de hijs que facta ſunt ſatiſfaciat dño per penitẽtie doloꝛẽ:ꝑ humilita
tis gemitum:ꝑ contriti coꝛdis ſacrificiũ cooperantibus elemoſinis.⁊ hoc intelligit̃ pꝛeci
pue in moꝛtalib⁹.Eſt ẽt penitẽtia bonoꝝ ⁊ humiliũ fideliũ pena quottidiana in q̃ pecto-
ra tundimus dicẽdo dimitte nobis ⁊c̃.vbi non ea q̃ dimiſſa ſunt nobis in baptiſmo volu
mus nobis dimitti.ſed illa vtiqꝫ que humane fragilitati q̃uis parua crebꝛa tamen ſubꝛi
piunt que ſi collecta cõtra nos fuerint ita grauabũt ⁊ oppꝛimẽt ſicut vnũ grande peccatũ
de penitentia diſtinctiõe.i.c.medicina.§. eſt etiam penitentia.⁊ per mag.xvi. diſti.quarti
ſen. Si quis enim contemnit venialia pꝛopter contemptum eoꝛum conſtituitur dignus
moꝛte eterna in glo.illius.§.eſt etiam penitentia allegati.ff.de pactis.l. ſi plures.§.cui
nullum.vbi dicitur ꝙ iudicandum eſt de pluribus minutis vt de vno graui delicto cui
minoꝛa coaceruata equantur. Queritur vtrum poſſibile ſit in doloꝛẽ contritionis ca
dere exceſſum. Solutio dicendum eſt ꝙ non q̃tum ad diſplicentiam rationis. q̃tum ve-
ro ad paſſionem redundantem in ſenſualitatem ſi quis aduertat tantum doloꝛem huma
nam infirmitatem non poſſe ſufferre debet temperare per affectionem gaudij vel conſola
tionem ſpei. Bonauen. Queritur vtrum intenſius opoꝛteat conteri de vno peccato
q̃ de alio. Solutio. Contritio pꝛout eſt deletio culpe ſic operatur in iuſtificatiõe impij i
inſtanti ⁊ ſic actu non habet oꝛdinem intenſio peccatoꝝ.ſed ſm habitũ quia doloꝛ ille ha
bitualiter diſponit ad deteſtandum ma lum ⁊ magis deteſtandum maius malum. Ut
reminiſcaris hoc oꝛdine confitearis. Iſta littera vſqꝫ ad illam confeſſoꝛ blandus.tria o-
ſtendit.pꝛimo docet modum ⁊ ſeriem confitendi.ſecundo inſinuat circunſtantias aggra
uantes peccata debere notari.tertio explicat illas circunſtantias aggrauantes. pꝛima in
pꝛincipio.ſecunda ibi res circunſtantes.tertia ibi iſta grauant vicium. Quantum ad
pꝛimum dicit actoꝛ ꝙ confitens debet pꝛimo confiteri de peccatis moꝛtalibus pꝛoptẽ eoꝝ
ponderoſitatem ⁊ de eoꝛum ſpeciebus ⁊ ramis.⁊c̃.de peccatis in ſpiritumſanctũ.deinde
de decem pꝛeceptis legis violatis. Deinde de ſeptẽ ſacramentis male perceptis. Deide
debet confiteri de negligentia in acquirendo virtutes ⁊ de amiſſione acquiſitarum. Uñ
mag.xvi.di.quarti ſententiarum defleat virtutẽ qua interim caruit. Nam dolendum eſt
non ſolum quia peccauit ſed quia ſe virtute pꝛiuauit. Ingratus enim extitit qui plenus
virtutibus deum omnino non timuit.quia omnis virtus patitur detrimentum in vno vi
cio ſm eundẽ mag.loco pꝛeallegato. Deinde debet confiteri de ſeptem operibus miſeri-
coꝛdie ſpiritualibus que habentur in iſto metro. Conſule.caſtiga.doce.ſolare.remitte.
fer oꝛa. Item de ſeptem operibus miſericoꝛdie coꝛpoꝛalibus que habentur in verſu ſe-
quente. Uiſito poto cibo redimo tego colligo cõdo. Deinde de articulis fidei. Deinđ
de quinqꝫ ſenſibus exterioꝛibus qui vſualiter debent pꝛimo confiteri: quia ſunt feneſtre
ꝑ quas moꝛs intrat animam.vñ Jere.ix. Aſcendit moꝛs ꝑ feneſtras noſtras ⁊c̃. De iſtiſ
quinqꝫ ſenſibus exterioꝛibus ſiue particularibus eſt textus inferius vbi deo diſponente
tractabo de ipſis. Itẽ dꝫ homo cõfiteri de oĩbus in quibus potuit offendiſſe ſuũ crea
toꝛem dictis:factis:conſenſu:cogitatione:omiſſione ⁊c̃.videat q̃ voluerit confeſſionem.
Quantum ad ſecundam partem que eſt ibi res circunſtantes ⁊c̃.eſt notandum ꝙ vt
habetur in ſacramẽto.⁊ in littera ac.circunſtantie aggrauantes peccata non ſunt omittẽ
de quin confiteantur:⁊ maxime circunſtantie que trahunt peccatum in aliam ſpeciem.



Quantum ad tertiam partem que eſt ibi. Iſta grauant vicium.dignus ſtatus actoꝛ
noſter explicat circunſtantias aggrauantes.d.ꝙ ſunt ille de quibus in littera bꝛeuius aſ-
ſignantur nobis in ſacramentario ſub iſtis verbis Quis quid vbi quib⁹ cur quomodo
quotiens quando. Quis impoꝛtat circunſtantiam conditionis perſone.ſ.vtrum ſit iuue
nis ſenex clericus vel laycus:ſolutus vel ligatus:quia ſic aggrauatur peccatum:⁊ trahit̃
in aliam ſpeciẽ:vt ſi percuſſerit clericum ⁊c̃ vel cognouerit cõiugatã:religioſam:cõmatrẽ
filiolam ⁊c̃. Quid impoꝛtat circunſtantiã que eſt effectus actus:ſicut qui plus cõmittit
maius damnũ infert ⁊ maioꝛi reſtitutione tenetur quia non ſufficit dicere cepi reꝫ alienã
imo opoꝛtet dicere q̃titatẽ ⁊ quid.ſcilicet aurum argentum ⁊ vtrum ſit occultũ aut mani
feſtum. Ubi impoꝛtat circunſtantiam loci vt ſi peccatuꝫ fuerit in loco ſacro:in loco pu
blico vel pꝛiuato ⁊c̃. Quibus auxilijs ſeu per quos.ſ.inſtrumentis.vt ſi percuſſerit manu
baculo:gladio:mediantibus alijs perſonis quibus pꝛauum exemplũ dedit ⁊c̃. Cur.i.q̃
intentione fecit an animo rapiendi vel furandi:vel animo vindicandi ⁊c̃. Quomodo.
impoꝛtat modũ ⁊ qualitatem actus:vt ſi percuſſerit leuiter vel foꝛtiter vel motu pꝛopꝛio
diu deliberato vel indeliberato:vel alterius inſtigatione pulſus ⁊c̃. Quando.impoꝛtat
tempus.ſ.vt ſi in diebus dominicis feſtiuis in quadrageſima:in tempoꝛe ſacro.ſcilicet in
quattuoꝛ tempoꝛibus ⁊c̃. Unde Beda ſuper illud Mathei tertio. Facite dignos fruct⁹
penitentie ſm enim qualitatẽ ⁊ q̃titatẽ culpe ſit q̃titas ⁊ qualitas pene. Non enim par
debet eſſe fructus boni operis eius qui vel min⁹ peccauit ⁊ eius qui graui⁹ cecidit.ideo
diſcretio penitenti valde neceſſaria eſt vt illa gerat que Auguſtinus in libꝛo de peniten-
tia tradit dicens. Conſideret qualitatẽ criminis in loco in tempoꝛe in perſeuerentia i va
rietate ꝑſone ⁊ quali hoc fecerit temptatione ⁊ in ipſius vicij multiplici executione.opoꝛ
tet enim penitere foꝛnicantẽ ſm excellentiam ſui ſtatus vel officij vel ſm modum mere-
tricis ⁊ in modo operis ſui:⁊ qualiter egit turpitudinem ſuam:ſi in loco ſacro:ſi in tẽpo
re oꝛationi cõſtituto vt ſunt feſtiuitates ſanctoꝛum ⁊ tempoꝛa ieiunij. Conſideret q̃tum
ꝑſeuerauerit ⁊ defleat qꝺ perſeueranter peccauit:qꝛ perſeuerẽtia aggrauat.extra de ſy.
c.non ſatis.⁊ q̃ta virtus fuerit in impugnatione.hoc recitat mag.xvi.diſ. quarti ſenten.
ad confirmandum ꝙ circunſtantie peccatoꝝ aggrauantes non ſint omittende quin con
fiteantur:⁊ niſi penitens ſciat expꝛimere confeſſoꝛ debet eum interrogare. Non ẽni ſuffi-
cit penitenti dicere ꝙ foꝛnicatus fuerit in genere:imo opoꝛtet deſcendere ad ſpecialia.i.
cum moníali:cum conſanguinea:cum virgine:cum coniugata ⁊c̃. Et ſimiliter mulier ſi fue
rit foꝛnicata cum religioſis ſacerdotibus coniugatis ⁊c̃. De iſtis circunſtantijs habetur
de penitentia diſt.i.c.pene.§.in huius rei conſideratione.⁊ eodem ti.diſt.v.c.conſideret
extra de homi.c.ſicut dignum.⁊ per mag.loco pꝛeallegato ⁊ beatum Auguſtinum ⁊c̃.
Quotiens.impoꝛtat vices ideſt ꝙ penitẽs dicat quot vicibus perpetrauit tale pecca-
tum ⁊c̃. Queritur circa illam litteram vtrum confeſſio ſit neceſſaria ad ſalutem. Et vi-
detur pꝛimo ꝙ non quia ſacramentum penitentie ad remiſſionem culpe oꝛdinatum eſt:ſꝫ
culpa gratie infuſione ſufficienter remittitur ergo ad penitentiam de peccato actuali nõ
eſt neceſſaria confeſſio. Item peccatum quod ex alio contractum eſt ex alio debet habere
medicinam.ergo peccatum actuale quod ex pꝛopꝛio motu quilibet emiſit debet ex ſeipſo
tantum habere medicinam. Sed contra tale peccatum oꝛdinatur penitentia ergo confeſ
ſio non eſt neceſſaria. Item aliquibus eſt peccatum remiſſum ſine hoc ꝙ confeſſi legant̃.
ſicut patet de beato Petro beato Paulo Magdalena.⁊c̃. ſed non eſt minoꝛis efficacie
gratia remittens peccatum nunc q̃ tunc fuit.ergo confeſſio non eſt neceſſaria ad ſalutem
In oppoſitum eſt Boetius in libꝛo de conſolatione dicens. Si operã medicantis
expectas opoꝛtet vt tuum vulnus detegas:ſed de neceſſitate ſalutis eſt ꝙ homo de pec-
catis medicinam accipiat.ergo de neceſſitate ſalutis eſt ꝙ moꝛbum ꝑ confeſſionem dete-
gat. Pꝛo ſolutione iſtius dubij dicit beatus Tho.ſuper.xvi.diſtinctione quarti ſen-
tentiarum ꝙ paſſio chriſti ſine cuius virtute nec actuale nec oꝛiginale peccatum dimittit̃
in nobis operat̃ per ſacramentoꝝ ſuſceptionem que ex ipſa paſſione efficaciam habue-

runt:ideo ad culpe remiſſionem ⁊ actualis ⁊ originalis requiritur ſacramentū eccleſie.vt
actu ſuſceptum vel ſaltem vno quando articulus neceſſitatis non contemptus ſacramen
tum excludit.⁊ ideo ſicut baptiſmus quo deletur originale eſt de neceſſitate:ita ⁊ peniten
tie ſacramentū eſt de neceſſitate ſalutis. Tunc ad rationes anteoppoſitum. Ad pri-
mam dicendum eſt ꝙ gratie infuſio ſufficit ad culpe remiſſionem:ſed poſt culpam dimiſ-
ſam adhuc eſt peccator debitor pene temporalis.ſed ad gratie infuſionem conſequendā
ordinata ſunt gratie ſacramenta ante quorum ſuſceptionem vel actu vel propoſito aliqͤs
gratiam non cōſequitur ſicut patet in baptiſmo:⁊ ſimiliter eſt dicenduꝫ ſuo modo de cō
feſſione. Ad ſecundam dicendum eſt ꝙ peccatum quod ex altero contractum eſt ſcilicet
originale poteſt omnino ab extrinſeco remedium habere vt in paruulis patet:ſed pecca-
tum actuale quod ex ſeipſo cōmiſit non poteſt expiari niſi aliquomodo cooperetur ille ꝗ
peccauit. Ad tertiam dicendū eſt ꝙ ſi nō legat̄ eorum confeſſio potuit tamen fieri .qm̄
multa ſunt facta que non ſunt ſcripta.Et aliter chriſtus hꝫ poteſtateꝫ excellentie in ſacra
mentis.Unde ſine hijs que ad ſacramentum pertinēt poteſt rem ſacramenti conferre.

Queritur vtrum confeſſio ſit de iure naturali ⁊ videtur ꝙ ſic. Nam Adam ⁊ Cayn
non tenebantur niſi ad precepta legis nature ſed reprehenduntur ex hoc ꝙ peccatū ſuū
non ſunt confeſſi ergo.Ratio ſicut Job non tenebatur ſubdi niſi legi naturali. ſed ipſe
peccata ſua confitebatur quod patet hoc qđ ipſe de ſe dicit Job triceſimoprimo.Si ab
ſcondi quaſi homo peccatum meum ⁊ celaui in ſinu meo iniquitatem meam.ergo In
oppoſitum arguitur auctoritate yſi.dicentis ꝙ ius naturale eſt idem apud omnes:ſꝫ cō
feſſio non eſt eadem apud omnes:ergo non eſt de iure naturali . Item confeſſio fit ei qui
habet claues:ſed claues eccleſie non ſunt de inſtitutione iuris naturalis:ergo nec confeſ
ſio.Pro diſcuſſione iſtius queſtionis dicit ſanctus Thomas.xvij.diſt.quarti ꝙ ſacramē-
ta ſunt quedā proteſtationes fidei.Fides autem eſt ſuperdictamen rationis naturalis.
vnde etiam ⁊ ſacramenta ſunt ſupra rationis dictamen.⁊ quia ius naturale eſt quod nō
opinio genuit ſed innata quedā vis inſeruit.vt dicit Tullius.ideo ſacramenta non ſunt
de iure naturali ſed de iure diuino quod eſt ſupernaturale:licet etiam quandoqꝫ naturale
dicatur ſm̄ ꝙ cuilibet rei illud eſt naturale quod ei a ſuo creatore imponitur. Tamen pro
prie naturalia dicuntur que ex principijs nature cauſantur. Super naturam autem dicū
tur que ipſe deus ſibi reſeruat ſine nature miniſterio operanda: ſicut in operationibus
miraculorum:ſiue in reuelationibus miniſteriorum.ſiue in inſtitutionibus ſacramentorū
⁊ ſic confeſſio que ſacramentalem neceſſitatem habet non eſt de iure naturali ſed diuino

Tunc ad rationes ante oppoſitum.Et primo Ad primam dicendum eſt ꝙ Adā re-
prehenditur de hoc ꝙ peccatum ſuum correptum deo non recognouit .⁊ talis confeſſio
que fit deo per recognitionem peccati eſt de iure naturali.Nunc autem loquitur de con-
feſſione que fit homini que eſt de iure diuino. Ad ſecundam dicenduꝫ eſt ꝙ Job loqui
tur de illa abſconſione peccati quam facit in iudicio deprehenſus peccatum negādo aut
excuſando.vt in glo.ibidem haberi poteſt. Queritur vtrum omnes teneantur ad cō
feſſionem.⁊ videtur primo ꝙ non.qꝛ Hiero.dicit ⁊ ita eſt per omnes doctores ꝙ penitē-
tia eſt ſecunda tabula poſt naufragium.ſed aliqui poſt baptiſmum naufragium nō ſunt
paſſi:ergo eis non competit penitentia ⁊ ſic nec confeſſio que eſt pars penitentie vt viſū
fuit ſuperius.Secundo ſic.Aliquis eſt qui non habet peccata venialia:ſed de illis nō te
netur homo confiteri ergo non omnes tenentur ad confeſſionem. In oppoſitum ar-
guitur ſic Confeſſio diuidit̄ ꝯ cōtritionē ⁊ ſatiſfactionē.ſed oēs tenentur ad cōtritionē ⁊
ſatiſfactionem:ergo oēs tenent̄ ad ꝯfeſſionē. Pro ſolutione iſtius dubij dicit ſanctus
Tho.diſ.xvij.iiij.ꝙ ad cōfeſſionē tenemur vno modo ex iure diuino:hoc ipſo ꝙ ē medi-
cina ⁊ ſm̄ hoc nō oēs tenemur ad confeſſionem ſed illi tm̄ qui peccatum mortale cōmiſe
runt poſt baptiſmum.Alio modo tenemur ex precepto iuris poſitiui ⁊ ſic quilibꝫ poſtꝙ
ad annos diſcretionis puenerit ſaltem ſemel in anno confiteatur omnia peccata ſua ⁊
ſuſcipiat reuerēter in paſcha eucharistie ſacramentum, niſi forte de conſilio ſui ſacerdotis



ob aliquam cauſam rationabilē ad tempus ab eius perceptione abſtineat.Alioquī ⁊ vi
uens ab ingreſſu eccleſie arceatur ⁊ mortuus chriſtiana careat ſepultura.de peni.⁊ re.c.
omnis vtriuſqꝫ ſexus .Et ex inſtitutione eccleſie edicta in conſilio generali ſub Inno.iij.
tum vt quilibet ſe peccatorem recognoſcat:qꝛ oēs ſumus peccatores ⁊ egemꝰ gratia dei.
tum vt cum maiori reuerentia ad eucharistiam vnuſquiſqꝫ accedat.tum vt eoꝝ rectoribꝰ
ſui ſubditi innoteſcant.De quoꝝ animabus reddituri ſunt rationem.ad hebreos vltimo
glo.ſuper illud dum ad annos diſcretionis puenerint.i.dum fuerint doli capaces. Et di
cuntur doli capaces quando interrogati dant ordinatas reſponſiones. Tunc ad ra
tiones.Ad primam dicendum eſt ꝙuis homo in hac mortali vita poſt baptiſmum nau-
fragium quod eſt peccatum mortale poſſit euadere non tamen poteſt euadere venialia ꝗ
bus naufragium diſponitur contra que etiam penitentia ordinatur. Ad ſecundam di-
cendum eſt ꝙ ex vi ſacramenti non tenetur aliquis venialia confiteri ſed ex inſtitutōne ec
cleſie quando non habet que confiteatur.vel poteſt aliomodo dici ꝙ ex predicta decreta
li non obligantur niſi illi qui habent peccata mortalia Queritur vtrum poſſit diſpē-
ſari cum aliquo ꝙ non cōfiteatur homini.⁊ videtur ꝙ ſic.qꝛ precepta que ſunt de iure po
ſitiuo ſubiacent diſpenſationi prelatoꝝ eccleſie:ſed confeſſio eſt huiuſmodi: ergo poteſt
diſpenſari cum aliquo ꝙ non confiteatur homini. Secundo ſic illud quod ab homine
inſtitutum poteſt etiā ab homine diſpenſationem recipere ſed confeſſio nō legitur a deo
inſtituta ſed ab homine Jacobi quinto.Confitemini alterutrum peccata veſtra.papa au
tem habet poteſtatem diſpenſandi in hijs que ꝑ apoſtolos inſtituta ſunt. Sicut patet đ
bigamis argu.l.diſt.quicunqꝫ penitens.xxxiiij. di.lector.ergo poteſt cum aliquo diſpenſa
re ne confiteatur. In oppoſitum arguitur ſic.Penitentia cuius pars eſt confeſſio eſt
ſacramentum neceſſitatis ſicut ⁊ baptiſmus.ſed in baptiſmo nullus diſpenſare poteſt.er
go nec in confeſſione. Pro ſolutione iſtius queſtionis eſt notandum ſm̄ beatū Tho.
xvij.diſt.quarti ꝙ miniſtri eccleſie inſtituuntur in eccleſia diuinitus fundata.⁊ ideo inſti-
tutio eccleſie preſupponitur ad operationem miniſtroꝝ ſicut opus creationis ꝑſupponit̄
ad opus nature ⁊ qꝛ eccleſia in fide ⁊ ſacramentis conſiſtit:ideo ad miniſtros eccleſie nec
nouos articulos fidei edere aut editos remouere aut noua ſacramenta inſtituere aut iſti
tuta remouere pertinet:ſed hoc eſt poteſtatis excellentie que ſoli debetur chriſto qui eſt ec
cleſie fundamentum :⁊ ideo ſicut papa non poteſt diſpenſare vt aliquis ſine baptiſmo
ſaluetur ita nec ꝙ ſaluet̄ ſine cōfeſſione cui videt̄ concordare illud quod habet̄. xxv.q.i.c.
ſunt quidam.cuius textus ſequitur ſunt quidam dicentes romano pontifici ſemper licuiſ
ſe nouas condere leges.quod ⁊ nos non ſolum negamus ſed etiam nullomodo affirma
mus. Sed ſciendum vero eſt ſummopere quia inde nouas leges poteſt papa condere
vbi euangeliſte aliquid nequaꝙ dixerunt.vbi vero aperte dominus vel eius apoſtoli et
eos ſequentes ſancti patres ſententialiter aliquid diffinierunt ibi non nouā legē poteſt
romanus pontifex dare:ſed potius quod predicatum eſt vſqꝫ ad animam ⁊ ſanguineꝫ cō
firmare debet. Si enim quod docuerunt dominus apoſtoli ⁊ prophete deſtruere niteren
tur qđ abſit non ſententiare:ſꝫ magis errare ꝯuincerentur: ſed hoc procul ſit ab eis qui
ſemper dei eccleſiam contra luporum inſidias optime cuſtodiunt.Et in glo.dicitur papa
non poteſt diſpenſare contra dominum vel apoſtolum . Tunc ad rōnes ante oppoſi
tum.Et primo Ad primam dicendū eſt ꝙ precepta iuris diuini non minus obligant ꝙ̄
ꝑcepta iuris naturalis.vnde ſicut non poteſt diſpenſari in iure naturali:ita nec in iure
diuino ſeu poſitiuo. Ad ſecundam dicēdum eſt ꝙ preceptum de confeſſiōe non eſt ab
homine puro inſtitutum ꝙuis ſit a Jac.promulgatuꝫ.ſed a deo īſtitutionē habuit ꝙuis
expreſſa inſtitutio eius nō legatur.tamē quedā prefiguratio ipſius inuenitur Math.iij.
In hoc ꝙ Johanni cōfitebantur peccata qui baptiſmo ipſius ad gratiā preparabātur.
Et in hoc etiam quod dominus ſacerdotibus leproſos tranſmiſit qui ꝙuis non eſſent
noui teſtamenti ſacerdotes tamē in eis noui teſtamenti ſacerdotiuꝫ figurabatur.Et quā-
do arguitur ſic de bigamis.⁊c.dicendum eſt ꝙ papa poteſt diſpenſare in hijs ꝗ non ſpe-

ctant ad articulos fidei:ſed in hijs que ſpectant ad articulos fidei non. Item contra vni
ctant ad articulos fidei:ſed in hijs que ſpectant ad articulos fidei non. Item contravni
uerſalem ſtatum eccleſie diſpenſare non poteſt.xxiiij.q.prima.c.memor ſum. Item papa
non poteſt diſpenſare contra quattuor conſilia ita ꝙ audeat ea reprobare :ſed tamen po
teſt diſpenſare contra aliqua ſtatuta quattuor conſiliorum ſicut fecit Inno:in latriã:ſi cõ
ſilio generali extra de affi.⁊ conſangui.c.non debet. Item papa non poteſt diſpẽſare cũ
monachoꝙ habeat proprium ipſo ſtante monacho ſed poteſt facere ꝺ monacho nõ mo
nachnm.Alij tamen dicunt ꝙ papa poteſt diſpenſare de plenitudine poteſtatis quia po
teſt auferre rei ſnbſiſtentiam.ar.C.de rei vxo.ac.l.vna.in principio.ſed ego credo ꝙ con
tra votum caſtitatis papa diſpenſare non poſſit q: nullũ inuenit eque bonum in qꝺ poſ
ſit fieri commutatio :quia nihil eſt melius continentia:q: virginitas replet paradiſum.
tricefima ſecunda queſtione.ij.c.nuptie.⁊ caſtitas ſola eſt que cum fiducia poteſt deo a-
nimas preſentare in auctenti.de lenonibus.§.ſanctiſſimis.colla.iij.Tamen de cõſangui
nitate ⁊ affini.poteſt diſpenſare de plenitudine poteſtatis ſed tamen nõ expedit vt in. c.
litteras.de reſtitu.ſpolia.vbi etiam dicit in glo ꝙ papa non poteſt diſpenſare vt quis ha
beat plures vxores ſimul de tranſac.c.vltimo ,nec poteſt diſpenſare in his que in ſui.na-
tura ſunt mala.vt ſcilicet ſine peccato quis poſſet adulterari de iureiurando.⁊ſi chriſtus

Confeſſor blandus ⁊c. Iſta littera vſqꝫ ad illam partem.Contra peccata docet con
ditiones quas debet habere confeſſor dicens ꝙ confeſſor debet habere conditiones q̃
ſunt in littera. Unde metrificator.Confeſſor dulcis affabilis atqꝫ ſuauis.prudens diſcre
tus mitis pius atqꝫ benignus. Primo blanditur monet ⁊ poſtea terret. Quarto ſolatur
quinto demonſtrat agenda. Sit piger ad penas:ſit velox ad miſerenduꝫ.Et doleat quo-
tiens facit illum culpa fetentem.Contra naturam culpam non exprimat vllam. Ne ſup
enormi ſimplex ſic conueniatur.De quo nil ſciuit ad agendum ſic ineatur. Uxor adulte-
rij rea confeſſore perito.Sic luat admiſſum ne ſit ſuſpecta marito.Sepe ſibi moneat con
feſſor ne recidiuet ſiue relabat confeſtim confiteatur Poſtea ſit tacitus vt celet crimen ali⁹
Sacerdos quando audit confeſſionem cum pio affectu ⁊ benigno vultu non execrãdo
nec ſpernendo ſed ſupportando ⁊ attrahendo debet penitentem audire.xvi.q.vij.c.pe-
nitentem.vbi dicitur ꝙ penitens ex corde ita debet ſuſcipi ſicut chriſtus fecit dicens.Cõ
gratulamini mihi quia inueni ouem meam que perierat. Luce decimoquinto.⁊ de pe. ⁊
re.c.omnis vtriuſqꝫ ſexus habetur ꝙ confeſſor debet eſſe cautus in inquirendo,diſcretus
in conſulendo.miſericors in penitentiam imponendo. Item ſacerdos cui omne offertur
peccatum anteꝙ̃ ſtatuatur omnis langor in nullo eorum peccatorum ſupple ſit iudican-
dus que in alio iudicare promptns eſt.Auguſtinus iudicans enim alium qui eſt iudican
dus condemnat ſeipſum.cognoſcat igitur ſe ⁊ purget in ſe quod alios videt offendere:
caueat vt a ſe proiecerit quidquid in aliquo damnoſum.i.damnatione dignum reppe-
rerit de pe.diſt.vi.c.ſacerdos.⁊ per mag.xix.diſt.quarti. Animaduertat ſacerdos illud
Johannis octauo. qui ſine peccato eſt primus in eam apidem mittat:ideo enim chriſtus
liberauit peccatricem quia non erat qui iuſte proijceret lapidem:quomodo enim lapida-
ret qui ſeipſum lapidandum cognoſceret.Caueat ſpiritualis iudex ſicut non commiſit cri
men nequitie ita nõ careat munere ſcientie.oportet enim ꝙ ſciat cognoſcere quidquid ꝺ
bet iudicare:ſit diligens inquiſitor ſubtilis inueſtigator. Sapienter ⁊ aſtute interroget a
peccatore quod forſitan ignorat vel verecundia velit occultare cognito vero crimine va-
rietates eius non dubitet interrogare locum tempus ⁊c.ſicut viſum fuit.Tamen caute i-
quirat in ſpeciebus peccati carnis ⁊c. Quibus cognitis aſſit beniuolus paratus eriger
ſecum onus portare habeat dulcedinem in afflictione diſcretionem in varietate circun-
ſtantiarum ſupple doceat perſeuerentiam in bono ⁊c.c.ſacerdos.allegato. ⁊ per magi.
diſt.preallegata. Item caueat ſacerdos ne peccata penitentum alijs prodat.alioquin de-
ponatur per magiſtrum.xxi.diſtinctione quarti. Unde Grego.ſacerdos ante omnia ca
ueat ne de hijs que ei confitentur peccata alicui recitet non propinquis nõ extraneis nec
qꝺ abſit ,p aliquo ſcandalo. Naꝫ ſi hoc fecerit deponatur ⁊ oibus diebus vite ſue igno-



minioſus peregrinando pergat.vel in monaſterium detrudatur ad penitentiam peragẽ-
dam. Cui concordat decretum de peni.diſtinctione ſexta.c.ſacerdos.⁊ capitulo placuit.⁊
extra de peni.⁊ re.c.omnis vtriuſqꝫ ſexus.§.caueat.Confeſſio qua quis ſubicit ſacerdoti
ſignũ eſt interioris confeſſionis qua q̃s deo ſubicit deus aũt pctm̃ illius qui ſe ſibi p pe-
nitentiam ſubicit tegit per Auguſtinũ ſuper illum locum.p̃s.quorum tecta ſunt peccata.
tecta:ideſt vt deus eternaliter non puniat.⁊ per magiſtrum.xviij. diſtinctione quarti ſen-
tentiarum.quare oportet neceſſario ꝙ ſacerdos confeſſionem celet etiam per hoc homi-
nes magis ad confeſſionem attrahuntur ⁊ ſimplicius peccata confitentur . ideo ſit caut⁹
confeſſor vt celet omnia que per peccatum confitentis poſſet deprehendi ſiue reuelari . ⁊
idem ſm Albertum in ſuo compendio. Sed ponatur ꝙ aliquis confeſſus fuerit ſacerdo
ti aliquod crimen ⁊ epiſcopus excommunicat omnes huius criminis ſcios niſi veritatẽ
reuelauerint. Queritur an ſacerdos teneatur reuelare. videtur ꝙ non per capitulũ ſa
cerdos allegatum ſuperius.⁊ ar.ex̃ de offi.or.c.ſi ſacerdos.⁊ ex̃ de adulte.ca. ſignificaſti.
Breuiter dicendum eſt ad illud dubium ꝙ ſacerdos in ſecreto poteſt dicere epiſcopo vt
quid prodeſſe poſſit ⁊ non obeſſe. viceſimaſecunda queſtione quinta,c. hoc videtur de il
la materia.ij.q.prima.cap.ſi peccauerit.⁊.ij.q.vij.pleriqꝫ. ⁊.xv.q. v.capitulo preſbiter ⁊c.

Queritur cui ſit confeſſio facienda hoc eſt querere cui debet fieri confeſſio . Et videt
primo ꝙ ſoli deo per illud p̃s.Dixi confitebor domino ⁊c. non dicit ſacerdoti ⁊ etiam re
miſſum peccatum dicit ibi ⁊ tu remiſiſti ⁊c. Item Ambroſius ideo fleuit petrus:q: culpa
obrepſit ei non inuenio ꝙ dixerit inuenio ꝙ fleuerit ⁊ per magiſtrũ.xvij.diſtinc.quarti.la-
uant lachryme delictum quod voce pudor eſt cõfiteri ⁊ pluribus alijs auctoritatib⁹ de q̃
bus dictum fuit in queſtione vtrum ſola contritio ſufficiat.Secundo probatur ꝙ confeſ-
ſio debeat fieri ſacerdoti ſic abſolutio penitentis propter quam fit confeſſio non fit niſi
a ſacerdotibus quibus claues eccleſie cõmiſſe ſunt. Johan.xx.⁊ Mathei.xvi.ergo cõfeſ
ſio non poteſt fieri niſi ſacerdoti . Item ad idem confeſſio prefiguratur in lazari mortui
ſuſcitatione.ſed dñs ſolis diſcipulis precepit vt lazarum ſoluerent. Johannis xi.ergo ſa
cerdotibus fienda eſt confeſſio. Item ad idem confeſſio ſacramentalis accuſatio eſt. ſed
ſacramenti diſpenſatio ad illum tantum pertinet qui eſt ſacramenti miniſter cuiuſmodi ẽ
ſacerdos.ergo nulli alij facienda eſt confeſſio. Item ad illud cõfeſſio in quolibet iudicio
ad ſententiam ordinatur.ſed ſententia in foro cõtentioſa a non iudice lata nulla eſt de iu
dic.c.at.ſi clerici.ideo nec facienda eſt confeſſio niſi iudici.ſed iudex in foro cõſcientie nõ
eſt niſi ſacerdos qui habet poteſtatem li.⁊ ſol.ergo. Itẽ ad idẽ ĩ baptiſmo q̃libet baptiza
re põt in caſu neceſſitatis nec debet a ſacerdote iterari baptiſmus vt patet per magiſtruꝫ
diſtinctione. vi.quarti.de con.diſtin.de bap.ſed ſi quis cõfiteatur layco in caſu neceſſita-
tis iterum tenetur ſacerdoti confiteri ſi articulum neceſſitatis euadat.ergo ſacerdoti com
petit confiteri ⁊ non alteri.Tertio probatur ꝙ confeſſio fieri valeat layco vel alteri a ſacer
dote q: ad confeſſionẽ non obligamnr niſi ex diuina inſtitutione. ſed diuina inſtitutio no
bis proponitur Jacobi vltimo.Confitemini alterutrum peccata veſtra.alterutrum ideſt
mutuo . vbi non fit mentio de ſacerdote . ergo non debet fieri ſacerdoti potius ꝙ̃ alteri.
Item penitentia eſt ſacramentum neceſſitatis ſicut ⁊ baptiſmus.ſed in baptiſmo propt̃
ſacramenti neceſſitatem.quilibet homo eſt miniſter:ergo ⁊ in penitentia. Item confeſ
ſio ad hoc eſt neceſſaria vt taxetur penitenti ſatiſfactionis modus . ſed aliquis non ſacer
dos diſcretus poſſet penitenti taxare ſatiſfactionis modum melius ꝙ̃ plures ſacerdotes
ergo non oportet ꝙ confeſſio fiat ſacerdoti . Pro diſcuſſione iſtius queſtionis dicit bea-
tus Tho.ſuper.xvij.quarti ꝙ gratia que in ſacramentis datur a capite deſcendit in mem
bra.⁊ ideo ſolus ille eſt miniſter ſacramentorum in quibus gratia datur qui habet mini-
ſterium ſuper corpus chriſti verum quod ſolius eſt ſacerdotis qui conſecrare poteſt eu-
chariſtiam:⁊ ideo cum in ſacramento penitentie gratia conferatur ſolus ſacerdos eſt mi-
niſter huius ſacramenti.⁊ ideo ſoli ſacerdoti facienda eſt confeſſio ſacramentalis. ⁊ huic
concordat Alber,in ſuo cõpen,libro ſexto,d,ꝙ confeſſio debet fieri ſacerdoti habenti cla-

nes que ſunt ſcientia diſcernendi ⁊ poteſtas ligandi. Tunc ad rationeſ probantes ꝙ
confeſſio poſſit fieri alijs a ſacerdotibus reſpondetur per ordinem. Et primo ad primam
quando dicebatur ꝙ ſufficit ſoli deo quicquid fuerit ante incarnationem. dicendum eſt ꝙ
citra non licet alteri confiteri ꝙ̄ ſacerdoti ſi aſſit facultas ⁊c̄. Unde Auguſtinus in omel.
penthe. iudicet ſeipm̄ homo voluntate dum poteſt ⁊ veniat ad antiſtites per quos illi cla
ues in eccleſia miniſtrantur a prepoſitis ſacramentorum accipiat ſatiſfactionis ſue modū
in offerendo ſacrificio contribulati cordis deuotus ⁊ ſupplex. recitatiue vero habetur per
magiſtrum. xvij. di. iiij. Sed contra hoc arguitur ſic. Yſa. xliij. habetur ergo ſolus deleo
iniquitates ⁊ peccata populi. Itē Ambroſius ille ſolus dimittit pctā qui ſolus pro pecca
tis noſtris mortuus eſt. Itē Augu. nemo tollit peccata niſi chriſtus qui eſt agnus tollēs
peccata mundi. Hijs auctoritatibus ⁊ pluribus alijs de quibus legitur in quarto ſentē.
diſtin. xviij. demonſtratur ſolum deum per ſe peccata dimittere. Solutio. dicendum eſt
breuiter ꝙ ſicut deus ſua gratia animam illuminat: ita ⁊ ſimul debitum eterne mortis re/
laxat per magiſtrum. xviij. diſtinc. quarti. Tunc enim deus penitentem ſoluit a debito pe/
ne eterne quando intus illuminat inſpiciendo veram cordis contritionem quod probat
per magiſtrum diſtinctione predicta ſic. Nemo vere de peccato compungitur habens cor
contritum ⁊ humiliatum niſi in charitate. qui autem charitatem habet dignus eſt vita.
Nemo autem dignus eſt ſimul morte ⁊ vita. igitur tunc ligatus debito eterne mortis fi/
lius autem ire eſſe deſijt ex quo diligere ⁊ penitere cepit. Non igitur poſtmodum per ſa/
cerdotem cui confitetur ab ira eterna liberatur a qua iam liberatus eſt per dominum. So
lus igitur deus hominem interius mundat a macula peccati: ⁊ a debito eterne pene ſol/
uit ſm̄ magiſtrum decimaoctaua diſtinctione quarti. Sed queritur circa hoc ſi peccatum
a deo oīno dimiſſum eſt per cordis contritionem ex quo penitens votum habuit cōfiten
di quid poſtea dimittatur ei a ſacerdote. quia vt dictum extitit ante confeſſionem ſacerdo
ti factam per cordis contritionem deus per ſeipm̄ ſine miniſterio ſacerdotis ⁊ debitū pe/
ne eterne relaxat ⁊ animam interius purgat a contagione ⁊ fetore peccati. quid igitur di/
mittit ſacerdos aut quid mundat. qd̄ mag. in princi. xviij. diſtinctione quarti. Solutio.
deus ſacerdotibus conceſſit poteſtatem ligandi ⁊ ſoluendi ideſt oſtendēdi homines liga
tos vel ſolutos. Huius figura habetur Leuiti. xiiij. vt viſum fuit ſuperius. vnde dominꝰ
reſtituit prius leproſum ſanitati deinde ad ſacerdotes miſit quorum iudicio oſtenderet
mundatus. ita ⁊ lazarum iam viuificatum obtulit diſcipulis ſoluendum. quia ⁊ ſi aliquis
apud deum ſit ſolutus: non tamen in facie eccleſie ſolutus habetur niſi per iudiciū ſacer/
dotis. Sacerdotes vero peccata dimittunt: vel retinent dum dimiſſa a deo vel retenta in
dicant ⁊ oſtendunt. Alius modus li. ⁊ ſol. ligant eniꝫ ſacerdotes dum ſatiſfactionem
penitentie confitentibus imponunt. ſoluunt cū de ea aliquid dimittunt vel per eā purga
tos ad ſacramentorum cōmunionem admittunt. Eſt alius modus li. ⁊ ſol. qui per excōi
cationem geritur dum aliquis ſm̄ canonicā diſciplinam vocatus. tertio ad emendatio/
nem manifeſtati delicti ſatiſfacere vilipendens ſententiam eccleſie a loco ipſius eccleſie ⁊
ſacramentorum cōmuniōe. ⁊ fidelium conſortio precinditur vt erubeſcat ⁊ pudore ſtrictꝰ cō
uerſus peniteat. vt ſic ſpiritus eius ſaluus fiat per magiſtruꝫ. xviij. di. quarti. Ex hijs oſt
ditur indubitanter oportere primo deo. deinde ſacerdoti offerre confeſſionē. nec alit poſ
ſe perueniri ad ingreſſum paradiſi ſi aſſit facultas per mag. xvij. diſtinctione quarti. Tūc
ad rationes probantes confeſſionem poſſe fieri alijs a ſacerdote. ⁊ primo ad primaꝫ qn̄
arguitur ad confeſſionem non obligamur niſi ex diuina inſtitutione ⁊c̄. dicendū eſt ꝙ Ja.
loquitur ibidem ex preſuppoſitione diuine inſtitutionis. quia diuinitus inſtitutio de con
feſſione preceſſerat. Leui. xiij. ⁊. xiiij. ⁊ per hoc ꝙ dedit eis poteſtatem remittendi peccata
Johan. xx: Quorum remiſeritis ⁊c̄. Ad ſecundam quando arguitur penitentia eſt ſacra/
mentum neceſſitatis ſicut ⁊ baptiſmus. dicendum eſt ꝙ baptiſmus magis eſt ſacramen/
tum neceſſitatis ꝙ̄ ſacramentum penitentie quo ad confeſſionem ⁊ abſolutionem: quia
baptiſmus pretermitti non poteſt ſine periculo ſalutis eterne. vt patet in pueris qui nō



dum habent vſum rationis. ſic non eſt omnino de confeſſione ⁊ abſolutione que tantuꝫ
ad adultos pertinent in quibus contritio cum propoſito confitendi ⁊ deſiderio ſatiſfacti
onis ſufficit ad liberandum a morte eterna: vt dictum fuit ſuperius. ⁊ ideo non eſt ſimile
de baptiſmo ⁊ confeſſione. Ad tertiam quando dicitur cōfeſſio ad hoc eſt neceſſaria
vt taxetur penitenti ſatiſfactionis modus dicendum eſt ꝙ non ſolum quantitas pene eſt
attendenda in confeſſione que poteſt ab alio ꝙ̄ a ſacerdote taxari. vt arguit ratio. ſed cū
hoc requiritur virtus que eſt in diſpenſatore ſacramentorum ideo ſolus ſacerdos ſecluſo
caſu neceſſitatis eſt miniſter penitentie. i. cui confeſſio debet fieri. Notanter dicitur ſecluſo
caſu neceſſitatis. quia in tali caſu alij a ſacerdote poteſt fieri confeſſio. quia ſicut baptiſmus
qui eſt ſacramentum neceſſitatis habet duplicem miniſtrum vnum cui ex officio baptiza
re incumbit. ſ. ſacerdotem alium cui diſpenſatio baptiſmi committitur ratione neceſſitatis
per magiſtrū diſtinct. vi. quarti. ⁊ per doc. ibidem. Ita in confeſſione in caſu neceſſitatis
vbi non habetur copia ſacerdotis laycus vel alius a ſacerdote poteſt audire confeſſionē
Sed videtur ꝙ illa ſimilitudo non valet. quia baptiſatus ab alio a ſacerdote non debet
rebaptizari. vt habetur per magiſtrum. vi. di. iiij. ſenten. Et tamen confeſſus alij a ſacerdo
te ſi euaſerit periculum ſeu caſum neceſſitatis tenetur confiteri ſacerdoti quia laycus ſiue
alius a ſacerdote non poteſt abſoluere ⁊c̄. Solutio. dicendum eſt ꝙ nō eſt oīmoda ſimili
tudo ſimiliter quoniam homo per ſacramenta non ſolum deo ſed etiā eccleſie oportet ꝙ
reconſilietur eccleſie autem reconſiliari non poteſt niſi ſanctificatio eccleſie ad eum perue/
niat. in baptiſmo autē ſanctificatio eccleſie ad hominē peruenit per ipm̄ elementū exteriꝰ
adhibitum quod verbo vite ſanctificabitur ſm̄ formam eccleſie vt cum intentione a quo
cunqꝫ. ⁊ ideo ex quo ſemel baptizatus eſt a quocunqꝫ non oportet ꝙ iterum baptizet. ſꝫ
in penitentia eccleſie ſanctificatio non peruenit ad hominem niſi per miniſtrū. quia non
eſt ibi aliquod corporale elementum exterius adhibitum quod ex ſanctificatione inuiſi/
bilem gratiam conferat. Et ideo ꝙ̄uis ille qui layco confeſſus in articulo neceſſitatis con
ſecutus ſit veniam a deo non tamen adhuc eſt eccleſie reconſiliatus vt ad ſacramentū ec
cleſie admitti debeat niſi prius a ſacerdote abſoluatur. quia laycus non poteſt abſoluere
ſicut ille qui baptiſmo flaminis baptizatus non admittitur ad eucariſtiam ⁊ ideo oportꝫ
ꝙ iterum confiteatur ſacerdoti cum copiam habere potuerit. quia laycus non eſt iudex
eius qui ei confitetur abſolute tamen ratione neceſſitatis accipit iudicium ſuper ſe ſm̄ ꝙ
confitens ex defectu ſacerdotis ſe ei ſubdit. ⁊ tenetur dictus laycus cui facta eſt confeſſio
tenere ſecrete ⁊ ſub ſigillo confeſſionis dicere ſacerdoti ſm̄ Laudul. ſuper. xxi. diſtinctio.
quarti ſenten. Nota tamen ꝙ illud dictum dico tibi in confeſſione non includit ſigillū cō/
feſſionis ſm̄ Alber. in ſuo cōpen. quia non ſeruatur ibi forma confeſſionis ⁊c̄. Tamen ali
qui voluerunt dicere ꝙ confeſſio facta layco ex defectu ſacerdotis eſt quodāmodo ſacra
mentalis ꝙ̄uis non ſit ſacramentum perfectum quia deeſt ei quod eſt ex parte miniſtri ſci
licet ſacerdotis. quoniam in ſacramento penitentie non ſolū eſt aliquid ex parte ſuſcipiē/
tis ſacramentum. ſ. contritio ⁊ confeſſio. ſed etiam eſt aliquid ex parte miniſtri. ſ. abſolu/
tio ⁊ ſatiſfactionis iniunctio. ⁊ vtrunqꝫ debet concurrere ad plenitudinem ſacramenti qn̄
poſſibile eſt vt tenet beatus Tho. xvij. diſtin. quarti ſenten. Cum igitur per iam dicta con
feſſio debeat fieri ſacerdoti. Queritur vtrū cuilibet ſacerdoti ⁊ videtur ꝙ ſic quia chriſtus
poſt reſurrectionem dedit omnibus apoſtolis poteſtatem ſoluendi ⁊ ligandi dicēs. quo
rum remiſeritis peccata ⁊c̄. Johan. xx. Secundo ſic auctoritate Gre. d. apoſtolica mode
ratione ⁊ pietatis officio conſtitutum eſt ꝙ ſacerdotibus monachis aplorum figuraꝫ te
nentibus liceat predicare baptizare cōmunionē dare. pro peccatoribus orare. penitentiā
imponere atqꝫ peccata ſoluere. ſed monachi non ſunt proprij ſacerdotes aliquorū cū nō
habeant curā animarum: ergo cū confeſſio fiat propter abſolutionē ſufficit ꝙ fiat cuicun/
qꝫ ſacerdoti. Tertio ſic. ſicut ſacerdos eſt miniſter huius ſacramenti: ita ⁊ eucariſtie. ſed ꝗ̄
libet ſacerdos poteſt conficere: ergo quilibet poteſt ſacramentum penitentie miniſtrare.
Quarto ſic. illud ad quod determinate tenemur non eſt de noſtra electione conſtitutum

vt patet per Aug.xvij.di.iiij.ſenten.di.qui vult confiteri peccata vt inueniat gratiam que
rat ſacerdotem qui ſciat li.⁊ ſol.⁊c̄.ergo videtur ꝙ non ſit neceſſarium ꝙ proprio ſacerdo
ti:ſed ſolum ſufficiētiori quem inuenire poterit. Quinto ſic illud quod inſtitutum eſt per
charitatem contra charitatē non militat vt dicit ber.ſed confeſſio que per charitatem in
ſtituta eſt contra charitatem militaret ſi homo ad confitendum vni ſacerdoti eſſet obliga-
tus vt puta ſi peccator ſciret ſuum ſacerdorem fore hereticum aut ſollicitatorē ad malum
aut fragilem quo ad peccatum quod quis ei confitetur vel ſi ſit reuelator confeſſionis vl'
ſi peccatum ſit commiſſum contra ipſum de quo quis confiteri debet ergo videtur ꝙ non
ſemper oportet confiteri proprio ſacerdoti. Sexto ſic in eo qđ eſt neceſſariū ad ſalutē nō
ſunt hoīes artandi ne impediant᷑ a via ſalutis ſ; magna artatio videret᷑ ſi oporteret vni
ſacerdoti de neceſſitate confiteri quia per hoc multi poſſent a confeſſione retrahi vel timo
re vel verecundia vel aliquo huiuſmodi ergo cum confeſſio ſit de neceſſitate ſalutis nō d;
homines ad hoc artare vt videtur. In oppoſitum arguitur. Et videtur ꝙ non liceat ali
cui alteri confiteri q̄ȝ proprio ſacerdoti:quia ille qui audit confeſſionem alicuius eſt pro-
prius iudex eius aliter non poſſet eum abſoluere vel ligare. Sed vnius hominis nō poſ
ſunt eſſe plures proprij ſacerdotes ſeu iudices quia tunc teneremur pluribus obedire qđ
eſſet impoſſibile. Secundo ſic.ſicut ſe habet epiſcopus ad ſuam dyoceſim:ita ſacerdos
ad ſuam parrochiam ſed non licet vni epiſcopo in dyoceſi alterius officiū epiſcopale ex-
ercere ſm ſtatuta canonum.ergo nec licet vni ſacerdoti audire confeſſionem parrochiani
alterius. Cui concordat.c.omnis vtriuſqꝫ ſexus ex̄ de peni.⁊ remiſſione. Etiaꝫ probatur
illud non obſtante priuilegio vel mandato ſuperioris quia non poteſt aliquod priuilegi
um indulgeri in preiudicium alterius.ſed hoc eſſet in preiudicium ſacerdotis:ſi alius cō-
feſſionē ſui ſubditi audiret ergo nō pōt ꝑ priuilegiū licentiā ſiue mandatū ſuperioris ob
tineri ꝙ aliqs cōfiteatur alteri a ꝓprio ſacerdote. Itē ꝓbat᷑ ſic illud ꝑ qđ impedit᷑ diuinū
mandatū non pōt ꝑ mādatū ſeu priuilegiū alicuius hominis concedi.ſed mandatum di
uinū eſt ad rectores eccleſiarum:vt diligenter vultum pecoris ſui agnoſcāt. Prouerbioꝝ
xxvij.quod impediretur ſi alius q̄ȝ proprius ſacerdos eius confeſſionem audiret ergo.

Pro declaratione iſtius eſt notandū ꝙ quilibet tenetur confiteri proprio ſacerdoti q̄
curam anime eius habet ſaltem ſemel in anno de omnibus peccatis ſuis tam propter po
teſtatem ⁊ iuriſdictionem quam habet proprius ſacerdos ſuper parrochianum ſuum.cu
ius anime eſt redditurus rationem q̄ȝ propter preceptum eccleſie in illa decre.omnis vtri
uſqꝫ ſexus. Non eſt enim licitum niſi in caſu neceſſitatis alicui ſacerdoti gregem alteri cō
miſſum ſine licentia eiuſdem ad penitentiam admittere.de pe.diſtin.vij.ca.placuit.cuius
textus talis eſt. Placuit vt nulli deinceps ſacerdoti liceat ſuſcipere queꝙ̄ alteri ſacerdoti
cōmiſſum ad penitentiam niſi vrgente neceſſitate. Et qui contra hoc ſtatutum temptaue-
rint gradus ſui periculo ſubiaceant.⁊ idem.xvi.q.i.prima.§.ecce.ex̄ de pe.⁊ re.c.quod autē
⁊ idem ſequitur ex conſilio vieñ.c.xi.vbi habetur cum ligare ⁊ ſoluere ſubditos ſit ordi-
narij vel eorum quibus per ipſum ordinādum eſt conceſſum ſtatuimus vt nullus cuiuſcū
qꝫ ordinis confeſſiones in quacunqꝫ ciuitate vel dyoceſi preter ſpecialem vel generalem
ipſius dyoceſani vel preſbyteri parrochialis licentiā petitam ſpecialiter ſuper hoc ⁊ obtē
tam de facto audire aut ſoluere quenq̄ȝ vel ligare ꝑſumat niſi hoc eis competat ex priuile
gio ſpeciali. Alioquin confitens pro confeſſo non habeatur ⁊ confeſſionem audiens cō
peſcatur prout ordinario videtur expedire. Et idem ſm beatum Tho.ſuper.xvij.diſtinc.
quarti.d.ꝙ ſacerdos alienus poteſt dupliciter impediri ne alicuius confeſſionem audiat
Unomodo propter defectū iuriſdictionis vt hic. Aliomodo propter impedimentuꝫ exe
cutionis ordinis ſicut excōmunicati degradati ⁊ huiuſmodi.confeſſor enim excommuni-
catus non poteſt queq̄ȝ abſoluere.quia ſeparatus a cōmunione ſacramentorum etiam ca
ret vſu iuriſdictionis. Item non habet ſubditos quia ſibi remouent᷑ per ſententiaꝫ.xi.q.
prima in ſumma. Et de hoc viſum fuit ſuperiꝰ in.c.de ſnīa excommunicationis in dubijs
Item eſt notanduꝫ ſm Albertum in ſexto libro ſui compendij ꝙ proprius ſacerdos dici



tur ſex modis.vno mō eſſe paſtor ecclie.ſecundo per determinationē ſuperioris. tertio ꝑ
priuilegiū quibuſdam indultum.vt ſunt predicatores minores ⁊ ſimiles ⁊c̄. quarto mō
per licentiam proprij ſacerdotis:non tamen licencietur niſi diſcretꝰ ⁊ honeſtꝰ.quinto mō
propter neceſſitatē quia inſtante neceſſitate vt mortis periculo ⁊c̄.quilibet ſacerdos ha-
bens claues de quibus dicetur inferius poteſt abſoluere. Sexto modo propter defectū
ſui proprij ſacerdotis videlicet quando eſt idiota reuelator confeſſionis vel incitans pe
nitentē ad peccatū ⁊c̄. Tamen aliqui voluerunt tenere per glo.illius decre.omnis vtriuſ
qꝫ ſexus.de pe.⁊ re. vbi dicitur ꝙ non habentes proprium non dicuntur proprij ſacerdo
tes ꝙ nec predicatores nec minores ⁊c̄.habentes priuilegiū pape poſſint audire confeſ-
ſiones ſine licentia proprij ſacerdotis.quod eſt falſum quia ſi requireretur licentia ꝓprij
ſacerdotis fruſtra eſſet priuilegiū cum ſine priuilegio poſſet ſacerdos parrochialis eis li-
centiam concedere.ex̄ de priuile.c.q̄ȝto.⁊.c.p.apoſtolicorum priuilegiorū.⁊ hoc probatur
ratione quam fecit in conſiſtorio publico contra ſic opinantes Iohannes papa.xxijꝰ.in
quadā extrauaganti que incipit vas electionis ſi ſit papa aut poteſt audire omnē hoīeꝫ
in confeſſione aut non. Non eſt dicendū ꝙ non quia ſic dicere eſſet contra fidē.ergo pōt
⁊ ſi ſic poterit cōmittere cuicunqꝫ ſacerdoti ꝙ poſſit eum audire quē ipſe papa poſſet au
dire cū hoc poſſit ſacerdos parrochialis ſ; priuilegiati qbꝰ papa cōmittit ſunt ſacerdo
tes.idcirco dicendum eſt ꝙ proprius ſacerdos eſt ille quem papa inſtituit ſiue ex iure ſi-
ue ex priuilegio ſpeciali in.c.duduꝫ.⁊.c.ſuper cathedrā.q̄ ponit᷑ ex̄ de pe.⁊ re.in ꝯſtitutio
ne dñi cle.bone meōrie. Et iō glo.c.oīs vtriuſqꝫ ſexꝰ ſuperiꝰ allegata ē ſimplicit᷑ negāda.
Nā priuilegiū dicit ꝙ poſſint ꝯfeſſiones fideliū audire iniūgere penitētias ſalutares ⁊c̄.

Pro maiori declaratione premiſſoꝝ eſt notandū ꝙ plures ſunt caſus in quibus pōt
quis confiteri alij q̄ȝ proprio ſacerdoti.vnus caſus eſt per auctoritatem apoſtolicā. Aliꝰ
caſus eſt per auctoritatē epiſcopalē ſeu dyoceſani. Alius caſus cū in articulo neceſſitatis
vt mortis vel alio mō qs poſitus non pōt ꝓpriū habere plebanū. Alius caſus cū qs va
gatur ꝑ terrā nec pōt ad ſuū accedere plebanū vel certū non habet plebanum. Alius ca
ſus eſt cū licentia vel ratificatione plebani quis alteri confitetur. Alius caſus poſtq̄ȝ ſuo
plebano ſemel in anno confitetur poteſt ⁊ ante alteri pro deuotione vel inſtructione vbe
riore confiteri ſicut ⁊ eger pōt alios peritos medicos preter ſuū pro ſanitatis remedio vo
care. Alius caſus ſi non dat plebanus ſubito ſuā copiam confitendi tempore debito per
fecte poteſt ad alium recurrere pro ſalutis ſue alimonia requirenda. Alius caſus eſt ſi ple
banus ſit inſufficiens in ſcientia in illis in quibus iſte indiget expediri.tunc potius que
rat alium q̄ȝ ꝙ ex inopia conſilij ꝑiclitetur. Exemplum de medico ignaro ⁊ vie ductore.
Alius caſus eſt ſi plebanus eſt notorius fornicator:tunc ſubditus poteſt alteri confiteri
Alius caſus ſi plebanus fuerit notatus de proditione confeſſionis. Alius caſus ſi pleba
nus conſueuit aliquē vel aliquā ſollicitare ad peccatum. Alius caſus ſi plebanus ſit per-
uerſor ſacramentorum nolens audire aliquem niſi pro precio. Alius caſus ſi plebanꝰ ſit
a iure vel a iudice ab officio pro culpa ſua ſuſpenſus. Alius caſus ſi plebanus ſit aliqua
ſentētia excommunicatiōis innodatus ſeu ligatus. Aliꝰ caſus ſi fuerit irregularitate irreti
tus. Alius caſus ſi ꝯ formā canonū tenet eccleſiā ⁊ titulo non iuſto. Alius caſus ſi eſt vi-
carius talis qui non tenet iuſte beneficium. Alius caſus cum aliquis non poteſt induci
vt ſuo confiteatur plebano pre verecundia vel timore ⁊c̄.debet potius ab alio audiri q̄ȝ i
periculo relinqui. Alius caſus ſi commiſerit crimen quod confiteri intendit cum plebano
ſuo. Item ſi litiget contra plebanum ſuum pro aliquo facto iuramento. Iteꝫ quando ad
hoc aliquis auditur vt ſic ad melius propoſitum attrahatur. Tamen congruuꝫ eſt ꝙ par
rochianus quando vult cōfiteri alij a ſuo plebano petat licentiam ſuo plebano quo recu
ſante debet recurrere ad ſuperiorem propter obedientiam. Itē plebanus non tenet᷑ eidē
miniſtrare ſacramenta niſi ſubditus eum certificet de confeſſione. Tunc ad rationes ⁊
primo ad primam dicendum eſt ꝙ ad abſolutionē a peccato requiritur duplex poteſtas
ſalicet ordinis ⁊ iuriſdictionis. Prima fuit equaliter data omnibus in die cene quando

xp̄s fecit diſcipulos ſuos ſacerdotes ⁊ etiã datur omnibus ſacerdotibus cum omnibus
dicantur hec verba. quodcunq; ligaueritis ⁊c̄. ab epiſcopo conferente ordinẽ ſacerdotij.
ſed poteſtas iuriſdictionis non fuit omnibus equaliter data. ſed eam dedit xp̄s immedia
te petro. ⁊ ideo indeterminate dominus dixit quorum remiſeritis ⁊c̄. poſt reſurrectionez
ſuam. Ad ſecundam quando arguebatur auctoritate Grego. dicendum eſt ꝙ loqui
tur de monachis illis qui iuriſdictionem habent ideſt quibus alicuius parrochie cura ẽ
cõmiſſa. de quibus aliqui dicebant ꝙ hoc ipſo ꝙ monachi erant nõ poterant abſoluere
⁊ penitentias iniungere quod falſum eſt. Ad tertiam quãdo arguitur ſicut ſacerdos
eſt miniſter huius ſacramenti ⁊c̄. dicendum eſt ꝙ ſacramentum eucariſtie non requirit im
periũ in aliquẽ ſecus autem de hoc ſacramento. Ad quartaz quando dicitur illud ad
quod determinate tenemur ⁊c̄. dicendum eſt ꝙ electio diſcreti ſacerdotis non eſt nobis
cõmiſſa ⁊ noſtro arbitrio facienda. ſed de licentia ſuperioris ſi forte proprius ſacerdos
eēt min⁹ idone⁹. Ad quintã qñ arguit̃ illud qđ inſtitutũ eſt pro charitate ⁊c̄. dicenduz eſt
ꝙ in caſibus illis in quibus probabiliter timet penitens periculũ ſibi vel ſacerdoti ex cõ
feſſione ei facta dz recurrere ad ſuperiorem ⁊ ab eo petere licentiam alteri confitendi qđ
ſi licentiã habere non poſſit idẽ eſt iudiciũ ſicut de illo qui nõ hz copiã ſacerdotis neci
tranſgreditur aliquis preceptũ eccleſie q: precepta iuris poſitiui non ſe extendunt vltra
intentionem precipientis que eſt finis precepti hoc eſt aũt charitas ſm apoſtolũ nec ite
rũ fit aliqua iniuria ſacerdoti q: priuilegiũ meret̃ amittere q̃ cõceſſo ſibi abutit̃. Ad
ſextã dicendũ eſt ꝙ in hoc ꝙ oportet confiteri ꝓprio ſacerdoti nõ artat̃ via ſalutis ſz ſuf
ficiens ad ſalutẽ via ſtatuit̃ peccaret aũt ſacerdos ſi non eſſet facilis ad prebendũ licentiã
confitendi alteri quia multi adeo infirmi citius ſine confeſſione morerentur q̃ tali ſacerdo
ti confiterentur. vnde illi qui ſunt nimis ſolliciti vt conſcientias ſubditorum per confeſſio
nem ſciant multis laqueum damnationis immittunt ⁊ per conſequens ſibiipſis ⁊c̄. Ad
rationes poſt oppoſitum ⁊ primo ad primam quando arguitur ille qui audit confeſſionẽ
eſt proprius iudex eius dicendum eſt ꝙ non eſt inconueniens ſi duo conſtituantur ſuper
eandem plebem quorum vnus ſit principalior altero ſicut epiſcopus. papa ⁊ curatus par
rochialis. Et quilibet eorum poteſt ea que ſunt iuriſdictionis ad ipſum pertinentia alteri
committere. Ad ſecundam quando dicitur ſicut ſe habet epiſcopus ad ſuã dyoceſim
⁊c̄. dicendum eſt ꝙ hoc eſt verum propria auctoritate ⁊c̄. Ad tertiam quando dici
tur non poteſt aliquod priuilegium indulgeri ⁊c̄. dicendum eſt ꝙ preiudicium non fit ali
cui niſi ei ſubtrahatur quod eſt in fauorem ipſius indultum: modo poteſtas iuriſdictiõis
omnino non eſt commiſſa alicui homini in fauorem ſuum ſed in vtilitatem plebis ⁊ hono
rem dei. ⁊ ideo ſi ſuperioribus prelatis expedire videatur ad ſalutem plebis ⁊ honorem
dei. poſſunt alij a proprio ſacerdote licentiam audiendi confeſſiones impartiri. Ad quar
tam quando dicitur illud per quod impeditur diuinum mandatum ⁊c̄. conceditur ⁊ ad
minorẽ dicendũ eſt ꝙ rector eccleſie debet vultum pecoris ſui agnoſcere per ſollicitã con
ſiderationẽ exterioris ꝯuerſatiõis ⁊ p ꝯfeſſiõis manifeſtationẽ aliquomõ ſz illud non im
peditur per priuilegium alicui iudultum de confeſſione audienda cum fiat ad maius bo
num ⁊c̄. Contra peccata detur ⁊c̄. Ab illa parte vſq; ad illaz cuius reſtituat actor oſtendit
modum imponendi ſeu iniungendi penitentiam ſm delicta dicens. ꝙ contra ſuperbiaz
debent iniungi opera humilitatis quia ſicut ſuperbia dicitur maximum peccatũ. ſm glo.
illius emundabor a delicto maximo ideſt ſuperbia. ita humilitas eſt maxima virtus. vn
de Auguſtinus nihil eſt quod valeat humilitati comparari. ideo dicebat ſaluator noſter.
Mathei. xi. Diſcite a me quoniam mitis ſum ⁊ humilis corde. vnde ſicut incentiuum ela
tionis eſt reſpectus deterioris. ita cautela humilitatis eſt conſideratio melioris ſm beatũ
Gregorium. Superbus enim odit frequenter ſocietatem humilium. Nam ſicut ille qui
cõmunicat ſuperbo induit ſuperbiã. Eccleſiaſtici decimotertio. ita ⁊ ille qui communicat
humili induit humilitatem. ideo dicebat beatus Auguſtinus ꝙ medicina tumoris homi
nis eſt humilitas chriſti. Conſideret ſuperbus ſe eſſe ſeruum dyaboli quoniam ipſe dya



bolus eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie. Cõſideret ſuperbus diem deſtricti iudicij. vbi
dominus retribuet abundanter facientibus ſuperbiam. Yſaie ſecundo. Dies domini ſu
per omnem ſuperbum ⁊ excelſum. Tunc enim ſuperbie corona pedibus conculcabitur.
Idcirco confeſſor diſcretus debet dare ſeu iniungere ſuperbo ſibi confitenti opera humi
litatis. Maceretur luxurioſus. Luxurioſo enim debent iniungi ieiunia ⁊ alia opera carnẽ
macerantia. Unde Eccleſiaſtici. xxviij. Secundum ligna ſilue exardeſcet ignis glo. ſcđm
modum victus creſcit vel decreſcit libido ideo ſubtrahe ligna ideſt victualia ſuperflua ⁊
minuetur ignis ideſt luxuriandi appetitus. Item debent iniungi vigilie orationes ⁊c̄. vn
de Eccleſiaſtici octauo. Ut ſciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens niſi deus det
adij dominum ⁊ deprecatus ſum illum ⁊c̄. Propria det cupidus. Contra auariciam de
bet opponi largitas in ſuis bonis diſtribuendis. ita ꝙ iniungatur auaro ꝙ diſtribuat de
bonis ſuis ſm qualitatem ſuarum diuiciarum pauperibus. Ieiunet ſepe guloſus. Con
tra gulam debet opponi abſtinentia. ⁊ vt ſic contraria contrarijs curent̃. Inuidus os tũ
dat. i. contra inuidiam debet opponi amor ⁊ dilectio. tundat ergo ſuum os inuidus a ma
liloquio: vt cuſtodiat animam ſuam. Prouerbiorum decimotertio. Qui cuſtodit os ſuũ
cuſtodit aĩam ſuã. Iratus corde remittat. Contra iram debet iniungi patientia manſue
tudo. ita ꝙ iracundo imponatur ꝙ remittat iniuriam ſibi factam aliter non abſoluatur. vn
de Auguſtinus vnuſquiſq; talem indulgentiam accepturus eſt a deo qualem ipſe dede
rit proximo ſuo. vnde Mathei. vi. Si dimiſeritis hominibus delicta eoruz dimittet ⁊ vo
bis pater veſter celeſtis peccata veſtra. Si autem non dimiſeritis alijs nec pater veſter
dimittet vobis. Quidam in mortis articulo conſtitutus teſtamentum fecit: in quo re
miſit in manu ſacerdotis iniuriam ſibi factam preſtito iuramento ꝙ hoc firmiter obſer
uabit: poſtea volebat agere actionem iniuriarum queritur an poſſit. Solutio. hoc dicit ꝙ
ſi mortis cauſa hoc fecit ſi poſtea conualeſcat poteſt agere actione iniuriarum. Secus ſi
ſimpliciter remiſit iniuriam. ff. de ſill. l. i. §. vltimo. cum voluntas hominis ambulatoria ſit
vſq; ad extremum exitum. ff. de admini. l. iij. ⁊ ff. de dona. int. vir. ⁊. vxo. l. cum hic ſtatus.
§. penitentiam. Tamen dicit ꝙ ammodo non aget actione iniuriarum. Item ſi remiſit vſu
ras amplius non poteſt repetere: cum ſacerdos ſit perſona publica. ff. de adop. l. non ali
ter. ⁊ ff. de pactis. l. cum pater pro filia. Item renuncians iuri ſuo amplius non auditur.
vij. q. i. capitulo q̃ periculoſum. ⁊ ex de renuncia. capitulo quidam cedenduz. Audiat of
ficia peregrinans accidioſus. Contra accidiam debet opponi diligentia ĩ bonis peragẽ
dis videlicet vt accidioſus vacet diuinis peregrinationib⁹ ⁊ ſimilibus q̃ incitant hoĩem
ſurgere a ſterqlinio accidie: ne cum negligẽtes fuerint circa ſeipſos negligat ipos domi
nus ſicut accidit fatuis virginibus Mathei. xxv. ideo dicit actor noſter in. c. de accidia.
Sepe libens ora faciẽdo ſancta labora. Pigri dũ poſſunt operari tempora deſunt. De
omnibus iſtis videatur in remedijs contra peccata. In tertia parte iſtius libelli. tñ peni
tentie ſunt arbitrarie de penitentia diſtinctione prima in principio. Queritur vtrum
peccator teneatur dicere peccatum quod non fecit. Reſpondetur ꝙ non per magiſtrum
xxi. diſtinctione quarti vbi dicitur ſicut penitens non debet celare peccatum quia ſupbia
eſt. ita nunc humilitatis cauſa fateri ſe reum illius quod ſe nõ cõmiſiſſe noſcit incauta eſt
talis humilitas ⁊c̄. Queritur vtrum penitens teneatur nominare perſonã cũ qua pec
cauit. Reſpondetur ꝙ non imo ſi velit hoc facere inhibeat ei ſacerdos tamen de cõditio
nibus perſone poteſt confeſſor inquirere. Queritur nunqd ſtatim poſt peccatum cõ
miſſum facienda ſit confeſſio. Et videtur ꝙ ſic per Hugonem de ſancto victore dicentẽ ſi
neceſſitas eſt que pretendatur contemptus non excuſatur. ſed quilibet tenetur vitare con
temptum ergo tenetur quilibet ſtatim confiteri poſt lapſum. Secundo ſic quilibet tenet̃
plus facere ad euadendum morbum ſpiritualem q̃ corporalez: ſed aliquis infirmus cor
poraliter non ſine detrimento ſalutis medicum querere tardat. ergo videtur ꝙ non poſſit
eſſe ſine detrimento ſalutis anime ſi huic copia ſacerdotis exiſtente in ſtatu peccati mor
talis ea non confiteatur ſtatim poſt perpetrationem delicti. Tertio ſic illud quod ſine ter

miſſo debetur ſtatim debetur:ſed ſine termino debet homo confeſſionē deo:ergo tenetur
ad ſtatim confitendum poſt peccatum. Breuiter ad illud dubium dicendum eſt ꝙ cum
propoſitum confitendi ſit annexum contritioni. Tunc tenetur aliquis ad hoc propoſitū
quando ad contritionem tenetur ſcȝ quando memorie peccata occurrunt. tamen non eſt
de neceſſitate precepti ꝙ homo ſtatim poſt lapſum cōfiteat̄ ſed ſemel in anno: vt viſū fuit
in.c.omnis vtriuſqȝ ſexus.de peni.⁊ re.veruntamen laudabile eſt vt ſtatim poſt lapſum cō
fiteatur. Tum propter recuperādam gratiam quam amiſit ſine qua nullus pōt fructuoſe
operari. Tum propter periculum mortis cuius hora eſt incerta.vnde Mathei.xxiiij Vi
gilate quia qua hora non putatis dominus venturus eſt ⁊c. Et eodem viceſimoquinto.
Vigilate q2 neſcitis horā neqȝ diē ⁊c. Tū q2 diu expectamur. Yſaie.v. Expectaui vt face/
ret vuas ⁊ fecit labruſcas. Item cōfeſſio debet fieri ſtatim q2 ad magna vocamur. Mat.
v. Gaudete ⁊ exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in celis. Item ne ab eternis nu
ptijs excludamur ſicut factum fuit fatuis virginibus que differebāt ſe preparare. Mat.
xxv. Item ne ab hoſtibus impediamur ſicut filij iſrael a pharaone. Exo.v. Itē ne blāde
ſeducamur ſicut piſcis per hamum ⁊ auis per laqueum.vnde Eccleſiaſtes.ix. Neſcit hō
finem ſuum ſed ſicut piſces capiuntur hamo ⁊ ſicut aues comprehenduntur laqueo ſic ca
piuntur hoīes in tpe malo. Itē ne conſuetudine teneamur ſicut arbor de facili non euelli
tur cum bene radicatur.ideo dicebat beatus Ber. Nimis durum eſt cor quod non emo
liunt beneficia:nec terrent ſupplicia nec alliciunt promiſſa nec caſtigant flagella. Tamen
notandum eſt ꝙ plura ſunt impedimenta penitentie. Puſillanimitas aggrediendi ſicut
equus vmbratic' terret a trūco vel ſix'. Pudor ꝯfitēdi.ſȝ ſicut dicit aug. verecūdia magna
pars pnie eſt. Horror faciendi pniam ſȝ dicit ſacra ſcriptura niſi quis penituerit veteris vi
te nō pōt nouā inchoare. ⁊ Aug. ſtultū eſt hominē viuere in ſtatu in quo nō audet mori.
ideo dicebat Salomon Eccl'a.xvij.conuertere ad dominū ⁊ relinque peccata tua.⁊ ibi
dem viuus ⁊ ſanus confiteberis ⁊ laudabis deum ⁊ glorificaberis in miſerationibus illi'
Aliud impedimentum eſt delectatio peccandi.ſed dicit ſcriptura. Momentaneum ⁊ tē
porale eſt quod delectat eternum vero quod cruciat. Aliud impedimentum ſpes diu vi/
uendi.ſed dicit dominus Luce tertio. Iam ſecuris ad radicē arboris poſita eſt.⁊ ſalomō
Eccleſiaſtici.v. Ne tardes conuerti ad dominum ⁊ ne differas de die in diem.ſubito enī
veniet ira illius ⁊ in tempore vindicte diſperdet te. Aliud impedimentum eſt deſpera/
tio obtinendi veniam.ſed dicit dominus per Eze quacūqȝ hora ingemuerit peccator vita
viuet ⁊ non morietur. Aliud eſt exemplum delinquendi.ſed dicit Augu. Stultus eſt qui
videt aliquem cadentem ſi non ſit in eodem loco cautior. Aliud ꝯſuetudo peccandi ſicut
Balaam conſuetus monſtris non curauit cum aſina loqueretur. Aliud poteſt eſſe de cō
fidentia de dei miſericordia ipm quando penituerit recipiendi quod eſt vnū peccatorū
in ſpiritūſctm̄.ſed dicit Gregorius. miam dei debemus erubeſcere ſi iuſticiam eius no/
luimus formidare. Et Salomon Eccleſia.v.ne dicas miſeratio dei magna eſt multitu/
dinis peccatorum meorum miſerebitur quoniam ſicut miſericordia:ita ⁊ ira cito ab illo p
ximat ⁊ in peccatores reſpicit ira illius. Tunc ad rationes in principio queſtionis. Et pri
mo ad primam qñ dicitur per hoc de ſac.vic.dicendum eſt ꝙ loquitur de illis qui ex con/
temptu ſine ſacramento decedunt. Ad ſecundā qñ dicitur quilibet tenetur plus facere
⁊c. dicendū eſt ꝙ non eſt de neceſſitate ſalutis corporalis ꝙ ſtatim medicū querat niſi qñ
neceſſitas infirmitatis incumbit. ⁊ ſimiliter eſt dicendum de morbo ſpirituali.tamen ſecu
rius ⁊ laudabilius eſt ꝙ ſtatim poſt lapſum quis confiteatur ⁊ hoc habetur per beatum
Thomam ſuper.xvij.diſtinc.quarti ⁊ in compendio theologie de pe.diſtinc.iij.c.ille rex.

Ad tertiā qñ dicitur illud quod ſine termino debetur ⁊c.dicendum eſt ꝙ retentio rei
aliene inuito dño cōtrariatur precepto negatiuo quod obligat ſemper ⁊ ad ſemper ⁊ ideo
tenetur ad ſtatim reddendum.ſecus autem eſt de impletione precepti affirmatiui quia ob
ligat ſemper ſed non ad ſemper.ideo non tenetur quis ad ſtatim implendum. Queri
tur. Nunqd poteſt mulier confiteri ſacerdoti cum quo peccauit carnaliter. Solutio. dicē



dum eſt ꝙ non:ſed debet licentiam petere alteri ſacerdoti confiteri poſito adhuc ꝙ ille ne
garet tam propter periculum peccandi cū illo ꝙ̄ propter minorem erubeſcentiā quam de
peccato haberet. Tamen ſi illi ſacerdoti confiteretur ⁊ eam abſolueret abſoluta eſſet.

Queritur nunquid poteſt quis confiteri per nuncium. Solutio dicendum eſt ꝙ nō
quoniam dominus precepit mundandis. Luce.xvij.vt oſtenderent ſe ſacerdotibus oēs
non vnus pro omnibus docens per hoc corporali preſentia peccata confitenda:nō per
ſcriptum:non per nuncium:non per ſignum:ſecluſa tamē ſemper cauſa neceſſitatis. ⁊ idō
Leuit.xiiij. Nō alium ſtatuatis qui pro vobis offerat munus ad moyſem ⁊ Aaron ſacer
dotes:ſed qui per vos peccaſtis per vos erubeſcatis.⁊ per magi.xvij.diſ.quarti ſentētiarū

Queritur nunquid confeſſio poſſit fieri per interpretem per ſigna aut per ſcripturā.
Solutio.dicēdū eſt ꝙ confeſſio debet fieri per verba tam propter erubeſcentiam cōfi
tentis ꝙ̄ etiam propter maiorem expreſſionem mentis conceptus. Veruntamen in illis
qui ſue mentis conceptus ſacerdotibus exprimere non valent ſufficiunt alia ſigna men/
tis conceptus exprimentia per que ſigna poſſit ſacerdos cognoſcere animum confiten/
tis:ſicut in mutis ſufficiunt ſigna vel ſcriptura ⁊ vbi ſacerdos non intelligit ydioma con
fitentis ſufficit interpres vel ſcriptura ſm ſacramentarium Bonauentu.⁊ beati Thome
xvij.diſt.iiij.ſen. Queritur vtrū interpres teneat̄ celare confeſſionē. Solutio dicen/
dum eſt ꝙ ſic.q2 auris ſacerdotis eſt ſm Bonauen. Queritur vtrum adultū acceden
tem ad baptiſmum cū actuali peccato neceſſariū ſit añ ſacramētū pnie accipe ꝙ̄ ſacramen
tum baptiſmi. Solutio ſm Bonauē.neceſſariū eſt vt penitētia prout eſt virtus cui' act'
eſt contritio pcedat baptiſmū in adulto qui hȝ actualē culpā.penitētia aūt vt eſt ſacramētū
ſm ꝙ homo cōfitet̄ ⁊ recipit abſolutionē nō eſt neceſſariū precedere. Ex quo ſequit̄ ꝙ pe
nitētia ꝙ̄tum ad contritionē neceſſario pcedit.confeſſio vero de cōgruo vt homo erube/
ſcat ⁊ peccata recognoſcat ⁊ de eorū remiſſiōe deo ingratus nō exiſtat quātū ad abſolutiō
nem ⁊ ſatiſfactionē nullo modo.ideo dico ꝙ pnia hȝ ꝙ eſt ſacramētū eccleſie ſequitur ⁊ nō
precedit ſacramētū baptiſmi ⁊c. Cuiuis reſtituat ⁊c.ab iſta parte vſqȝ ad illā hij qui
bus eſt pena actor noſter determinat de vno membro ſeu ſpecie:ſatiſfactionis .ſ.reſtituti
one quia ſatiſfactionis quattuor ſunt ſpecies ſcilicet oratio:ieiunium elemoſyna:⁊ reſtitu
tio. Sed quia de alijs membris actor noſter ponit tex.inferius.ideo hic tantummodo in/
tendo tractare de reſtitutione diuidens ſuā litterā in duas partes. In prima pte determi
nat actor de reſtitutiōe. In ſecunda docet ſeu inſinuat illos qui tenentur precipue ad re
ſtitutionē.ſecūda ibi:fur vſurator. Et huic parti ſecunde adducit quandā particulā cā du
bij remouēdi.ibi mandās conſiliās ⁊c. De reſtitutione p beatū Tho.in ſecunda ſecunde
queſtione.lxij. Quantum ad hoc eſt notandum ꝙ reſtitutio eſt de neceſſitate ſalutis:
qđ probat̄.q2 iuſticia eſt de neceſſitate ſalutis:reſtitutio eſt actus iuſticie comitatiue quia
alteri reddere qđ ſuum eſt:ergo reſtitutio eſt de neceſſitate ſalutis. Pro maiori decla/
ratione iſtius eſt notandum ꝙ triplex eſt reſtitutio.realis ⁊ non voluntaria: vt ſi quis co/
gatur reſtituere rem:⁊ talis reſtitutio proprie non eſt meritoria:cum non fiat libera volun
tate reſtituentis. Alia eſt realis ⁊ voluntaria:vt ſi quis ſponte reſtituat rem ad eſtimatiō
nem vel arbitrium boni viri:ſeu iuxta conſilium eccleſie. Alia eſt reſtitutio voluntaria ⁊
non realis.vt cum quis tentus reſtituere non habet vnde.ſed habet bonam voluntatem
reſtituendi: ⁊ talis reſtitutio voluntaria in non habentibus bene dicitur ſufficere cū volū
tas apud deum pro facto reputetur.ſ. in illo cui deeſt facultas.in glo.in.c.ſ.extra de eo qui
mitti.in poſ.cā rei conſeruande.tamen non obſtante tali voluntate tentus ad reſtitutionē
debet conteri ⁊ confiteri:cum propoſito realiter ſatiſfaciendi ſi ad pinguiorē venerit for
tunam .⁊ iſtud videtur ſonare principiū littere act. Secunda pars eſt ibi fur vſurator
⁊c.vbi actor noſter inſinuat illos qui precipue tenentur ad reſtitutionē .d.ꝙ ſunt illi qui in lit
tera continentur. Pro iſtius ſecunde partis maiori declaratione querit̄ primo vtrū
in furto rapina ⁊ huiuſmodi debeat fieri reſtitutio. Solutio dicendum eſt ꝙ ſic niſi in ca
ſu extreme neceſſitatis in quo omnia ſunt cōmunia.in.c.ſi quis.de fur.verūtamē in rebus

minimis que tanꝙ derelicte videntur a domino. furtum non cōmittitur etiā ſi capiantur
occulte: ſicut eſt acus penna nec tenetur accipiens ad reſtitutionem niſi haberet animū fu
randi ⁊ nocumentum inferendi proximo quia ſic furtum committeret ⁊ ad reſtitutionem
teneretur ꝙtuncunꝙ paruū eſſet. Queritur ſi aliquis accipiat rē alterius occulte auctori
tate iudicis vtrū committat furtū. Solutio dicendum eſt ꝙ nō. q: ſibi debitū factū eſt ſen
tentialiter adiudicandum ⁊c. Queritur vtrum ille qui rem ſuam occulte accipit ab alio
detentam committat furtum. Solutio. dicendum eſt ꝙ non. nec ad reſtitutionē tenet̄ cuꝫ
non grauet eum qui iniuſte detinet tamen peccat contra cōmunē iuſticiā dum vſurpat ſi
bi vſum ſue rei ordine iuris pretermiſſo: ideo tenetur deo ſatiſfacere ⁊ confiteri. ff. vnd̄ vi
l. ſi quis in tantā. ⁊ita de his q̄ vi me. c. ad audientiam. Super hoc tamē quidā dicunt ꝙ
ſi perſona que rem detinet ſit ita fortis ꝙ alius contra eam non poſſet litigare in accipiē
do ſic rem ſuam non peccat quia in hoc obtinet vim iuris. Similiter ſi iudex ſit abſens vl'
fauoralis iniurianti quia in talibus ſm Godofredum conceditur cuilibet a iure ꝙ bono
modo rem ſuam accipiat nec in hoc peccat. Opinio tamen beati thome que prima eſt eſt
communior. Querit̄ de hijs qui rem ſuam apud alium depoſitam accipiunt. Solu.
dicendum eſt ꝙ peccant q: grauant depoſitariuꝫ ⁊ poſſunt compelli ad reddendum ⁊ re
leuandum grauamen depoſitarij. Queritur nunquid poteſt aliquis rem iniuriantis
accipere furtiue pro re ſua violenter detenta. Solutio. dicendum eſt ꝙ rem alterius lo-
co rei ſue ablate etiam violenter cum in re illa nunꝙ dominium habuerit nō licet accipe
re alicui ⁊ qui hoc facit peccat: ⁊ ad reſtitutionem tenet̄. Hec eſt opinio magiſtroꝝ cōmu-
nior ꝙuis ſint opiniones in contrarium. Tamen omiſſis omnibus tutius eſt dicere ꝙ
nihil accipiatur alienum cum iuſta eſtimatio difficiliter habeatur ⁊ ad accipiendum ſint
homines proni. Furtum enim eſt contractio rei aliene contra domini voluntatem. inſti.
de furt. ⁊ extra de fur. in ſumma. ⁊ furti nomine omnis rapina ⁊ omnis illicita vſurpatio
rei aliene prohibentur per magi. ſenten. xxxviij. di. tertij. ⁊. xiiij. q. v. c. penultimo. Tamen
differunt furtum ⁊ rapina. quia furtum committitur ſine illatione violentie domino rei.
Rapina vero eſt remotio rei aliene ⁊ hoc cum violentia. Queritur vtrum rapina ſit
grauius peccatum ꝙ furtum. Solutio. dicendum eſt ꝙ ſic q: magis repugnat voluntati
illius cui aufertur. q: furtum fit per ignorantiam illius cui aufertur. Rapina vero p vio
lentiam: ideo cum nullus poteſtatem habeat ſuper alium niſi per poteſtatem publicam q̄
cunꝙ violenter aliquid alteri auffert non vtens poteſtate publica rapinam euidenteꝫ cō
mittit ⁊ ad reſtitutionē tenet̄. in. c. ſup eo. de rap. ⁊ incendi. tamē principes qui ſunt̄ cuſto
des iuſticie ꝑpter conſeruationē reipub. ſi exigant qđ eis ſm iuſticiā debetur quāꝙ vio
lentiam adhibeant non committunt rapinam. Similiter ad impugnandū hoſtes ſi p vio
lētiā a ſuis ſubditis accipiāt n̄ cōmittunt rapinā. Si vero abſꝙ ratiōe ⁊ contra iuſticiaꝫ
aliquid abſtulerint violenter rapinam committunt: ⁊ ad reſtitutionē tenentur ſicut latro-
nes ⁊ veſpertiliones. Similiter illi qui in bellis predantur ſi bellum fuerit iuſtū rapinam
nō cōmittūt ſed pñt peccare ex modo predādi ſcilicet ex nimio apperitu acquirēdi vl' ac
cipiendi ⁊c. Si vero bellum fuerit iniuſtum predātes rapinā cōmittūt ⁊ ad reſtitutioneꝫ
tenentur. Cum hic fiat mentio de bello iuſto queritur quot modis bellum dicatur iuſtū
Solutio. dicendum eſt ſm compen. ſeptē ſacramentoꝝ ꝙ bellum dicitur iuſtū tribus mo-
dis. Uno modo cū fit auctoritate principis cuius mandato bellū eſt gerendū q: pncipi
bus ⁊ publicis perſonis pertinet bella mouere ⁊ non priuatis. Secundo modo cum cā
eſt iuſta. ſ. cum illi qui impugnantur ſunt culpabiles. Tertio modo cum intentio eſt recta
ita ꝙ ille qui impugnat intendit malum corrigere ⁊ bonum promouere. Si vnum iſtorū
deſit bellum dicitur iniuſtum ⁊ illicitum. Pro vlteriori declaratione iſtius materie ho-
ſtien. in illa extrauagante innocentij pro humani in glo. ſua ſup verbo diffidatus que de
cretalis eſt hodie in ſexto ſub titu. de homi. ponit ſeptem ſpecies belli. Prima ſpecies ē
bellū rōnabile. ſ. cōtra infideles. l. hoſtes. ff. de capti. Secūda ſpecies eſt bellū iudiciale
qđ fit auctoritate iudicis cōtra cōtumaces ⁊ pro defenſiōe iuriſdictionis in. l. q̄ reſtituere



ff. de rei vendi. Tertia ſpecies eſt bellū preſumptuoſuꝫ. C. de ſeditioſis. l. i. ⁊. ij. Quarta
ſpecies eſt bellum licitum: ⁊ dicitur bellum licitum quotiens fit auctoritate iuris. C. quā
do li. vnicuiꝙ ſine iudi. ſe vindi. l. i. ⁊. ij. ⁊. l. vt vim. ff. ſte iuſti. ⁊ iur. Quinta ſpecies belli
dicitur bellum temerarium quando cōtra auctoritatem iuris bellatur. de ſentē. excō. c. p-
pendimus. ⁊. c. in audientia. Sexta ſpecies eſt bellū voluntarium. quando ſine cauſa fit
guerra. xxiij. q. i. c. noli. Septimum dicitur bellum neceſſarium ſe defendendo contra vo-
luntarie ſe īpugnantes. de reſt. ſpo. c. olim. ⁊ de ſentē. excō. c. dilecto. lib. vi. Et iſtoꝝ dicit
Hoſti. ꝙ quattuor ſunt iuſta ſcilicet rationabile iudiciale licitum ⁊ neceſſarium. Et vlteri⁹
dicit idem Hoſtien. ꝙ bellū iuſtum dꝫ precedere diffidatio. in. c. pro humani allegato. qđ
intendit quando eſt bellū de chriſtianis ad chriſtianos ⁊ quando fit iuſta de cauſa que in
principe preſumitur iuxta. l. omnium. C. de teſta. iuncta. l. humanū. de legib⁹: Jo. blāchi
in ſumma qui. mo. feu. amit. §. ⁊ debet dñm iuuare. ponit aliqua notabilia. ſ. ꝙ iuſtū bellū
dicitur ex pſona: ex re: ex cauſa: ex animo ⁊ ex auctoritate. Ex perſona. ſ. vt preliās ſit ſecu
laris ⁊ non eccleſiaſticus propter effuſionem ſanguinis extra ne cle. vel mo. cap. clericis. ⁊
xxiij. q. viij. c. clerici. ⁊. c. ſepe. niſi in neceſſitate ineuitabili extra de homici. c. poſtulan. ⁊ de
ſenten. excom. c. ex timore. Et ideo dicit Inno. in. c. olim. allegato. ꝙ prelatus in ꝑlio po
teſt intereſſe ⁊ proſequi ſed non occidere. Ex re. ſ. vt fiat pro rebus defendendis vel pro
defenſione patrie vel legum paternaꝝ. xxiij. q. ij. c. i. Item dicit Inno. in. c. ſi nulla. xxiij.
q. viij. ꝙ clerici pro tali cā pugnantes ⁊ lapides vel ſimilia facientes: dū tñ nō occidāt nō
ſunt irregulares. vt de cle. percuſ. c. pe. ⁊ vltimo. Ex cauſa. ſcilicet quando propter neceſ-
ſitatem pugnatur ſcilicꝫ vt p pugnā pax acquiratur. xxiij. q. i. noli. Ex animo vt non fiat
propter odium vel vltionem vel cupiditatem ſed propter charitatem iuſticiam obedien-
tiam ⁊c. e. q. c. quid culpatur. Ex auctoritate hoc eſt auctoritate eccleſie ſi eccleſia ſit ſupe
rior indicentis bellū. ⁊ maxime quando pugnat̄ pro fide vel auctoritate principis ſecula
ris ſi ſit ſuperior indicentis bellum. vt in. d. c. quid culpatur. ⁊ per Bar. in. c. explicamus.
de hereticis. Et concludit dictus Johan. blanchi ꝙ niſi alterum ex p̄dictis interueniat n̄
eſt iuſtum bellum: nec compellitur vaſallus dominum ſuum iuuare. Sed q: de vaſallis
fit hic mentio Queritur vtrum vaſallus teneatur dominum ſuum iuuare proprijs ſump
tibus. Docto. dicunt quia aut queritur vtrū vaſallus teneatur iuuare dominū ſuū in pa-
tria ⁊ non eſt dubium quin ſic etiam proprijs ſumptibus dum tamen habeat feudum ſuf
ficiens ex quo poſſit facere ſumptus al's dñm ſuū nō debꝫ iuuare niſi dñi ſumptibus. ar
gu. ff. de ope. liber. l. ſuo victu. ⁊ duab⁹. ll. ſe. in auc. de man. prin. §. illud quoꝙ. ff. ſi ſeruit⁹
ven. l. ⁊ ſi forte. §. etiā. l. idemꝙ. §. idē labeo. ff. manda. l. meuia. §. vxore. de an. leg. ⁊ ibi per
Bar. Aut queritur an teneatur vaſallus iuuare dominum ſuum extra patriā ⁊ dic ꝙ ſic
dñi ſumptib⁹ ꝓ quo. l. modios in ſi. cum ibi notatis. dum tamē dominus habeat iuſtaꝫ
cauſam ⁊c. ⁊ hoc quo ad furtum ⁊ rapinā Sequit̄ in tex. ſecūde ptis diuiſionis littere
vſurator vbi dicit actor noſter ꝙ vſurarij tenentur ad reſtitutionē. vñ vſurarius eſt q̄ ca-
pit aliquid vltra illud quod mutuat aut accipere intendit. Pro declaratiōe iſtius eſt
notandū ꝙ quedā ſunt res quaꝝ vſus eſt ipſaꝝ conſumptio ſicut tunica: vinuꝫ: bladum
oleum: ligna ⁊ ſimilia. ⁊ in talibus rebus cū nō habeant vſufructum nō pōt ſeorſum cō
putari res ⁊ vſus rei: ſed cuicunꝙ conceditur vſus rei talis ⁊ ipſa res conceditur ⁊ cuicū
ꝙ tales res conceduntur per mutuum transfertur in eum cui mutuantur ipſaꝝ reꝝ dñiuꝫ
ideo quicunꝙ mutuat alteri pecuniam bladum vinum ⁊c. non pōt retinere ſuper illđ do
miniū cum vtendo corrūpantur. ⁊ ideo vſus talium reꝝ vendi nō pōt quia ſi quis vellet
vendere bladū vinū ⁊c. ⁊ ſeorſum vſum vini vel bladi venderet bis eandem rem vel ven
deret id quod non eſt cum vinum ſit iam poratum: vel bladum comeſtum ⁊ ſic contra iu
ſticiam faceret ⁊ peccaret in. c. ſi feneraueris. xiiij. q. iij. Similiter qui mutuat vinum aut
triticum ⁊ petit vnam recompenſationē equalis rei vel aliā recompenſationem: pro pre-
cio vſus rei contra iuſticiam facit ⁊ tale mutuum, ſiue venditio vſura eſt que ſm Papiam
dicitur incrementum fenoris; ⁊ ſic de omnibus talibus rebus que vtendo conſumun-

tur pro vſu rei nihil accipiendum eſt q2 vſura ⁊c̃. Sunt autem alie res quarum vſus nõ
eſt ipſarum conſumptio ⁊ habent vſuffructũ ſicut ager equus domus ⁊ conſimilia. ⁊ in
talibus poteſt ſeorſum vendi res ⁊ vſus rei:vt cum aliquis mutuat equum aut agrũ aut
domum ⁊c̃.poteſt pro vſu rei talis accipere precium:nec in hoc peccat.ff.de iureiurã.l.cũ
qui.⁊ in glo.c.ſi feneraueris allegati. Breuiter dicendum eſt ꝙ cum vſuram vtriuſq; teſta
menti pagina deteſtetur.de vſur.c.ſuper eo vſurarius mutuando pro vſura peccat ⁊ ad
reſtitutionẽ tenetur:nec ꝑꝑ hoc peccat qui ꝓpter neceſſitatem ſuam accipit pecuniã al-
terius ſub vſura quia ſua neceſſitate ſubuenit. Secus eſſet ſi abſq; neceſſitate hoc faceret
quia ſic accipiens peccaret ⁊ vſurarium induceret ad peccandum. Itẽ ille eſt particeps
peccati vſurarij qui ſibi prebet aut preſtat pecuniam vt ex ea vſuram exerceat. Ex quib9
inducitur ꝙ non licet pro pecunia mutuata vel quacunq; alia re que vtendo conſumit
plus exigere q̃ q̃titatem pecunie vel rei mutuate ſeu valorem tꝑe quo mutuatur. Unde
manifeſte vſuram cõmittunt qui bladũ vinũ ⁊ huiuſmodi mutuant vel vendunt ad p̃ciũ
tempore ſubſequẽti quia tunc vſum rei iam conſumpte vendunt ſimiliter ⁊ tempus ſm
compendiũ ſeptẽ ſacramentoꝝ. Itẽ illi qui vendunt res ſuas carius q̃ ſit iuſtũ preciũ ꝑꝑ
expectationẽ ſolutionis vſurã cõmittunt q2 expectatio ſolutionis h3 rõnem mutui: ⁊ in
hoc etiã tꝑs vendũt.in.c.conſuluit.de vſur.⁊ per docto.ſuꝑ illud Lu.vi. Mutuũ date nil
inde ſperantes. Similiter q̃ emit rẽ min9 q̃ ſit iuſti precij propter anticipationẽ ſolutõis
vſuram cõmittit q2 illa anticipatio temporis habet rationem mutui cuius quoddam pre
cium eſt illud quod diminuitur de iuſto precio ⁊ hoc maxime in rebus que tradi nõ p̃nt.
ſicut ſunt illi qui emunt bladum in herba ⁊ huiuſmodi. Itẽ qui debet ad certum terminũ
pecuniam vel aliud ſi aliquid ſibi dimittatur vt citius ſoluat per cautelam ſuam vſuram
committit.quia tempus ſolutionis venditur:⁊ ad reſtitutionem tenetur:nec excuſatur ꝑ
hoc ꝙ ſoluendo ante terminum grauatur vel a creditore iudicatur ad hoc ſm compen.
ſeptem ſacramentorum. Similiter illi qui pecuniam accipiunt mutuo ſub vſuris ⁊ volẽ-
tes recuperare vſuras vendendo pannos aut alia mobilia pluſq̃ valeãt propter expecta
tionem ſolutionis vſuram committunt cum in hoc tempus vendatur.⁊ illa expectatio ra
tionem habeat mutui:nec poſſunt ſe excuſare eo ꝙ volunt ſe ſeruare indemnes recuperã
do in hoc vſuras quas debent. Poſſunt tamen mercatores licite vendendo res ſuas re-
petere moderatas expenſas quas fecerunt in portatione earum.ſicut patet in pannis ⁊
conſimilibus rebus:non tamen poſſunt repetere expenſas ſuperfluas in.c. nauiganti.de
vſuris. Ite3 ſciendum eſt ꝙ ſi alicui pro pecunia obligetur domus:ager.aut alia res
cuius vſus precio eſtimari debet ille qui mutuauit vſum illius rei debet computare in ſo
lutionem ⁊ reſtitutionem pecunie mutuate.in capitulo primo ⁊ ſecundo de vſur.⁊ ſm Jo
han.an.ibi. Niſi forte talis res fuerit.cuius vſus inter amicos concedi conſueuit ſine p̃-
cio ſicut liber ⁊ huiuſmodi. Notandum eſt ꝙ decime ex debito requirũtur.⁊ qui eas
dare noluerint res alienas inuadunt per beatum Thomam.lxxxvij.q. Unde Gẽn.xxvij.
habetur cunctorum que dederis mihi decimas tibi offeram. Item decimaſexta queſtiõe
prima .c.decime.habetur ꝙ de militia negociatione de artificio debent decime reddi.et
idem Auguſti. tamen de male acquiſitis que homo tenetur reſtituere nõ debet decimas
ſoluere.tamen ſi ager ſit emptus de vſura de fructu eius tenetur vſurarius decimas dare
ſi fructus illi non ſint ex vſura:ſed ex dei munere per beatum Thomam in ſecunda ſecun
de queſtion.lxxxvij. Sed de illis que acquirũtur ex turpi queſtu:ſicut meretricio:hyſtri-
onatu ⁊c̃.que non tenentur reſtitui quid iuris:dico ꝙ taliu3 debẽt decime ſolui.tamẽ ec-
cleſia abſtinet a talium decimis ne videatur eorum peccatis cõmunicare de premitijs fit
mentio ꝑ beatũ Thomam .q.lxxxviij. Queritur nunquid ille qui mutuat ⁊ damnum
incurrit ex mutuatione pecunie ſue vel conſimilis rei poterit damnum repetere. Solu-
tio.dicendũ eſt ille ꝙ qui ſolummodo amore ⁊ beniuolentia mutuat alteri pecuniam: vel
aliam rem ⁊ non pro precio poteſt ex pacto deducere cum eo qui mutuum accepit recom
penſationem damni quod mutuans incurrit ex hac mutuatione ſicut cum debet reddere



pecuniam ad certam diem ⁊ ille non ſoluit ⁊ propter defectum ſolutionis mutuans dam
num incurrit poteſt repetere damnum ſuum:nec hoc eſt pecuniã vendere:ſed ſe indemnẽ
ſeruare extra de fideicom.c.peruenit.⁊ duodecima queſtione ſecunda capi.ſi quis.⁊.ff.ꝓ
ſocio.l.ſocium.quia quãuis vſura non veniat in mutuo venit tamen intereſſe. Caſus eſt
notabilis extra de foro competenti capi.dilecti.⁊.ff.de in litem iurando.l.numerus.⁊.C.
de ſumma trinitate.l.cunctos populos.⁊ ſufficit confeſſio ſuper intereſſe facta in carta
mutui.vt notatur.ff.pro ſocio.l.ſocium. Queritur nunquid obſequium poteſt accipi
pro pecunia mutuata. Solutio.dicendũ eſt ꝙ beniuolentia amor ⁊ huiuſmodi poſſunt
ex mutuo recipi cum non poſſint pecunia menſurari. Munus tamen ab obſequio vel a
lingua non poterit repeti:ſicut nec munus a manu cum poſſit menſurari pecunia .quod
patet in ſeruitoribus qui obſequium ſuum vendunt ⁊ ſimiliter in aduocatis qui labore3
ſui conſilij ⁊ penam vendunt. Ueruntamen tale munus ab obſequio vel a lingua ex ſola
beniuolentia poteſt accipi non autem ex recompenſatione mutuate pecunie. Similiter
poſſet accipi munus a manu vel donum gratuitum:non ex pacto tacito vel expreſſo:q8
etiã dans donaſſet anteq̃ mutuo recepiſſet.ideo donum ex beniuolentia ſolũmodo po-
teſt mutuans recipere quia per mutuationẽ non fit peioris conditionis in capi.putauit
decimaquarta queſtione.iij.c.plerũq;. Super premiſſis nota ꝙ licet non poſſit pro pecu
nia mutuata plus exigi q̃ pecunia tamen ille qui committit pecuniam mercatori vel arti-
fici per modum ſocietatis poteſt.ſcilicet ille qui mutuat partem lucri quod ex ea prouenit
repetere ſicut de re ſua quia dominium pecunie non traſſertur in eum cui committitur pe
cunia:ſed magis remanet apud mutuantem ⁊ hoc intelligitur quando periculum damni
non ſolum ſpectat ad ſuſcipientem ſed etiam ad mutuantem. Et ſic eſt licitum ꝙ vnus ſo
cius det pecuniam ⁊ alius ſubeat laborem.in.l.vnica.ff.pro ſocio. Queritur nunq̃d
omnia que lucrata ſunt ex pecunia vſurata ſint reſtituenda. Solutio.dicendũ eſt ꝙ poſ-
ſeſſiones que ex vſuris ſunt comparate non fuerunt nec ſunt eorum quorum fuerunt vſu
re.⁊ ideo nõ ſunt eis totaliter reſtituende cũ ex induſtria ſua ⁊ labore ſuo ille qui recepit
vſuras eas acquiſierit. Et forte quia plus valent q̃ vſure. Sed quia obligate ſunt hijs
quorum fuerunt vſure.ideo precipitur vt vendantur. Et ipſarum precia reſtituantur ſm
quantitatem vſurarum receptarum. Et ſic intelligitur illa decretalis. cum tu. de vſuris.
Ille tamen qui recipit domum aut agrum aut pratum vel aliam rem que habet vſufru-
ctum ab alio ſub vſuris non ſolum tenetur reſtituere domum aut agrum ⁊c̃.ſed cum do-
mo vel agro ⁊c̃.tenetur reſtituere omnes fructus inde perceptos.quia fructus illarum re
rum ſequuntur eas ⁊ eis debentur in capitulo conqueſtus.de vſuris:⁊ capitulo primo ⁊
ſecundo. Aliud tamen eſt de rebus que non habent vſufructum vt ſunt bladum:vinũ
⁊ huiuſmodi.quia ſolum eas tenetur reſtituere ille qui eas vſuras recipit:nec illud quod
acquiſitum eſt ex illis rebus eſt reſtitutendum cum non ſit fructus earum:ſed humane in-
duſtrie niſi forte per determinationem eius rei alteri cuius eſt res que eſt per vſuram ex-
torta ſit nimis damnificatus.quia ille tunc qui per vſuram eam recipit tenetur ad recom
penſationem nocumenti. Queritur vtrum filij vſurariorum teneantur ad reſtituen-
das vſuras. Solutio.dicendum eſt ꝙ ſic per capitulum tua nos. de vſuris. Cuius
textus eſt talis. Tua nos duxit fraternitas conſulendum quid ſit de vſurariorũ filijs ob
ſeruandum qui in crimine vſurarum eis defunctis ſuccedunt aut extraneis ad quos bõa
vſurariorum aſſeris deuoluta. Cariſſie.t.q.in litteris preſentis reſpondetur ꝙ filij vſura
riorum ad vſuras reſtituendas ea ſunt diſcretione cogendi qua parentes ſi viuerent co-
gerentur. Et ad ipſum circa heredes extraneos credimus exercendum . Unde deus dici
tur punire filios propter peccata parentum vt habetur exodi viceſimo capitulo. ego ſu3
deus zelotes viſitans peccata patrũ in filios quod non eſt intelligendum ad litterã quo
niam vt habetur Ezechielis decimooctauo. Filius non portabit iniquitatem patris:nec
pater iniquitatem filij ſaltem in peccatis actualibus:ſed dicit iniquitates patrum redire

in filios qui oderunt ipſum :per quod oſtendit euidenter non ideo punire filios q2 pec-
cauerunt patres:ſed quia eis ſimiles quodam hereditario malo deum oderunt per ma
giſtrum triceſimatertia diſtinctione ſecundi ſententiarum. Uſurarij enim manifeſti ad
communionem chriſtianam:ſepulturam dei:oblationem altaris recipi non debent ſm
Johannem andree in capitulo quia in omnibus.de vſuris.⁊ hoc ſi in hoc peccato deceſ
ſerint. Circa reſtitutionem faciendam propter damnum illatum in rebus ſciendum
eſt ꝙ aliquis damnificatur in rebus dupliciter . Uno modo quia aufertur ei quod actu
habet ⁊ tale damnum reſtituendum eſt ſm recompenſationem equalem :ſicut comburen
do domum vel interficiendo equum ⁊c. Reſtitutio debet fieri ſm valorem domus vel
equi. Alio modo damnificatur aliquis quia impeditur ne adipiſcatur illud quod erat in
via habendi.Et tale damnum non oportet reſtituere ex equali : Sed ſm inſtam eſtimati
onem damni cum poſſit pluribus de cauſis impediri:ſicut de blado ſeminato ⁊ lucro im
pedito ⁊ huiuſmodi.⁊ ſic non tenetur damnificans ad totum prouentum reſtituendum
ſed ſolum ſecundum ratam ex ſcientia damni illati vel impediti ad arbitrium boni viri.

De impedimento autem beneficij ne alter adipiſcatur Notandum eſt ꝙ multipliciter
poteſt impediri. Uno modo impedit quis iuſte ne alter beneficium vel prebendam obti
neat intendens ad cōmodum ⁊ honorem eccleſie ſcilicet vt detur digniori cum alter ſeu
ipſe impeditus dignus non ſit.⁊ talis non tenetur reſtituere. Alio modo impedit
quis iniuſte ſcilicet cauſa odij inuidie aut vindicte ⁊c.⁊ tunc impediens ſi ille qui impe-
ditur nondum obtinuerit beneficium:ſed ſit ſolum in via obtinendi non tenetur ad reſti
tuendum equale.cum alter impeditus non ſit illud beneficium adeptus ⁊ poſſit plurib⁹
de cauſis impediri:ſed tenetur ad recompenſandum ſecundum arbitrium boni viri. Si
vero iam adeptus fuerit beneficium ⁊ iam ſit firmatum ⁊ impediatur impediens tenet
ad reſtitutionem equalem ſecundum ſummam ſeptem ſacramentorum ⁊c. Queritur
nunquid ſemper eſt facienda reſtitutio ei a quo res eſt ablata vel ei cui damnum eſt illa
tum. Solutio.dicendum eſt ꝙ ſic.ſi poſſit inueniri vel heredi ſuo cum vna perſona repu
tetur cum eo.ita ꝙ ſi fuerit multum diſtans debet ei tranſmitti ⁊ precipue ſi ſit res magni
valoris nec ex eo ſe teneat reſtituens grauatū ꝙ ei mittatur ⁊ expenſas faciat in mittēdo
quia hoc eſt in recompenſatione damni illati quod alter habuit propter defectū rei ſue
Si vero non poſſit ei comode mitti debet in loco tuto deponi vt pro eo ſeruetur. Si au
tem ille cui reſtitutio eſt facienda ſit ignotus:debet reſtitutio fieri ſecundum qd poteſt.ſci
licet per elemoſinas vel alio modo ſecundum conſilium eccleſie. Queritur vtrū ſta
tim ſit ſemper facienda reſtitutio. Solutio dicendum eſt ꝙ plures ſunt caſus in quibus
non eſt ſtatim facienda reſtitutio.. Primus ſi reſtitutio cederet in damnum recipientis
ſeu preiudicium vtputa reddere gladium iracundo. Secundus caſus eſt quando ce-
dit in infamiam reſtituentis.ſicut fur occultus debet captare tempus quo ſine diffamati
one reſtituat. Tertius eſt quando eſt impotentia in illo qui tenetur reſtituere:quoniā
inanis eſt actio quam excludit inopia debitoris de re.inactio enim tunc ſopitur ſed non
tollitur ſcilicet ſi veniat inops debitor ad pinguiorem fortunam extra de ſolutione.c.
Quartus caſus eſt quando ille qui tenetur reſtituere eſt in extrema neceſſitate.quia tunc
ad ſuſtentationem nature propria fiunt communia.de verborū ſignificationibus.libro
ſexto exiit. Sed ponatur caſus ꝙ ille qui tenetur reſtituere ⁊ ille cui reſtitutio eſt fiēda
ſint ambo in extrema neceſſitate quid iuris. Solutio dicendum eſt cum diſtinctione
quia vel ille cui reſtitutio debet fieri deuenit primo ad extremam neceſſitatem.vel ille qui
tenetur reſtituere vel vterq3 eodem tempore. Si primo modo debet ei reſtitui: tum quia
primo fuit dominus rei.tum quia factus eſt pauper. Si vero ille qui tenebatur reſtitue
re primo deuenit ad inopiam non tenetur reſtituere. Si vterq3 ſimul deuenerit ad inopiā
debet reſtitui domino principali qui nunq̃ deſiſtit eſſe dominus ſue rei ſecundū determi-
nationem Laudulp.xv.di.quarti. Queritur vtrum mercatores teneantur ad reſtitu-
tionem ſi committāt fraudem vendendo ⁊ emendo. Solutio.dicendum eſt ꝙ cū emptio



⁊ venditio ſint inuente pro communi vtilitate hominum ſm ꝙ re vnſus alter indiget nō
magis debet eſſe in grauamen vnius q̃ alterius.ideo debet ſm equalitatem rei cōtract⁹
inſtitui que equalitas rei ⁊ quantitas menſuratur ſm preciū pecunie pro qua res datur
⁊ ideo ſiue precium excedat quantitatem valoris rei vel res excedat precium totaliter nō
eſt equalitas iuſticie:⁊ ſic vendere carius aut vilius emere q̃ valeat eſt illicitum ſm ſe ⁊
peccatum. Ueruntamen ſi in emptione aut venditione alter multum leditur vtputa quia
vnus multum indiget re alterius ⁊ alter leditur ſi ea careat in tali caſu iuſtum eſt vt nō ſo
lum reſpiciatur ad rem que venditur ſed ad damnum quod venditor incurrit. Et ſic ſub-
ueniendo damno vendentis poteſt res vendi licite plusq̃ valeat ſm ſe:licet non plus vē
datur neceſſitatem habenti. Si tamen venditor non damnatur carendo re ſua non deb3
eam plus vendere q̃ valeat:licet ille qui emit lucretur ex ea quia vtilitatem que accreſcit
alteri non eſt ſuum vendere:licet poſſit vendere damnum ſuum ⁊ ſic ad reſtitutionem te-
neretur. Quia tamen precium carum rerum non eſt ſecundum ſe determinatum. Inde ē
ꝙ modicum plus vendere vel minus emere non tollit equalitatem iuſticie ſed ſatis per-
mittitur. Queritur quomodo venditio eſt illicita per defectum rei. Solutio.dicendū
eſt ꝙ tripliciter. Uno modo ſecundum ſpeciem rei:ſicut ſi vendatur aqua pro oleo .vel
ſtagnum pro argento . Si venditor cognoſcat defectum talem fraudem committit ad re-
ſtitutionem tenetur. Secundo modo venditio dicitur illicita ſecundum quantitatē que
per menſuram cognoſcitur. Ideo ſi venditor ſcienter vtatur defectuoſa menſura peccat ⁊
ad reſtitutionem tenetur. Tamen non propter hoc inconueniens eſt eſſe diuerſas men-
ſuras ſecundum diuerſitatem locorum propter diuerſitatem copie ⁊ inopie rerum.q2 vbi
eſt maior copia rerum conueniens eſt eſſe maiorem menſuram:⁊ idem dicendum eſt de
pondere. Hoc pertinet ad rectores ciuitatum ⁊ non ad priuatas perſonas. Tertio ex
parte qualitatis vt ſi vendatur animal infirmum pro ſano:qui ſcienter hoc facit fraudē
committit.⁊ in omnibus predictis vendens ſcienter peccat ⁊ ad reſtitutionem tenetur.
Si vero ignoranter hoc fecerit non peccat vendendo:ſed quando ad eius cognitionem
peruenit debet recompenſare emptori. Et ſicut ex parte venditoris fraus committitur ſic
quandoq3 ex parte emptoris:ſicut quando venditor ignorat rem ſuā precioſam vt ſi det
aurū purū qd credit eſſe auricalcum emptor ſi illd cognoſcat iniuſte emit minoris q̃ val3
⁊ ſic in omnibus alijs rebus que minus venduntur per ignorantiam vendentis ⁊ cogni-
tionem ementis . Sic etiam de illo qui vendit aurum purum pro auro ſophiſticato:⁊
emens cognoſcit ad reſtitutionem tenetur. Similiter ſi vendat aurum per arcumiā
factum pro vero auro fraudem committit cum non ſit aurum ita precioſum in ſubſtantia
ſicut verū aurū. Queritur nunquid venditor tenetur ſemper dicere vicium rei quam
vendit Solutio.dicendum eſt ꝙ ſi vicium rei que venditur occultum ſit venditor deb3
illud emptori manifeſtare alioquin doloſa eſt venditio ⁊ peccat venditor:quia dat emen-
ti occaſionem damni ⁊ periculi:⁊ tenetur venditor ad reſtitutionē ſeu ad recompenſatio-
nem damni .ſicut ſi venderet equum claudicantem pro veloci vel domum ruinoſam pro
firma:⁊ cibum corruptum pro ſano ⁊ huiuſmodi. Si vero eſt vicium manifeſtum ſicut
cum equus eſt monoculus ⁊ huiuſmodi:quia licet non competat venditori:poteſt tamē
eſſe competens alijs ſi ipſe propter iſtud vicium ſubtrahat de precio quantum oportet nō
tenetur ad manifeſtandū rei vicium .quia forte ſi manifeſtaret illud peccaret emptor q2
propter illud vicium plus vellet ſubtrahere de precio q̃ eſſet ſubtrahendum. Bene po-
teſt tamen licite venditor indemnitati ſue conſulere non manifeſtando rei vicium ſed reti-
cendo. Nota tamen ꝙ in re vicioſa vendenda cuius viciū venditor debet emptori ma
nifeſtare non oportet ꝙ per preconem venditor illud viciū manifeſtet ⁊ pronunciet.quia
ſic terreret omnes emptores ab emendo qui al's rē nō cognoſcerēt in quibus res eſt bo
na vl' inutilis:ſed ſufficit ſingulariē ei dicere q̄ rē vult emere ⁊ cui:pōt oēs ꝯditiōes rei ſi-
mul aperire.ſ.bonas ⁊ malas:q2 nihil ꝓhibet eſſe in aliq̄ bonū ⁊ viciū ⁊ ī m'ltis conditio

nibus eſſe vtile .⁊ in multis inutile. Item ſuper hoc nota ꝙ res poteſt vendi ſm pꝛe
cium quod reperitur in illis locis vicinis.vnde ille qui defert ad locum vbi cariſtia eſt bla
dum ⁊ ſcit plura alios blada afferentes per quos melius foꝛum habebitur.poteſt bladū
vendere ſm pꝛecium quod ibi inuenietur nec tenetur de ratione iuſticie manifeſtare aduē
tum alioꝛum bladum appoꝛtantium.Si tamen hoc manifeſtaret vel de pꝛecio ſubtrahe-
ret eſſet magne virtutis. De iſta queſtione tractatur per beatum Thomam ſecunda ſecū
de queſtione ſeptuageſima ſeptima. Queritur nunquid poteſt quis rem vendere
pluſꝙ̄ empta ſit. Solutio.dicendum ꝙ rem abſolute vendere pꝛopter cupiditatem lucri
ſolum eſt inhoneſtuꝫ ⁊ illicita eſt talis negociatio ⁊ clericis pꝛohibitum eſt rem vendere
carius ꝙ̄ empta ſit. Si autem pꝛopter aliquem finem honeſtum vt lucrum modera-
tum querat ad domus ſue ſuſtentationem vel ad ſubueniendum indigentibus:aut pꝛo-
ter publicam vtilicatem.ſcilicet ne res que ſunt patrie neceſſarie deſint:ſic talis negocia-
tio licita eſt ⁊ lucrum expedit non vt queratur quaſi finis ſed vt ſtipendium laboꝛis: Nec
ꝓpꝛie talis eſt negociatio. Sed ille qui rem emit ſolummodo vt carius vendat nego
ciatur.quia ſolum lucrum querit ⁊ turpis eſt queſtus. Sed ille qui emit non vt vendat
ſed vt teneat pꝛopter neceſſitatem ſubleuandam:⁊ poſtmodum pꝛopter cauſam neceſſa-
riam vendit non negociatur:nec talis venditio eſt negociatio:licet carius vendat ꝙ̄ eme
rit pluribus de cauſis. Pꝛima quia rem melioꝛauit:vel quia pꝛecium rei immutatum ē
pꝛopter loci diuerſitatem aut tempoꝛis vel pꝛopter periculum cui emendo ſe exponit ve-
hendo traſſerendo res ſuas de loco ad locum vel eas ferri faciendo aut pꝛopter alias ne
ceſſitates occurrentes.⁊ ſic vendendo res pluſquā ſint empte non eſt negociatio abſo-
lute ſed iuſta venditio. Negociatio enim clericis eſt pꝛohibita pꝛopter lucrum terrenoꝝ
cuius eſſe debent contemptoꝛes ne animum ſuum a diuino ſeruitio ſubtrahant ad quod
ſpecialiter ſunt deputati.ſecunda ad Thimo.ſecundo. Nemo militās deo implicat ſe ne-
gocijs ſecularibus vt placeat ei cui ſe pꝛomiſit. Queritur circa pꝛemiſſa vtrum ꝑ pꝛe-
ſcriptionem aliquis excuſetur a reſtitutione. Solutio dicendum eſt ꝙ pꝛeſcriptio mala fi
de habita non valet.ideo ſi quis longo tempoꝛe mala fide pꝛeſcripſit ſm ius canonicum
reſtituere tenetur reddendo quod abſtulit. Nam ius canonicum ſemper tendit ad como
dum animarum . Nullus autem in peccato moꝛtali exiſtens ſaluari poteſt. Ideo qui ma
la fide pꝛeſcripſit eſt in peccato moꝛtali cum rem alterius retineat iniuſte . Peccatum au-
tem non dimittitur niſi pꝛius reſtituatur ablatum. ſm Auguſtinū decimaquarta queſtio
ne quinta.niſi res. Quod autem talis pꝛeſcriptio mala fide habita non ſit ſine peccato
habetur extra de pꝛeſcriptionibus capitulo quoniam omne. vbi dicitur ꝙ omne quod ñ
eſt ex fide peccatum eſt . Sinodali iudicio diffinimus vt nulla valeat abſqꝫ bona fide pꝛe
ſcriptio tam canonica ꝙ̄ ciuilis cum generaliter ſit omni conſtitutioni derogandum que
abſqꝫ peccato moꝛtali non poteſt obſeruari. Unde opoꝛtet ꝙ qui pꝛeſcripſit in nulla pte
tempoꝛis conſcientiam habeat rei aliene. Si quis vero pꝛeſcribit bona fide poſſidendo
non tenetur ad reſtitutionem. Etiam ſi ſciuerit alienam fuiſſe rem poſt pꝛeſcriptionem.

Pꝛo cuius maioꝛi declaratione eſt notandum ꝙ pꝛeſcriptio eſt acquiſitio dominij
vniuerſalis vel directi per continuationem poſſeſſionis tēpoꝛis a lege diffiniti.ff.de vſu
capionibus .l.iij. Unde directum dominium habet qui eſt verus ⁊ pꝛincipalis dominus
Utile autem quando in veritate non eſt dominus ſed habet vtilitatē. Et differunt vſu-
capio ⁊ pꝛeſcriptio.quia vſucapio eſt in mobilibus.pꝛeſcriptio in immobilibus.C.de v-
ſucapio ⁊ pꝛeſcriptio.quia vſucapio completur triennio.
dicto diui adriani tollendo.l.finali. Item differunt quia vſucapio completur triennio.
pꝛeſcriptio nō. Itē vſcapio eſt fauoꝛabilis .pꝛeſcriptio odioſa. Cōueniūt tamē in hoc qꝛ
vtrobiqꝫ requiritur iuſtus titulus ⁊ bona fides ⁊ continuatio poſſeſſionis. de pſcripti.ſi
diligenti. Pꝛeſcriptio enī eſt inter pn̄tes decēnio.⁊ inter abn̄tes.xx.an.C.de pꝛeſcriptōe
lon.tempo.l.diutina. Tamen quedam ſunt perſone quibus non obijcitur longi tempo-



ris pꝛeſcriptio ipſo iure vt pupilli.ff.de acquirendo.re.domi.l.bone fidei. Item res fiſci
iuſti de vſuca.§.res fiſci. Item fundus dotalis non poteſt pꝛeſcribi.ff. de fundo dotali.
l.ſi fundus. Item reſpublica ciuitatis. Item res furtiue. Item res ſacre inſti.de vſucapio-
nibus.quamuis ſecundum aliquos res ſacre poſſint pꝛeſcribi quadraginta annis . vt ni-
tuntur domini tempoꝛales qui retinent decimas a ſummis pontificibus ad tempus eis
conceſſas pꝛo expellendo inimicos fidei ⁊ male faciunt quia quod pꝛo neceſſitate tem-
poꝛis factum eſt ceſſat ceſſante neceſſitate. Sed ceſſare pariter quodam vꝛgebat . pꝛima
queſtione pꝛima quod pꝛo neceſſitate.de illa materia qui voluerit vlterioꝛa querere vide
at de pꝛeſcriptionibus capitulo cum non liceat.decimaſexta queſtione tertia capitulo pꝛi
mo actione. Queritur quid iuris de reſtitutione nocumenti illati in perſonam vt eſt
abciſio membꝛi:defloꝛatio virginis ⁊ cetera: Solutio. Dicendum eſt ꝙ abciſio
membꝛi vel defloꝛatio virginis non poteſt reſtitui ad equale:cum membꝛum abciſum vel
integritas carnis reſtitui non poſſit. Tamen ſecundum recompenſationem ad arbitrium
boni viri debet fieri reſtitutio.vt in pecunia vel honoꝛe ⁊ cetera. Et hoc intelligitur de
virgine que per violentiam coꝛrumpitur quia ſi ex voluntate eius ſine fraude ⁊ violentia
coꝛrumperetur:non teneretur ad reſtitutionem ille qui defloꝛauit. Unde magiſter ſenten
tiarum in decimaquinta diſtinctione quarti in fine demit enim iniuſte quis alicui quod re
ſtituere non valet vt oculum vel vitam ⁊ huiuſmodi.⁊ tamen ſi penituerit peccati cum a-
moꝛe condigne ſatiſfactionis veniam habet nec ideo quiſꝙ̄ putet qui rem alienam iniu-
ſte abſtulit quam reddere poteſt de illo peccato penitere ac veniam conſequi niſi reſtitue-
rit ablatum ⁊ cetera. Mutilans tenetur ad reſtitutionem ſecundum arbitrium boni viri.
⁊ pꝛo cura medicis ſoluenda.⁊ pꝛo victu miniſtrando quo careret mutilatꝰ pꝛopter mem-
bꝛum mutilatum ⁊ toto tempoꝛe vite ſue extra de iniurijs ⁊ damno dato capitulo pꝛimo
ff.ad legem acquilleam qua actione in pꝛincipio.tenetur etiam mutilans ad conſolatio-
nem afflicti ſeu mutilati ⁊ ꝙ humiliet ſe ſibi. Homicida vero debet puniri pena tali-
onis ſecundum leges. Tamen in pꝛopoſito credo ꝙ occidens tenetur pꝛopinquis occiſi.
iuxta damnum ⁊ ſuffragia impendere pꝛo anima occiſi quamuis nunꝙ̄ poſſit equiualen-
ter ſatiſfieri ſeu fieri reſtitutio. De leſione fame quomodo debet reſtitui eſt notandum ꝙ
tripliciter videtur quis alteri famam auferre. Uno modo verum dicendo ⁊ oꝛdine debi-
to ſeruato ſicut pꝛodendo crimen alterius ſecundum oꝛdinem iuris : ⁊ ſic non tenetur re-
ſtituere. Alio modo verum dicendo ſed non oꝛdine debito ⁊ tunc tenetur ad reſtitu-
tionem fame quantum poteſt abſqꝫ mendatio : ſcilicet dicendo ſe iniuſte alterum diffa-
maſſe. Et ſi famam reſtituere non poteſt debet ei aliter recompenſare. Alio modo fal
ſum dicendo ⁊ iniuſte ⁊ tunc ſimiliter famam tenetur reſtituere ⁊ foꝛtius ꝙ̄ pꝛecedens ita
ꝙ quibus pꝛodidit ideſt coꝛam illis coꝛam quibus diffamauit tenetur dicere ſe malum
dixiſſe ⁊ mentitum fuiſſe ac malum crimen ⁊ falſum alteri impoſuiſſe ideo ſcribitur viceſi
maſecunda queſtione capitulo magne.ꝙ magne ſapientie eſt reuocare hominem ꝙ ma-
le locutus eſt. Et eſt bene ſignificandum ꝙ illi qui ex officio ſuo habent pꝛouideri ſaluti
animarum peccant niſi infamiam pꝛopꝛiam a ſe repellant cum fama ſit neceſſaria ad edifi
cationem pꝛoximi ſecundum Iſidoꝛum de ſummo bono ⁊ de accuſationibus.capitulo q̄-
liter habetur ꝙ paſtoꝛes ſunt ſicut ſignum ad ſagittam quare debent eſſe ſine macula : vt
grex caleſcat odoꝛe boni exempli. Repellitur enim infamia dupliciter ſcilicet vel cauſam
infamie ſubtrahendo vel linguas detrahentium compeſcendo. Sequitur in textu ac
toꝛis ſymon vbi actoꝛ vult dicere ꝙ ſymoniacus tenetur ad reſtitutionem ⁊ eſt pꝛopꝛie ſy
monia emere vel vendere aliquod ſpirituale ſeu annexum ſpirituali.vel alio modo ſic ſy-
monia eſt ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi aliquod ſpirituale ſeu annexum ſpiri-
tuali.pꝛima queſtione pꝛima in continuatiōe cauſe. ⁊ pꝛima queſtione tertia capitulo ſtu
dent. Et dicitur ſymoniacus a ſimone mago qui pꝛimus fuit huius ſceleris actoꝛ. Simo

AGOZA

niacus enim quantuncunqꝫ ſit occultus ipſo iure eſt ſuſpenſus de ſymonia.capitulo tan-
ta.Simoniacus enim non poteſt ſaluari niſi renunciauerit beneficio ſimoniace acquiſito
⁊ niſi reſtituerit omne illud quod per ſimoniam fuit acquiſitum vndiqꝫ prima queſtione
tertia capitulo ſi quis dator.De iſta materia tractaui latius in capitulo de auaricia. Se
quitur in textu vrens.ſuper quo eſt notandum ꝙ combuſtores ſacrorum locorum domo
rum ſegetum ⁊c̄.ſi impenitentes mortui fuerint carere debent chriſtianorum ſepultura
vt excommunicati. Johannes andreas in capitulo ſuper eo de rapto ⁊ incendio.Tamen
ſi in vita reſtituant vel caueant de reſtituendo in vita vel in morte admittuntur ad ſepul-
turam ⁊c̄.Et intellige ſi fuerint abſoluti ⁊ vere penitentes.Johannes andreas in capitu
lo in litteris de incendijs ⁊ in capitulo peſſimam.viceſimatertia queſtione octaua.Tamē
non eſt pretermittendum ꝙ incendiarij locorum ſacrorum excommunicati ab epiſcopis
ſuis publica denunciatione a papa ſolum poſſunt abſolui ⁊ non ab epiſcopis in capitu-
lo tua nos.de ſententia excommunicationis in cuius gloſa dicitur ꝙ incendiarij eccleſia-
rum ⁊ locorum ſacrorum ipſo iure ſunt excommunicati. Alij autem incendiarij non ip
ſo iure. Sequitur raptor.Super quo eſt notandum ꝙ ſi aliquis rapuerit virginem
tenetur eam ducere in vxorem ſi velit ſinautem tenetur eam dotare ad arbitrium bo-
ni viri in primo capitulo de adulterio ⁊ ſtupro.Si autem rapuerit ſponſam alterius vt le
gitur Leuitici viceſimo.Denteronomij viceſimoſecundo ⁊ viceſimoſeptimo.queſtione ſe
cunda.capitulo omne itaqꝫ.§.ſi quis debet mori.quia ibi dicitur ſi quis ſponſaꝫ alterius
oppreſſerit morte moriatur quia matrimonium violauit.⁊ eadem queſtione capitulo de-
ſponſatas puellas.habetur ꝙ tam raptor ꝙ̄ rapta niſi velint redire ad preſtinum ſtatum
excommunicentur ⁊ anathematizentur ⁊ omni communione priuentur. Mulier in ciui-
tate oppreſſa ſi non clamauerit rea eſt adulterij. Si in agro ⁊ cetera.innoxia cēſetur.Vio
lentum autem legibus ſubiacere deſtinamus. triceſimaquarta queſtione prima capitulo
Non ſatis. Alia eſt rapina que dicitur ſacrilegium vt rapere mulierem ſacratam. ra-
pere ſacrum de ſacro. ſacrum de non ſacro. non ſacrum de ſacro. vt habetur in capitulo
quiſquis.decimaſeptima queſtione quarta.⁊ per magiſtrum ſententiarum triceſimaocta
ua diſtinctione tertij ſententiarum. Alia eſt rapina que eſt ablatio rei aliene cum vio-
lentia.vnde Eccleſiaſtici triceſimoquarto.Qui aufert in ſudore panem quaſi qui occidit
proximum ſuum.Tales raptores comparantur lupo.ſopho.tertio.Judices eius lupive
ſpertini.Similiter comparantur leoni ⁊ vrſo. Prouerbiorum decimooctauo. Leo rugi-
ens ⁊ vrſus eſuriens princeps impius ſuper populum pauperem. De talibus enim
loquitur dominus Yſaie primo.Cum multiplicaueritis orationes veſtras non exaudiaꝫ
quoniam manus veſtre ſanguine ideſt peccato ſeu corruptione plene ſunt.Nec orationes
bonorum pro eis facte exaudiuntur quia aduerſantur eis lachryme pupillorum ⁊ vidua-
rum.ſecundum beatum Auguſtinum ſuper illud Auribus percipe lachrymas iuſtorum.
Nullum enim profectum poteſt raptoribus facere rapina nec corpori nec anime.Primo
corpori.quia ſubſtantie impiorum ſicut fluuius torrentis ſiccabuntur. Job. Nec anime:
quia de male acquiſitis non poſſunt facere opus fructuoſum.iuxta illud Eccleſiaſtici tri-
ceſimoquarto.Qui facit elemoſynam vel ſacrificium ex ſubſtantia pauperis eſt quaſi ille
qui victimat filium in conſpectu patris.Talium enim raptorum iudices erunt pauperes
quos ſpoliauerunt. Job. Pauper ibi iuſticiam tribuit ⁊ cetera .quia de illa materia tra-
ctaui in capitulo de auaricia. Sequitur in textu Juris deceptor.ſuper quo eſt notan
dum ꝙ iuris deceptores ſunt mali iudices:mali aduocati ⁊ notarij: praui teſtes ⁊ cetera.
qui malas cauſas ſcienter conſulunt ⁊ conducunt ⁊ bonas fraudulenter faciunt malas.
Omnes enim tales tenentur ad reſtitutionem de iudicibus peruerſis ⁊ aduocatis vnde
cima queſtione tertia quaſi per totum. De periurijs ⁊ iuramentis indebite prolatis
viceſimaſecunda queſtione prima ⁊ ſecunda quaſi per totum.⁊ ꝙ penitentia ſeptenni de
bent puniri vna cum ſatiſfactione condigna.triceſimatertia queſtione tertia capitulo hoc



ipſum.⁊ in capitulo neceſſarie: viceſimaſecunda queſtiōe quarta. De iſtis prauis iudici
bus ⁊ aduocatis legitur ſecundum beatum Auguſtinum ꝙ ſunt ſimiles immo peiores
hereticis quia ſunt falſarij legum ⁊ canonum. Hereticus enim quandoqꝫ ſuadet homini
bus quod putat eſſe credendum. ſed malus aduocatus ſuadet iudici vt agat quod ſcit
non agendum.Mali enim aduocati hoſtes ſunt iuſticie veritatis ⁊ equitatis quarum ta
men ſe amatores ⁊ defenſores profitentur.ideo de ipſis poteſt dici illud Yſaie quinqua-
geſimonono.Conuerſum eſt retrorſum iudicium ⁊ iuſticia longe ſtetit corruit in plateis
veritas:⁊ equitas non potuit ingredi. Aduocati enim mali ſunt hoſtes chriſti. Nam chri
ſtus in mundum venit vt pacem faceret. Aduocati enim diſcordiam ⁊ litem amant ⁊ que
runt.De talibus aduocatis legitur in quadam tragedia ſenece ꝙ cuidam viſum fuit Ne-
ronem apud inferos vidiſſe balneantem miniſtros vero circa eum aurum fluens infun-
dentes.⁊ inter cetera vidit chorum aduocatorum ad ſe venientem quibus dicebat.O ve
nale genus hominum ⁊ aduocati amici noſtri huc accedite ⁊ in hoc vaſe omni genere tor
mentorum replero mecum balneamini adhuc enim vobis ſupereſt locus. Similiter fal-
ſus teſtis tenetur ad reſtitutionem damni quod ille contra quem teſtatus eſt male incur-
rit ſecundum Laudulphum decimaquinta diſtinctione quarti ſententiarum ⁊ ſecunda q̄
ſtione prima capitulo votum facientem. Sequitur in textu alienarumqꝫ repertor.Su
per quo notandum eſt cum diſtinctione que habetur in gloſa decimaquarta queſtione
quinta capitulo Si quid inueniſti.vbi dicitur ſi inueni rem aliquam habitam pro dereli-
cta ⁊ intendam eam furari non committo furtum̄.⁊ ſi non habetur pro derelicta ⁊ credaꝫ
ꝙ ſic non committo furtum. Si tamen non habeatur pro derelicta nec credo ꝙ habea-
tur ſi eo animo accepi vt domino reſtituerem non committo furtum alias committo fur-
tum ſi retineam.ff.de furtis.l.falſus.§.qui alienum.Sed ſi quis inuenit theſaurum in lo-
co proprio ipſius eſt inuentoris. Si vero in loco alieno caſu fortuito dimidius erit ipſi⁹
inuentoris ⁊ dimidius domini loci.Si vero ſtudioſe queſiuit ⁊ inuenit in loco alieno to-
tus theſaurus erit domini loci. Si vero in loco ſacro vel religioſo caſu fortuito inuenit:
totus theſaur⁹ eſt inuentoris.inſtituta de rerum diuiſione.§.theſauros.C. theſaurum.l.
nemo.Tamen credo ꝙ ſi aliquid inueniatur in loco ſacro ſiue caſu fortuito ſiue alio ꝙ de
bet reſtitui illi qui amiſit ſi reperiatur.ſinautem debet conſilio diſcreti ſacerdotis ſeu con
feſſoris poni in edificio eccleſie.Si autem in loco prophano aliquid reperiatur debet re-
pertor ſignificare rectoribus eccleſiarum propinquiorum vt notificent in gn̄ali ꝙ ſi ſit ali
quis qui amiſerit ⁊ cetera. ꝙ veniat ad ipſum ⁊ datis certis interſignijs rei amiſſe reper-
tor promptus eſt reſtituere. Et ſi non reperiatur qui amiſerit debet repertor iudicio eccle
ſie erogare pauperibus ſeu in alia opera charitatis cōmutare. Multi enim credunt ſine
peccato eſſe ſi alienum quod inuenerunt non reddant dicentes deus dedit mihi cui de-
beo reſtituere diſcant hoc peccatum eſſe ſimile rapine.ſi qui inuenta non reddāt capitulo
multi.decimaquarta queſtione quinta. Si autem aliquis theſaurus in domo agro aut
alia poſſeſſione alicuius reperiatur debet ei reſtitui in cuius poſſeſſione fuit res reperta.
Et dico notanter theſaurus quia ſi Ticius amiſerit burſam ſuam ⁊ cetera.in fundo Me
uij non pro tanto debet eſſe burſa meuij immo ticij in facto conſcientie. De illa materia
teneo breuiter in facto conſcientie ꝙ ſi aliquid inueniſti quod fuerit alterius ſiue in loco
proprio ſiue alieno debes reſtituere amiſſori ſi poſſis eum inuenire. Sinautem iudicio
eccleſie debes diſtribuere aliter non agitur penitentia niſi reddatur res aliena.xiiij.q.vi.
capitulo Si res.⁊ per beatum Auguſtinum in epiſtola ad Macedonium. ⁊ per magr̄m
decimaquinta diſtinctione quarti ſententiarum. Nec ideo quiſq̄ putet qui rem alienam
iniuſte abſtulit quam reddere poteſt de illo peccato penitere ac veniam conſequi niſi reſti
tuat ablatū ⁊c̄.Talia enī illicite acqſita nō ſunt in bonis nr̄is.ff.p ſocio.l.cū duob⁹.§.vlt.

Et ideo de talibus non debet fieri deo ſacrificium: cum debeat fieri de bene acquiſitis.
Thobie quarto. de tua ſubſtantia honoꝛa dominum. De illa materia tractabo latius in ca
pitulo de elemoſyna. Sequitur in textu rectoꝛ dilapidans. Super quo eſt notandū
ꝙ alienatio rei eccleſiaſtice non tenet ⁊ qui eam alienauit excommunicetur niſi reſtituat i
capitulo ſi quis pꝛeſbyteroꝛum de rebus etiam alienandis vel non in ſumma per Johā
nem andree. ⁊ quaſi per totum titulum. Item talis alienatoꝛ deponendus eſt vt pꝛeuari
catoꝛ diuinarum rerum ⁊ pꝛeceptoꝛum caſſata omnino venditione que facta eſt in capitu
lo non liceat. duodecima queſtione ſecunda. Item qui emerit aut pꝛeceperit aliquid ex
pꝛedictis ⁊ non reſtituerit eccleſie iterum que eccleſie ſunt anathema ſit vſqꝫ dum fecerit
loco pꝛeallegato. Rectoꝛ enim eccleſie de bonis eiuſdem eccleſie non licet quicꝙ do
nare commutare vel vendere niſi foꝛte pꝛopter aliquod hoꝛum que ſequuntur. ſcilicet vt
melioꝛa recipiat ⁊ cum totius cleri conſenſu vel ſanioꝛis partis id eligat quod non ſit ec
cleſie dubium pꝛo futurum in capitulo cum apoſtolica de hijs que fiunt a pꝛelatis. Ta
libus enim dilapidatoꝛibus ⁊ alienatoꝛibus oꝛdine iuris pꝛetermiſſo dantur coadiuto
res ⁊ interdicitur omnis adminiſtratio ⁊ eccleſie competit actio perſonalis contra aliena
toꝛem ⁊ actio in rem contra poſſeſſoꝛem duodecima queſtione ſecunda capitulo apoſto
licos. nec tenet iuramentum in pꝛeiudicium eccleſie factum etiam ſi alienans iuraſſet non
repetere de iureiurando capitulo intellecto. Tamen bona eccleſie poſſunt alienari tribus
modis. pꝛo alimonia pauperum. pꝛo redemptione captiuoꝛum. pꝛo edificatione eccle
ſie. duodecima queſtione ſecunda in ſumma capitulo aurum hoc eccleſia. ⁊ hoc de conſen
ſu illoꝛum ad quos ſpectat; quia paſtoꝛ pꝛopꝛia auctoꝛitate non poteſt. in capitulo vt ſu
per aliqua. de rebus alienandis vel non alienandis. Breuiter videre meo dilapidato
res ſunt omnes illi qui pꝛodigaliter patrimonia eccleſie diſſipant ⁊ alienant oꝛdine inde
bito. ideo ſunt ipſo iure excommunicati vndecima queſtione tertia capitulo canonica ex
tra de ſententia excommunicationis capitulo cōqueſti. ⁊ decimaſeptima queſtione quar
ta. paragrapho nullus res eccleſie diſtrahat. Sequitur in textu quiuis damnum ma
le donans. Super quo nota ꝙ quouiſmodo damnum quis infert alteri indebite tenetur
ad reſtitutionem. extra de iniurijs ⁊ damno dato per totum. Sequitur in textu pars
adiecta ibi mandans conſiliās ⁊ cetera. vbi dicit actoꝛ noſter ſuccincte ꝙ non ſolum acto
res ſed mandantes iubentes conſilium dantes fautoꝛes ⁊ cetera. de quibus in littera fit
mentio. tenentur ad reſtitutionem in capitulo quante pꝛeſumptionis de ſententia excom
municationis. Tamen ſi vnus reſtituerit integre alij liberantur quo ad illum cui reſtitutio
pꝛincipaliter debet fieri ſꝫ tenetur quiſqꝫ pꝛo rata reſtituere illi qui pꝛo omnibus reſtituit
licet pꝛincipalis actoꝛ pꝛimo ⁊ pꝛincipaliter teneatur vnde rei ſunt non ſolum qui faciunt
ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Et ſecundum compendium ſeptem ſacramentoꝝ
ſub paucis clauduntur illi qui tenentur ad reſtitutionem. vnde verſus. Juſſio conſilium
conſenſus palpo recurſus. Participans mutus non obſtans non manifeſtans. Juſſio. ſ.
qui iubet iniuſte accipere vel damnum inferre. Conſilium ideſt qui dat conſilium accipiē
di rem alienam ſeu damnum inferendi alteri. Conſenſus ideſt qui conſentit vt alter dam
nificetur. Palpo ideſt adulans facienti ſcilicet dicendo eſſe ſtrenuum factuꝫ ⁊ huiuſmodi
ex cuius adulatione ſequitur damnum alterius. Recurſus ideſt receptans dantes dam
num vel adiuuans vel defendens. participans ideſt communicans vel ſocius maleficij.
Mutus ideſt ille qui videns maleficium tacet ſiue ſit perſona publica ſiue pꝛiuata. Non
obſtans ideſt non obijciens malefactoꝛibus cū hoc poſſit vel facto vel dicto vt ſunt pꝛin
cipes iudices ⁊ cetera. Non manifeſtans malefactoꝛem quando latitat. omnes enim pꝛe
dicti tenentur ad reſtitutionem. veruntamen pꝛincipalis actoꝛ tenetur pꝛimo ⁊ pꝛincipa
liter. Et ſi non habeant vnde reſtituant peniteant cum bona voluntate reſtituendi: ⁊
recta intentione dum habuerint vnde ⁊ cetera. Ex pꝛemiſſis patet ꝙ omne alienum



debet reſtitui. vnde alienum dicitur illud quod detinetur iniuſto domino. Et dicitur alie
num quinqꝫ modis. Uno modo quia abſolute eſt ablatum. Secundo quia de vſura acce
ptum. Tertio quia damnum alicui intulit ſicut q̄n teneť ad intereſſe. quarto q̄ñ ex aliquo
fructifero, puenit vt habens agrū in pignoꝛe niſi fructus cōputet in ſoꝛtē alienum retinet.
Quinto alienum eſt quod acquiritur in ludo taxilloꝛum vel ſimilium lucroꝛum que non
habentur ex induſtria hominum ſeu ingenio. De ludo taxilloꝛum eſt notandum illud qđ
habetur in gloſa capitulo clerici de vita ⁊ honeſtate clericoꝛum. ⁊ in gloſa trigeſimaquin
ta diſtinctione capitulo epiſcopus. vbi recitatur duplex opinio de acquiſitis in ludo ta
xilloꝛum. pꝛima fuit ꝙ lucrans in ludo taxilloꝛum non debet reddere pecuniam perdenti
ſed erogare pijs operibus in capitulo pleriqꝫ de immunitate eccleſiarum. ⁊ in gloſa cap̄.
clerici. de vita ⁊ hone. cleř. Alia opinio eſt ꝙ ille qui perdit rem in ludo taxilloꝛum poteſt
repetere ⁊ ideo eſt ſibi reſtituendum. ff. de alea. l. pꝛima in fine. vbi dicitur ꝙ ſi ſeruus vel
filiuſfamilias amiſerit vel illi qui non ſunt ſui iuris paterfamilias dominus vel tutoꝛ po
teſt repetere vſqꝫ ad quinquaginta annos pignus ſi expoſuerit ⁊ vſqꝫ ad triginta annos
pecuniam. ⁊ ibidem notatur ꝙ ſi quis in illo ludo vendit hereditatem ſuam non tenetur
de emptione accepta. ff. quarum rerum actio non datur. l. ſecunda. §. vno. ⁊ ratio aſſigna
tur quia licet foꝛte in ludo taxilloꝛum dominium transferatur repeti tamen poteſt. Lau
dul. quidam venerabilis doctoꝛ oꝛdinis fratrum minoꝛum ſuper decimaquinta diſtincti
one quarti ſententiarum. tenet ꝙ lucrans in tali ludo tenetur ad reſtitutionem. Et amit
tens poteſt repetere vel ſi nondum ſoluit poteſt non ſoluere. ſecus eſt de ludo ſcacoꝛum
vbi potius humanum ingenium exercetur. Item ille qui trahit alium ad ludum frau
dulenter tenetur ad reſtitutionem. Tamen alia opinio ponitur que talis eſt ꝙ ſi amit
tentes alieno iuri ſubiecti ſint vt minoꝛes vigintiquinqꝫ annis ſerui furioſi ⁊ ſimiles. eis
vel illis in quoꝛum poteſtate ſunt debet reſtitui illud quod amiſerunt. Si autem non
ſint alieno iuri ſubiecti illud quod amittunt debet pauperibus erogari: quia vterqꝫ eo fa
cto pꝛiuatur dominio talis rei. Queritur vtrum mulier que per adulterium ſuſcepit
puerum ⁊ dedit marito vt ſuum filium teneatur ad reſtitutionem. Solutio. Dicen
dum eſt ꝙ talis adultera debet ſuadere honeſtis vijs vt intret religioneꝫ talis filius quē
concepit ab alio a ſuo marito. vel ꝙ efficiatur clericus ⁊ viuat de beneficijs eccleſiaſticis
nullo modo tamen poteſt pꝛodere ſuum crimen nec filio ſuo dicere ⁊ ſi nullam viam tan
dem inuenire valeat ꝙ iſte ſpurius hereditatem dimittat debet de ſua dote ſi habeat vel
de aliquo alio agere ad emendaꝫ heredi legitimam quod ſi nihil habeat de peccato acer
rime doleat ſꝫm Laudulphum ſuper decimaquinta diſtinctione quarti ſententiarum.

Queritur ſi quis pꝛecidit venas in fundo ſuo per quas deriuatur aqua ad puteum
vicini ſui taliter ꝙ aqua impeditur facere curſum ſuum ſolitum ſcilicet ad puteum vicini
nunquid tenetur ad reſtitutionem. Solutio. Dicendum eſt ꝙ non ſi hoc fecerit ſine
fraude pꝛopꝛie vtilitati conſulens puta quia vtile erat ſibi habere murum ibidem qui qui
dem murus non poterat conuenienter aliter haberi niſi per pꝛeciſſionem venarum. ff. de
regulis iuris. lege. nemo damnatur. ille caſus habetur in lege ſecunda. ff. de noui operis
nunciatione. Sequitur in textu Hij quibus ⁊c. ab iſta parte vſqꝫ ad illam ſi fuit igna
rus confeſſoꝛ. ac. declarat poteſtatem ſacerdotis quia aliquis poſſet dubitare vtrum quili
bet ſacerdos habeat poteſtatem abſoluendi ab omni caſu ſine exceptione. Et actoꝛ noſter
dicit ꝙ non immo ſunt plures caſus in quibus confeſſoꝛ tenetur mittere penitentem ad
dyoceſanum vt eum abſoluat vel vt penitentem remittat ad ſummum pontificem ſꝫm ca
ſus enoꝛmitatem excepto caſu neceſſitatis vbi de moꝛte penitentis timetur quia tunc qui
libet ſacerdos poteſt abſoluere penitentem iniungendo ei ꝙ ſi cōualuerit ⁊ neceſſitas ceſ
ſauerit ꝙ adibit epiſcopum ſuum vel ſuum penitentiarium vel ſummum pontificem pꝛo
maioꝛibus peccatis pꝛo quibus niſi eminuiſſet articulus neceſſitatis erat remittendus qꝛ
licet poteſtas ſacerdotalis que confertur in oꝛdine ſe extendat quantum eſt de ſe ad om
nia peccata remittenda, Tamen quia ad vſum huius poteſtatis ſequitur iuriſdictio que a

maioribus in inferiores deſcendit poteſt ſuperiori aliqua ſibi reſeruare in quibus iudicium inferiori non committit ⁊ enumerantur communiter ſexdecim caſus pro quibus ſimplex ſacerdos debet remittere penitentem ad ſuum ſuperiorem quiquidem caſus continẽtur in iſtis verſibus. Qui facit inceſtum deflorans aut homicida. Tranſgreſſor voti periurus ſortileguſq;. Sacrilegus patrum percuſſor vel ſodomita. Et mentita fides faciens incendia: prolis oppreſſor: blaſphemus: hereticus: omnis adulter. Clerum percutiens is adeat preſulem. Inceſtus eſt concubitus carnalis inter perſonas eiuſdem ſanguinis ſicut cum matre: filia. cognata: ⁊ cetera: vel eiuſdem affinitatis. vt cũ conſanguinea vxoris ⁊ cetera. vſq; ad gradum prohibitum per canonem in ſua ſumma de affinitate ⁊ conſanguinitate. ⁊ ſicut cauſatur inceſtus ex parte viri: ita ex parte femine quando cognoſcitur mulier ab aliquo de ſuo ſanguine vſq; ad gradum prohibitum ⁊ ita poſſet dici de compatre ⁊ commatre paterno ⁊ filiola ſi commiſceant ⁊ cetera. De patre ſpirituali ⁊ ſua filie ſpirituali. Unde ſilueſter vt recitat magiſter ſententiarum quadrageſimaprima diſtinctione quarti Admonemus vt ad ſuam penitentialem nullus ſacerdos accedat quia ſcriptũ eſt omnes quos in penitentia accepimus ita noſtri filij ſunt vt in baptiſmo ſuſcepti quorum omnium flagitioſa eſt commixtio ⁊ cetera. Deflorans violenter virginem. Alij dicunt quoquomodo extra bonum matrimonium ⁊ illud videtur dicere compendium ſeptem ſacramentorum in titulo de penitentia ⁊ non primum ⁊ illud peccatum proprie dicitur ſtuprum ad primum capitulũ refertur raptus qui eſt mulieris violenta oppreſſio. Homicida voluntarius ſcilicet inſidiando: inuadendo: conſilium ⁊ auxilium prebendo. adulando: conſentiendo: celando: ⁊ diligentiam debitam adhibendo. quia non ſolum qui manibus occidũt homicide ſunt: ſʒ etiã quoꝝ auxilio: conſilio. mãdato. fauore ⁊ cetera. aliquis occiditur de penitentia diſtinctione prima capitulo periculoſe. ⁊ capitulo ſicut dignum de homicidio. Tamen notetis hic de voluntate occidendi ꝙ vbi factuʒ ſequitur voluntatem grauius eſt peccatum. licet quo ad deum cenſeatur homicida volens occidere. de penitentia diſtinctione prima capitulo ſi cui. Nam grauior penitentia imponitur interfectori q̃ volenti interficere. eadem diſtinctione capitulo homicidiorum. ⁊ octuageſima ſexta diſtinctione capitulo paſce. Peccata enim que ſola voluntate committuntur ſola voluntate dimittuntur. ſm Bartholum arbi. ff. de pactis. l. ab emptione. tamen illa praua voluntas debet per penitentiam purgari. quia voluntas quo ad deum reputatur pro facto in eo cui deeſt poteſtas in gloſa capitulo primo. extra de eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruande: Ad illud propoſitum querit Bonauentura vtrum grauius peccat qui vult ⁊ non poteſt q̃ qui vult ⁊ facit cum vtrobiq; ſit voluntas plena. Soluit idem doctor dicens ꝙ ratione maioris contemptus opus non addit ad iniquitatem voluntatis quia voluntas plena auertit a deo per ſe ſicut cum eſt operi coniuncta. ſed ratione delectationis ⁊ damnificationis addit opus ad nequiciam voluntatis. Magis cuiʒ delectatur fornicans actu q̃ voluntate ⁊ maius damnum infert occidens actu q̃ voluntate. ⁊ ſecundum hoc exponitur gloſa qui addit opus voluntati apponit iniquitatem iniquitati ſuper illuʒ pſalmum. Saluũ me fac ibi appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum: ⁊ non intrent in iuſticiam tuam ⁊ cetera. Nota tamen ꝙ primum peccatum eſt que mala ſunt cogitaſſe. Secundum cogitationibus acquieuiſſe peruerſis. Tertium eſt quod mente quis decreuerit opere complere. Quartum eſt poſt peccatum non agere penitentiam ⁊ ſuo ſibi complacere delicto. de penitentia diſtinctione prima capitulo q̃obrem. §. idem. ſuper tribus ſceleribus damaſci. Item eſt notandum ꝙ differentia eſt inter peccatum ⁊ iniquitatem. quoniam peccatum eſt opus. iniquitas autem qualitas mentis in gloſa capitulo ille rex. de penitentia diſtinctione tertia vbi dixit Ambroſius ꝙ peccatum eſt opus iniquitatis quia ex iniquitate vt ex cauſa procedit.

Queritur vtrum caſu occidens hominem teneatur homicida. Solutio. Dicendum eſt quia aut dabat operam rei licite ⁊ adhibuerit diligentiam quantam potuit: ⁊ ſic



ei non debet imputari. extra de homicida. capitulo dilectis. ⁊ capitulo ex litteris. ⁊ capitulo vltimo. ⁊. l. diſtinctione. capitulo ſi quis. ⁊ tribus capitulis ſequentibus. ⁊ capitulo ſi duo fratres. ⁊ capitulo hij que. eadem diſtinctione. Si autem non adhibuerit diligentiam quam potuit imputabitur ei propter negligentiam ſuam que culpe videtur annumerari. aut non dabat operam rei licite ⁊ tunc ſiue diligentiam adhibuerit ſiue non: ſemper imputabitur ei. quinquageſima diſtinctione capitulo clerico. capitulo ſi qui voluntate. ⁊ extra de homicida. capitulo continebatur. De hoc tractabo latius in titulo de ſacramento ordinis. Tranſgreſſor voti ideſt extra caſum neceſſitatis. Super quo nota ꝙ votum eſt promiſſio facta deo de aliquo actu virtutis. Alio modo diffinitur ſic. Uotum eſt alicuius boni cum deliberatione deo facta pollicitatio. in capitulo primo de voto ⁊ voti redemptione in gloſa. Ulterius notandum eſt ꝙ votum eſt duplex: ſcilicet tacitum ⁊ expreſſum. Uotum tacitum fit ex ſola cordis cogitatione. ⁊ diffinitur ſic. Uotum eſt conceptio melioris propoſiti animi deliberatione firmata. Uotum vero expreſſum fit verbis vel ſignis: ⁊ diffinitur ſic. Uotum eſt teſtificatio quedam promiſſionis ſpontanee que deo ⁊ de hijs que dei ſunt proprie fieri debet per magiſtrum ſententiarum trigeſimaoctaua diſtinctione quarti vbi dicit idem magiſter ꝙ votum eſt duplex. commune ⁊ ſingulare Commune eſt illud quod in baptiſmo omnes faciunt cum ſpondent renunciare dyabolo ⁊ pompis eius. Singulare vt cum aliquis ſponte promittit ſeruare virginitatem vel continentiam vel aliquid huiuſmodi. Item ſingulare diuiditur quia aliud eſt priuatuʒ: aliud ſolenne. Priuatum eſt votum in abſcondito factum. ⁊ ſecundum iuriſtas dicitur votum ſimplex quod fit mente deo vel nuda promiſſione ſine ſolennitate ſpeciali. Uotum vero ſolenne fit in conſpectu eccleſie: ſcilicet quando homo actualiter ſe deo dedicat per ſacri ordinis ſuſceptionem per profeſſionem debite regule debito modo facte in manu ſuperioris cui profeſſio debet fieri per ſuſceptionem ſacri habitus qui tantum datur profeſſis per doctores triceſimaoctaua diſtinctione quarti ſententiarum ⁊ de voto ⁊ voti redemptione. ⁊ quomodo ſolennizatur votum habet videri viceſimaſeptima queſtione prima capitulo ſicut qui clerici vel vouentes. capitulo rurſus. In generali poteſt votum ſic diffiniri. Uotum eſt alicuius boni cum animi deliberatione deo facta promiſſio. Notanter dicitur cum animi deliberatione: quia plura requiruntur ad votum. deliberatio voluntatis qua qui vouet debet prius deliberare in mente vtrum illud quod vouere vult ſit ei expediens ⁊ an poſſit perſeuerare. ſecundo requiritur ꝙ propoſitum ſit firmum. Item proſpicitur promiſſio voti in qua ratio voti conſiſtit. Queritur vtrum poſſit fieri votum de malo ſicut de bono. Solutio. Dicendum eſt ꝙ ſimpliciter votum eſt alicuius boni ideo de eo quod malum eſt ſimpliciter non poteſt fieri votum. vt ſi aliquis voueat ſe fornicari aut hominem occidere ⁊c̃. In omnibus talibus decretum voluntatis eſt mutandum ⁊ agenda eſt penitentia de turpi voto. Similiter votum non debet fieri de impoſſibilibus vt ſi voueat ſe non moriturum. Item non debet fieri votum de indifferenti inquantum ſcilicet non eſt de materia virtutis vt leuare feſtucam ⁊ huiuſmodi. Item non debet fieri votum de bono communi quod eſt omnibus neceſſarium ⁊ ad quod omnes tenentur ſicut votum baptiſmale. Sed ſolum debet fieri votũ de bono ſupererogationis. vt religio ieiunium elemoſyna peregrinatio continentia ⁊ huiuſmodi ſm compendium ſeptem ſacramentorum. Queritur nunquid tenetur vouens adimplere illud quod vouit. Solutio. dicendum eſt ꝙ ſic. vij ps. Uouete ⁊ reddite quod exponitur ſi voueritis adimplete. decimaſeptima queſtione prima capitulo primo. ⁊ capitulo qui bona. ⁊ viceſimaſecunda queſtione prima. §. primo. Sanctius eſt non vouere q̃ votum prout melius poteſt nõ perficere. duodecima. q. i. ſanctius. ⁊ facetus. Si tibi contigerit aliquid promittere ſeriis. Solue libens ne te fiat vindicta tonantis. ⁊ intelligatur niſi occurrerit impedimentũ propter quod non poſſit adimpleri. Unde licet homo cum deliberatione voueat ⁊ potuit adimplere quod vouit dum illud vouit ⁊ poſtea fiat impotens ex aliqua cauſa ad ſoluendũ

votum non tenetur.Debet tamen facere quod in ſe eſt vt ſaltem habeat pꝛomptam volū
tatem faciendi quod poteſt.vnde qui vouit religionem aut ſpeciale monaſterium intrare
⁊ illi qui ſunt de monaſterio nolunt ipſum recipere debet operā dare q̄tum poteſt vt ibi
recipiatur ⁊ ſi non bene poteſt ibi recipi quia illi de monaſterio illo nolunt: non tenetur
aliam religionez intrare quia ad illam ſolum ſe obligauit conſenſu recipientium ſuppoſi-
to qui in talibus ſemper intelligitur: Si vero intentionis ſue fuerit ſe obligare ad religio
nis ingreſſum ⁊ ex conſequenti eligit hoc monaſterium: ⁊ non poteſt in illo recipi debet
alium locum requirere donec perfecerit quod pꝛomiſit. Item ſi ille qui votum emiſit ſi
ex pꝛopꝛia culpa incidat in impoſſibilitatem ſoluendi debet de culpa confiteri ⁊ agere pe
nitentiam ſicut mulier que vouit virginitatem ſi poſtea coꝛrumpitur non ſolū ſeruare te-
netur quod poteſt:ſcilicet perpetuam continentiam.ſed de peccato quod cōmiſit debꝫ pe
nitentiam agere ſm arbitrium confeſſoꝛis. Queritur qui ſunt illi qui poſſunt voue-
re. Solutio.illi qui ſunt in poteſtate alterius non poſſunt vouere nec per votum ſe obli-
gare hijs in quibus alteri ſunt ſubiecti.ſꝫ in alijs in quibꝰ nō ſubijciunt pñt vouere ⁊ ſe ꝑ
votuz obligare.vnde vir vel mulier ad annos pubertatis perueniens ſue conditionis eſt
arbiter nec eſt ſub poteſtate parentum q̄tum ad ea que pertinent ad perſonam ſuaz.ideo
poteſt ⁊ religionem intrare ⁊ matrimonium contrahere abſqꝫ conſenſu parentum. Nota
ꝙ ſeruus qui eſt in poteſtate domini quantum ad operas perſonales non poteſt religio-
nem vouere vel aliud votū facere per quod ab obſequio dñi ſui ſubtrahatur. Similiter
nec religioſus poteſt vouere ſine conſenſu ſuperioꝛis ſui. nec vxoꝛ ſine conſenſu viri ſui.
nec puella ſine conſenſu patris.Et nota ꝙ licet tales qui vouere non poſſunt de facto vo
ueant non peccant vouendo ſi adimplere non poſſunt:quia in voto eoꝛum intelligitur de
bita conditio ſcilicet ſi ſuis ſuperioꝛibus placeat. Vir etiam ſine conſenſu mulieris ſue
continentiam vouere non poteſt nec econuerſo cum vir poteſtatem ſui coꝛpoꝛis non ha-
beat ſed mulier nec econtra.Et ſi alter eoꝛum vouerit non eſt tenendum votum:ſed debēt
agere penitentiam de voto male facto.Ille eſt ſermo quem pꝛecepit dominus ſi quis vi-
roꝛum votum domino vouerit aut ſi iuramento conſtrinxerit non faciet irritum verbum
ſuum:ſed omne quod iurauerit implebit.mulier vero in etate puellari que eſt in domo pa
tris ſui ſi vouerit aut ſe iuramento conſtrinxerit ſi cognouit pater eius ꝙ pollicita eſt ⁊ ta
cuerit voti rea erit ⁊ quicquid pollicita eſt opere complebit. Si autem ſtatim vt audiuit
pater contradixerit vota irrita erunt.Si vero mulier maritum habuit ⁊ vouerit aliquid:
ſi vir ſciens votum mulieris ſue in alteram diem diſtulerit quicquid mulier vouit reddet:
quia ſtatim vt audiuit tacuit. Si vero maritus audiens votum mulieris ſue voto contra
dixerit irritum erit votum mulieris ſue. Numeri tertio. Tamen licet vir non poſſit conti-
nentiam vouere inuita vxoꝛe poteſt tamen ipſa inuita crucem vouere ⁊ accipere in fauoꝛē
negocij pꝛo quo crux ſumitur ſicut poſſet militare pꝛo domino ſuo terreno a quo feuduz
tenet abſqꝫ conſenſu vxoꝛis nec pꝛopter hoc ſubtrahitur vxoꝛi omnino ius ſuum cum poſ
ſit virum conſequi ⁊ ſatis pꝛobabile eſt ꝙ vxoꝛ debeat velle continere ad tempus ſubue
niendo eccleſie generali. Tamen pꝛopter hoc ꝙ vir poteſt accipere crucem ſine conſenſu
vxoꝛis non ſequitur ꝙ mulier poſſit eam vouere ſine conſenſu viri cum vir ſit caput mulie
ris. Item quia vxoꝛ cum maioꝛi periculo caſtitatis diſcurrit per terras q̄ꝫ vir. Et ideo
vxoꝛ illud votum peregrinationis ſancte terre vouere non poteſt ſine conſenſu viri ſui.
licet vir illud poſſit ſine conſenſu vxoꝛis. Queritur ad quos ſpectat votoꝛum diſpen
ſatio. Solutio.dicendum eſt ꝙ pꝛecipue ⁊ pꝛincipaliter ad ſummum pontificem pertinet
votoꝛum diſpenſatio cum plenarie gerat vicem chꝛiſti. Alijs tamen pꝛelatis inferioꝛibꝰ
committitur diſpenſatio in votis que communiter fiunt ⁊ que indigent frequenti diſpen
ſatione ſicut in peregrinationibus ieiunijs ⁊ huiuſmodi. Vota autem maioꝛa ſicut
continentie peregrinationes terre ſancte reſeruantur ſummo pontifici. de illa materia in
titulo de voto ⁊ voti redemptione per totū. ⁊ per Innocen.ibidem ⁊ per doc.in triceſima
octaua diſtinctione quarti ſententiarum. ⁊ triceſimaſecunda queſtione quinta capi. quod



deus. Devoto per beatum Thomam ſecunda ſecunde queſtione octogeſimaoctaua.
Periurus.ſcilicet coꝛam iudice vel pluribus ex quo ſcandalum oꝛitur. Pꝛo quo eſt
notandum ꝙ periurium eſt falſum iurare vt ait Auguſtinus in libꝛo pſalmiſtarum ſuper
ps Domini eſt terra. ⁊ viceſimaſecunda queſtione.ij.in pꝛin.c.pꝛedicanduz.§.quod aūt
Pꝛo vlterioꝛi declaratione eſt notandum ꝙ quattuoꝛ modis dicitur committi periu
rium. Vno modo ſi aliquis ignoꝛāter falſum iuret ⁊ illud non eſt peccatum moꝛtale cuꝫ
credat verum dicere.xxij.q.ij.c.beatus. Alio modo dicitur periurium factum iuramentū
ſcienter falſum ⁊ illud eſt peccatum moꝛtale. vt.infra eodē capi.homines. Alio modo di
citur periurium indiſcretum iuramentum ⁊ illud quandoqꝫ eſt moꝛtale.vt viceſimaſecūda
queſtione quarta.c.qui ſacramento. ⁊ quandoqꝫ veniale diſtinctione viceſimaquinta.§.
alias ca. Aliomodo dicitur periurium tranſgreſſio iuramenti ⁊ illud quandoqꝫ eſt
veniale quando fit indeliberate viceſimaſecunda queſtione quarta.c.in malis. quando-
qꝫ eſt moꝛtale.vt infra eadē.q.iiij.c.ſi quid.tamen credo ꝙ hic intelligatur de periurio co-
ram iudice vel coꝛam pluribus vnde ſcandalum oꝛitur. De vlterioꝛi declaratione iſtiꝰ
materie videatur.xxij.q.v.c.qui periurat. ⁊ de penitentia ſibi danda per epiſcopum. eo.
capitulo ⁊ pluribus alijs capitulis ſequentibus per magiſtrum triceſimanona diſtinctōe
tertij ſententiarum. ⁊ per beatum Thomam ⁊ plures alios doctoꝛes ibidem. De ydola-
tria per beatum Tho.ſecunda ſecunde.q.lxxxxij. Soꝛtilegus huiꝰ pꝛetextu intelligū
tur diuinatoꝛes:incantatoꝛes.auxilium demonum inuocantes ⁊ eis reuerentiam exhibē
tes. De illa materia videatur.xxvij.diſtinctione.c.virgines. ⁊.§.virgines.e. De ſacri-
legio per beatum Tho.in ſecunda ſecunde.q.99. Sacrilegus.ſ.auferendo rē ſacrā de
loco ſacro:rem ſacrā de loco nō ſacro:rem nō ſacrā de loco ſacro. Ad hoc capitulū refert
violatio eccleſiarum ⁊ locoꝝ ſacroꝝ.ſ.hominē extrahendo crimē foꝛnicationis vel ſangui
nis effuſionem in eis perpetrando ⁊ ſimiliter monialem vel mulierē ſacratā carnaliter co
gnoſcendo. Patrum percuſſoꝛ.ſ.voluntarie cauſa vindicte vel iniurie vel faciēdo ali
quid illicitum ex quo patris aut matris ſequitur percuſſio. Tamē notetis ꝙ ſi pater aut
mater percuſſerit atrociter filium ſuum in ſacris conſtitutum.ſ.excedendo modū debēt re
mitti ad dyoceſanum.ſecus ſi fuerit conſtitutus in minoꝛibus ordinibus. Sodomi-
ta vt hominis cū homine:vel mulieris cum muliere extra vas debitum:vel cū bꝛuto.⁊c.
Ad hoc capitulum refertur omnis mollicie carnalis ꝓcuratio ꝑ contactū.⁊c. Men-
tita fides cum intentiōe decipiendi vel dānū inferendi vt in ſeruis apparet qui res dñoꝝ
ſuoꝛum ſeruare debent. Similiter vbi alterum pꝛeiudiciū generat ſicut in debitoꝛibꝰ ap
paret q̄ fidem ꝓmiſſam dilatant. Ad hoc capitulū refert oīs pꝛomiſſio ꝑniciosa. vt cum
quis contraxit ſponſalia cum aliqua vel econuerſo. ⁊ poſt non diſſolutis iuramentis con
trahit cum alia vel econuerſo. Faciens incendia domoꝛum ſegetum ⁊ cetera. pꝛeter
caſum iuſti belli ſm compendiū ſeptē ſacramētoꝝ. Tamē ſm aliquos intelligitur non de
nunciatus qꝛ ſi fuerit denunciatus ab epiſcopo nō pōt abſolui niſi a papa. Pꝛolis
oppꝛeſſoꝛ.ſcilicꝫ ſpōte. Et ad hoc capitulum refertur pꝛocuratio ſterilitatis ⁊ aboꝛtiuoꝝ
⁊ ſi fetus pꝛocreatus ſeu foꝛmatus fuerit in ventre habens animā homicidiū eſt. Et ad
hoc capitulum refertur eius deſtructio. Pꝛo cuius maioꝛi declaratione eſt notādū ꝙ
pꝛocurans venenū ſterilitatis nō eſt homicida niſi ſoboles fuerit animata in.c.ſi aliquis.
⁊.c.ſicut eni.extra de homici.xxxij.q.ij.c.quod vero. ⁊ per magiſtum ſenten.xxxi. diſtinc.
quarti. ⁊ per beatū Auguſtinum ſuper exodum. De blaſphemia per beatum Thomā
in ſecunda ſecunde queſtione.xiij. Blaſphemus omnis vſurpans quod eſt dei ſibi vel
alteri a deo. Hereticus ſupple occultus ideſt,diuiſus a fide catholica ſcilicet ſentien-
do vel pꝛedicando vel quouiſmodo docendo contra articulos fidei ſeu contra determina
tionem ſacroſancte matris eccleſie. Omnis adulter ſcilicet accedens ad thoꝛum alte
rius vel thoꝛum ſuum violans illicito concubitu ſiue vir fuerit ſiue mulier. Clerum ꝑ-
cutiens ſcilicet animo iniuriandi in ſe vel in rebus ſibi ꝯiunctis ⁊ veſtimētis ⁊ hmōi ⁊c.
Et ſi atrox fuerit iniuria aut enoꝛmis abſolutio ſpectat ad ſummum pontificem. Hijs
l

adduntur plures alij caſus in quibus debet confeſſor remittere penitentem ad ſuum dio
ceſanum vt eum abſoluat vel eum remittat ad papam ⁊c̃ Unus caſus eſt cū clericus p
mouetur per ſaltum pretermiſſo aliquo ordine: vt ſi promoueatur in diaconū pretermiſ
ſo ſubdiaconatu ⁊c̃. Alius caſus cum clericus facit ſe promoueri ſine licentia ſui dyoce
ſani. Alius caſus eſt tractantes in malis vſibus euchariſtiam criſma ⁊c̃. Alius ca
ſus eſt cum aliqui expoſuerint filios ſuos in hoſpitali vel in alio loco. Alius caſus de
hijs qui coeunt cum iudea vel ſarracena. Alius caſus cum penitens eſt vſurarius ma
nifeſtus. Alius caſus eſt cum quis venit contra iuramentum ſuum licite preſtitum.
Alius caſus ſi interdicti ſuſpenſi aut excommunicati nominatim ſe ingerant diuinis.
Alius caſus cum ad monitionem ſacerdotis excōmunicatus non vult exire eccleſiā diui
num officium perturbans. Alius caſus cū quis celebrat in eccleſia interdicta niſi clau
ſis ianuis. Alius caſus cum quis preſumit ſepelire corpus excommunicati in terra ſan
cta. Alius caſus cum quis preſumit ſepelire corpus cuiuſcunq; in cimiterio: aut eccleſia
ſuppoſito eccleſiaſtico interdicto. Alius caſus cū neſcit de iure cui debeat fieri reſtitutio
dz penitens remitti ad epiſcopū. vt de epi conſilio fiat reſtitutio ſiue ablatoꝝ ſiue inuēto
rum ⁊c̃. Alius caſus eſt cum quis trahit metas inter duas terras. Alius caſus eſt cū qs
propria auctoritate abutitur litteris apoſtolicis talis enim debet remitti ad epiſcopū vt
eum abſoluat vel remittat eū ad ſuperiorē ſm enormitatē caſus. Caſus vero papa
les ſunt hij q ſequunt. Prim⁹ cū quis eſt hereticus publicus ⁊ monitus non vult deſiſte
re. Scđs caſus eſt cū qs percutit clericū atrociter. Terti⁹ caſus eſt cū qs occidit patrē aut
matrē ſcienter. Quartus caſus ē cū quis incēdit eccleſias ⁊ loca ſacra. tamē aliq gloſant
ꝙ talis incendiarius pri⁹ fuerit monitus per epm ⁊ excōicatus in. c. tua nos. de ſen. excō.
Alij dicunt ꝙ ipſo iure eſt excōicatus ⁊ illud crederē tenendū. Quitus caſus eſt cū quis
eſt falſarius litteraꝝ papaliū. Sextus caſus eſt cū quis facit ſtatuta cōtraria eccleſie ro
mane. Septimus eſt cū quis vouit votū trāſmarinū petri ⁊ pauli iacobi ⁊ religionis ⁊c̃.
Octauus caſus cū quis prebet auxiliū ſarracenis cōtra chriſtianos. Nonus caſus eſt cū
quis obtinet beneficium per ſymoniā q̄uis aliq dicunt ꝙ ſymonia ſit caſus epalis. verū
tamē non poteſt abſolui niſi renunciauerit beneficio ſymoniace acquiſito. Decimus ca
ſus eſt cum quis celebrat excōmunicatus qr ſic eſt irregularis in. c. is cui. de ſenten. excō.
li. vi. Undecimus caſus eſt cū quis eſt excōmunicatus a ſummo pontifice dz ad eū remit
ti abſoluēdus. Duodecimus caſus eſt cū quis cōmunicat in crimine cū excōicatis a pa
pa. Decimus tertius eſt cum quis extorquet violenter ⁊ iniuſte ab eccleſia. Decim⁹ quar
tus caſus eſt cū ſacerdos ſine diſpēſatione ſummi pontificis audit leges in ſtudio publi
co vel legit. Itē excoicatus debet remitti ad excōicatorē abſoluēdus ⁊c̃. Et notetis ꝙ ſi
aliquis non habens poteſtatē iſtoꝝ caſuū intromiſerit ſe non abſoluit imo peccat graui
ter ⁊ penitēs pro non confeſſo habetur niſi ignorātia eū excuſet. ſ. qr penitēs eſt ſimplex
homo credens ſacerdotē cui cōfitetur habere ptātē ſoluēdi ⁊c̃. ſed hoc nō eſt virtute clauiū
collata tali ſacerdoti quia quo ad iſtos caſus auffertur ei ſz ex miſericordia diuina qđ pie
credendū eſt ⁊c̃. Iſti qui audiunt confeſſiones nō debēt ſe intromittere de abſolutione p̄
miſſorum niſi habuerint ſup hijs ſpeciale mandatū vel niſi perſone que in aliquo vel aliq
bus predictorum inciderint caſuum fuerint adeo ſenes vel valitudinarij taliter ꝙ ad ſuos
ſuperiores ire non poſſint vel niſi fuerint in articulo mortis conſtitute tunc eis ſacramē
tum penitentie non denegetur. ſed nihilominus iniungatur eis ꝙ ſi recuperauerint ſanita
tem ſe repreſentent ſummo pontifici vel dyoceſano ſecundum qualitatem caſus. Ab
iſtis caſibus ſunt exceptiones propter quas penitens non debuit remitti. Una exceptio
eſt cum quis percutit degradatum vel eum qui deponitur propter ſuum forefactum. Se
cunda exceptio eſt ſi aliquis percuſſerit clericum qui ſe tranſfert ad actus contrarios pri
uilegio clericali: vt ſi fiat pugil vel reperiatur armatus. in capitulo in audientia. de ſentē.
excōmuni. Alia exceptio eſt ſi quis percuſſerit apoſtatam poſt ternam monitionem in. c.
cōtingit, de ſententia excommunicationis. Alia exceptio eſt ſi pcutiēs reperit clericū com



miſcentem cum vxore matre filia ſorore ⁊c̃. in. c. ſi vero. de ſententia excommunicationis.
§. vltimo. Alia exceptio eſt ſi percutiens clericum ignoret eum eſſe clericum ſcilicet qr non
eſt tonſuratus: vel quia non habet habitū clericalē in. c. ſi vero eni de ſenten. excō. Alia
exceptio eſt ſi percuſſerit bigamum qr bigamus amiſit priuilegium clericale. Alia excep
tio eſt ſi percutiens ſit hoſtiarius alicuius poteſtatis vel alicuius domini exercendo ſuū
officium dumtamē ex propoſito vel odio clericum grauiter non percuſſerit in. c. ſi vero. de
ſentē excō. Alia exceptio eſt ſi percutiens fuerit valitudinarius ⁊ infirmus. Alia exceptō
eſt ſi percutiens ſit ſenex ⁊ decrepit⁹ ſeu impotens in. c. i. de ſenten. excō. in. c. quod d hijs
⁊. c. ea naſcitur. tamen expēſis ſuis talis ſenex debet mittere ad ſuum dyoceſanum ſeu ad
ſummum pontificem ſecūdū caſus enormitatē pro obtinendo remedium anime ſue vt
conſulitur in ſumma confeſſorum capitulo de peniten. ſcilicet habuit vnde. Alia exceptio
eſt ſi percutiens ſit mulier quia percuſſus inſidiatur ſue caſtitati in. c. mulieres. de ſenten.
excom. Alia exceptio eſt cum percutiēs eſt impubes nō doli capax in capi. i. de ſentē. excō
muni. Alia exceptio eſt ſi percutiens percuſſerit cauſa diſcipline vt prelatus magiſter ⁊c̃.
in. c. i. de ſen. excō. ⁊ idē eſt de dn̄o quando percutit leuiter clericum ſuum ꝓpter magnū
damnum ſibi per ſuam negligentiā i atū in. c. cū volūtate. de ſen. excō. circa fi. Alia exce
ptio eſt ſi percutiētes ⁊ percuſſi ſint monachi vel regulares. quia poſſunt a ſuis abbatib⁹
abſolui ne detur eis occaſio vagandi ⁊ hoc niſi caſus eſſet multū enormis in. c. canonica
conſtitutione: et ca. monachi de ſen. ex. Alia exceptio eſt quando percutiens ē pauper in
extrema neceſſitate: tamē ſup hoc videatur. qr credo ꝙ ſecurius eſſet eū remittere ad ſu
periorē. ita ꝙ ſi nō habeat vnde vadat hoſtiatim mendicans dūmodo habeat corporalē
diſpoſitionē. ⁊ ce. Alia exceptio eſt ſi pcutiēs remittendus ſit in articulo mortis. tn̄ iniūga
tur ei ꝙ ſi recupet ſanitatē ꝙ adeat ſuperiorē in ca. quod de hijs de ſen. ex. Alia exceptio
eſt ſi quis percuſſerit clericū ioco[illegible]ate non animo maliuolo in ca. i. de ſen. ex. Alia ex
ceptio eſt repellendo vim incōtinen[illegible] moderamīe inculpate tutele in c. ſi vero abſo. §. ſi
vo. §. ſi vero non valens ſupple aliter [illegible]dere manus clerici ⁊c̃. Alia exceptio eſt ſi cleric⁹
in furto vel alio turpifacto deprehendatur ⁊ non poſſit aliter duci ad iuſticiā qr defendit
ſe cum percutitur: percutiens non eſt remittendus ⁊c̃. de iſtis omnibus eſt poſtila in capi.
cū illorum de ſen. ex. in glo. et in ca. cum voluntate. e. ti. ⁊c. Sequitur in textu. Si fuit
ignarus confeſſor vel ſine poſſe ⁊c̃. ab illa parte vſq; ad illā Poſtea fac digne ac. noſter
oſtendit in quibus caſibus confeſſio eſt iteranda. d. ꝙ primus caſus eſt propter iperitiā
confeſſoris qr ſi ſacerdos meus ſit imperitus ita ꝙ non habeat ſcientiā diſcernendi inter
leprā ⁊ leprā debeo cōfeſſionē ſibi factā alij diſcretiori propalare de pe. di. vi. c. i. Nota
verbum Oſee quarto ca. erit ſacerdos ſicut populus eius propter ignorantiam ſupple.
Secundus caſus eſt propter contemptū ſatiſfactionis. a. j. di. iij. c. ſi apl's. tn̄ ſi cōfiteatur
eidē cōfeſſori ⁊ cōfeſſor recordetur peccatorū ſibi primo confeſſoꝝ ſufficit ꝙ dicat al's cō
feſſus fui vobis ⁊ contempſi facere penitētiā per vos mihi iniunctam cuius penitentie n̄
recordor ⁊c̃. tūc cōfeſſor ſi recordetur debet imponere illā. ſinautem cōfitens debet iterū
cōfiteri peccata vt confeſſor ſciat quomō debeat imponere penitentiam. Tertius caſus ē
propter enormitatem criminis vt ſi ſacerdos audito crimine remittat ad ſuperiorē vt ite
rum illo crimine enormi expoſito ſuperiori ſuperior penitēciā penitenti imponat ar. extra
de pe. ⁊ re. c. ſignificauit. xxiij. q. ij. c. [illegible]ē. tn̄ talis remiſſus ad ſuperiorem nō tenet ꝯfite
ri niſi illud peccatum de quo prop rius ſacerdos abſoluere nō potuit. Quartus caſus ē
cum quis habet plura peccata mortalia ⁊ aliqua confitetur ⁊ aliqua non. de pe. diſ. iij. c.
ſunt plures vbi eſt textus notabilis. Quitus caſus eſt ſi confitens tacuit ſniam excōica
tionis vel aliā qua erat innodatus. Nā prius dz abſolui a ſententia excommunicationis
patet qr ſententia excōmunicationis ſeparat a cōmunione ſacramētoꝝ modo penitentia
eſt vnum ſacrametum de ſen. excō. c. o[illegible]cij. penitēs enim in eccleſia eſſe debet. Nā digne
penitere nemo poteſt quē non ſuſtinet vnitas eccleſie de pe. di. vi. ca. ij. §. laboret. Judas
eni q iuit penitens ad ſcribas ⁊ phariſeos relinquens apoſtolos nihil inuenit auxilij: ſz

augmentum deſperationis.e.c.§.iudas. Sextus caſus eſt ſi non fecerit penitentiam c
iniunctam. Iſtis caſibus demptis non eſt neceſſe peccata ſemel confeſſa ſacerdoti iteruz
confiteri de pe.di..i.c.menſuram.§.non eſt neceſſe.⁊ per mag.di.xvij.quarti ſen. Que
ritur vtrum ſimplex ſaccerdos peccet audiendo confeſſiones.Solutio. Sacerdoti neceſ
ſaria eſt ſcientia .ſ.ꝙ ſciat diſcernere in peccatis cõmunibus que ſint mortalia ⁊ que ſint
venialia ⁊ ꝙ ſciat ſemper ad que peccata ſua poteſtas poſſit ſe extẽdere. Alioquĩ in picu
lum aĩe ſue ⁊ cõfitentiũ audit confeſſiones ⁊ſi ſubditi cognoſcũt eius ſimplicitatẽ tenenꝛ
diſcretos conſulere ſm Bonauen. Queritur vtrum malus ſacerdos cõmunicet cuz
bono in poteſtate clauiuz. Solo.dicendum eſt ꝙ ſic.vnde Mathei.xxiij.dñs dixit diſci
pulis ſuis ſuꝑ cathedram moyſi ⁊c̃.vbi loquitur de malis miniſtris. Itẽ probaꝛ ratõe ſic
qꝛ ſi nemo habeat claues niſi iuſtus ⁊ cum nemo ſciat de aliquo miniſtro ꝙ ſit iuſtus ne
mo ſciret vtrum eſſet ligatus vel nõ. Itẽ quantũ eſt de neceſſitate ad eſſe clauis ſufficit do
num ſpiritusſancti ſm gratiam gratis datã que datur omni ſuſcipienti ſacramẽtum ordi
nis ſm formam eccleſie ſm beatũ Augu.in lib.qõnum noui ac veteris teſtamenti ⁊ reci
tatiue ꝑ mag ſen.xix.di.quarti.vbi dicit dñs ad moyſem ⁊ aaron ſacerdotes prout habe
tur originaliter Numeri ſexto in ſubſtantia ſaltem vos ponite nomen meum ſuꝑ filios
Iſrael ⁊ ego dñs benedicam eos vt gratiã traditio per miniſterium ordinati trãſfundat
hominibus:ne voluntas ſacerdotis obeſſe vel prodeſſe poſſit:ſed meritum benedictiõez
poſcentibus:hinc oñditur ordo nõ priuari ptãte tribuẽdi gratiã ob miniſtri indignitatẽ
nec ſubditos mala vita ſacerdotis ledit:ſi bona faciunt que ille dicit.vñ Grego.multi dñ
plus vitã ſacerdotũ ꝙ̃ ſuã diſcutiunt in erroris foueã dilabuntur minus conſiderantes
ꝙ non eos vita ſacerdotum lederet ſi humiliter bonis ſacerdotum admonitiõib⁹ aurem
accõmodarẽt.ſecus vero quãtũ ad ydoneitatem qꝛ ſacerdos dꝫ eſſe nõ tãtũ mũdus:ſed
⁊ mũdus ⁊ ſciẽtificus ⁊c̃. Queritur vtrum cõfeſſio in peccato mortali facta valeat. So
lutio ſm Bonaue.ↄfeſſio eſt in remediũ ⁊ in ꝓceptũ.vñ facta in peccato mortali nõ valet
inq̃tum ↄcernit remediũ.cõfitẽs tamẽ abſoluitur a ꝓcepto oĩs vtriuſqꝫ ſexus.de pe.⁊ re.
ſicut ficte baptiſmum ſuſcipiens non rebaptizatur.de illa materia videatur de pe. di.iij.
c.pe.⁊.xxvij .q.i.q̃ chriſto.⁊.c.qđ quidã.extra de pe.⁊ re. Queriꝛ cum excõmunicatio
ſeparet hominem a ſacramentis an prius debeat abſolui ab excõmunicatiõe ꝙ̃ abſoluaꝛ
a peccatis.So.dicẽdũ eſt ꝙ prius dꝫ abſolui a ſñia excõmunicationis ab eo q̃ hꝫ ptãtẽ
abſoluẽdi eo ꝙ excõicatõ ſeparꝫ a ſacramẽtis ꝙ̃ abſoluaꝛ a pctĩs niſi cãus mortꝭ imineret
in q̃ põt q̃libet ſacerdos ab oĩ excõmunicatiõe ⁊ ab oĩ peccato abſoluere in.c.nõ dubiũ
de ſen.excõ.tamẽ ei iniungendũ eſt ꝙ ſanitate recuperata vadat ad excõmunicatorẽ vt ei
ſatiſfaciat pro cõtumacia ⁊ emẽda.⁊ſi recuſauerit adire iudicem poſt recuperatã ſanitatez
ſm iura in priſtinã ſñiam retrudeꝛ vt habeꝛ de ſen.excõ.c.eos qui a ſñia.li.vi.etiã nõ cen
ſetur abſolutus poſtꝙ̃ recuperauerit ſanitatẽ niſi abſoluaꝛ a iudice. Si vero deceſſerit ñ
debet inhumari in terra ſancta niſi abſolutionem obtinuerint heredes ſui vel habentes
cauſam illius ab excõicatore. Gratia cuius queritur vlterius vtrum aliquis poſſit ex
communicari vel abſolui poſt mortẽ.omiſſis quibuſcunqꝫ obiectionibus. Ad iſtud dubi
um reſpondetur ꝙ põt excõicari ⁊ abſolui poſt mortẽ.i.mortuus.xxiij.q.ij.c.ſane profer
tur.⁊ extra de ſen.excõ.c.a nobis eñ.in quo ca.ſequiꝛ textus in hunc modũ.a nobis eſt
ſepe queſitum vtrũ ſi aliquis excõicatus in quo indicia fuerunt pñie manifeſta:nec ꝑ eũ
ſteterit quominus reconciliaretur eccleſiaſtice vnitati non ſuſcepto abſolutionis benefi
cio deceſſit pro abſoluto ab eccleſia ſit habendus ⁊ vtrum ꝓ tali ſit elemoſina recipiẽda
⁊ a fidelibus orandũ. Rñſio papa cõ.t.ꝙ iudiciũ dei veritati q̃ nõ fallit nec falliꝛ initiꝛ
ſemper. Iudicium aũt eccleſie nõnunꝙ̃ ſequiꝛ opinionẽ quã ⁊ fallere ſepe contingit et
falli:propter quod contingit interdum vt qui ligatus eſt apud deũ apud eccleſiã ſit ſolu
tus:⁊ qui liber eſt apud deum apud eccleſiam ſit ſententia innodatus per mag.xviij. di.
quarti ſen. Vinculũ.n quo peccator ligatus eſt apud deũ in culpe remiſſione diſſoluiꝛ.
Illud vero quo ligatus eſt apud eccleſiã cũ ſñia remittiꝛ excõmunicat⁹ abſoluiꝛ. Nota



tñ ꝙ quantũcunqꝫ ſe aliquis iuramento preſtito eccleſie mãdato parere humiliꝛ curaue
rit quantuncunqꝫ ſigna penitentie preceſſerint:ſi tamen morte preuentus abſolutiõis bñ
ficiũ non potuerit obtinere ꝙ̃uis abſolutus apud deũ credatur fuiſſe nondũ tamen habẽ
dus eſt apud eccleſiam abſolutus. Poteſt enim ⁊ debet ei beneficio eccleſie ſubueniri: vt
ſi de ipſius viuentis penitentia per euidẽtia ſigna cõſtiterint.defuncto etiã abſolutiõis
beneficiũ impendatur.nec obſtat illa auctoritas Mathei.xvi.quodcunqꝫ ligaueritis ſuꝑ
terrã ⁊c̃.quia prelatus eccleſie licet non habeat iuriſdictionem ſupra mortuos per modũ
auctoritatiue ⁊ iudiciatiue poteſtatis hꝫ tñ indirecte per modũ charitatiue commutatio
nis ⁊ per modũ ſuffragij vt videtur velle Hoſtien.in ſua rubrica de remiſ. heredes tamẽ
per cenſuram eccleſiaſticam ſunt compellendi ad ſatiſfaciendum ſi aliquid eis ex bonis ex
communicati peruenerit in fi:capituli a nobis.n.ex̃ de ſenten.excõmu. Item nota ꝙ ab
eo debet abſolui mortuus a quo potuit abſolui viuus i glo.dicti capituli a nobis. De ex
communicatione inferenda poſt mortem Nota ꝙ ſi agatur cõtra perſonã vel de perſona
tantũ poſt mortem queri non debet qꝛ crimina morte extinguñꝛ.xxiiij.di.c. quorumdam.
ca.ſi reus.vel accuſator mortuus fuerit.l.i.⁊.ij.niſi in hereſi.vt in.c.ſane.⁊ hic ⁊ in auc.ga
zaros.c.de ſen.paſſ. Si vero agatur propter bona vel contra perſonã ⁊ bona poſt mor
tẽ agi põt.c.ſi pen.app.mors interue.l.ꝙ̃uis.ſi poſt mortẽ agitur de matrimonio propter
bona ſupra qui fil.ſunt legit.c.cãm. Itez nota ꝙ ſi corpus excõmunicati fuerit humatum
in terra ſancta debet exhumari.in ca. Sacris.de ſepul. Sed ſi anteꝙ̃ exhumetur abſolu
tio fuerit data nõ debet exhumari. Si vero corpus excõmunicati fuerit humatuz in terra
prophana abſolutione data debet exhumari ⁊ poni in terra ſancta. vndecima queſtione
tertia ca.tunc vera: Queritur nunquid poteſt iudex excõmunicatũ a peccato abſolue
re pro quo contra eũ tulit ſententiam ſicut eum ab excommunicatione abſoluit. Pro diſ
cuſſione iſtius queſtionis notandũ eſt ꝙ duplex eſt clauis.ſ.clauis iuriſdictionis ⁊ clauis
ordinis. Clauis iuriſdictionis reſpicit eccleſiam militantem a qua indigni eijciuntur per
poteſtatem ſuperiorũ ad quos ſpectat iuriſdictio.⁊ ideo ſuperiores prelati hanc clauem
iuriſdictionis hñt ⁊ ad eos pertinet per excõmunicationẽ a perceptione ſacramentorũ ⁊
cõmunione fideliũ cõtumaces ſeparare ⁊ eos ab excõicatione abſoluere. Clauis autem
ordinis reſpicit eccleſiã triumphantem ⁊ habet dignos ad celum ordinare ⁊ indignos re
pellere.⁊ ideo ſoli ſacerdotes qui ſunt mediati inter deũ ⁊ hominem hanc clauẽ habent
vt qꝛ per peccatũ mortale eijcitur homo a regno celorum.ita per abſolutionẽ ſacerdotis
ad quẽ ſpectat clauis habiliteꝛ ad recuperandũ quod peccando amiſerat nec obſtat ſi di
catur ꝙ iudex ſacerdos abſoluit ab vtroqꝫ qꝛ nõ rõe qua iudex ſed rõe qua ſacerdos ẽ qꝛ
iudex ſacerdos hꝫ vtranqꝫ clauem. Itez quia excommunicatio non fertur in aliquẽ niſi ꝓ
peccato:ideo ſemꝑ poſt abſolutionem ab excommunicatione debet fieri abſolutio de pec
cato a ſacerdote.xxvi.q.vi.c.i.vt viſum fuit ſuperius. Item eſt notandum ꝙ licet excõmu
nicatus poſſit inuitus abſolui a ſententia excõmunicationis non tamen a peccato quiſꝙ̃
poteſt abſolui inuitus.qꝛ omne peccatũ ex voluntate committitur ⁊ ex nobis procedit ⁊
ideo ſicut a nobis voluntarie perpetratũ eſt peccatum ita etiam voluntarie a nobis debꝫ
deteſtari.per mag.ſen.xxxv.di.ſecundi. Queritur vtrũ ſimplex ſacerdos poſſit abſol
uere a minori excõicatione. Pro declaratione iſtius dubij eſt notandum ꝙ minor excom
municatio prouenit participando cum excõmunicatis maiori excommunicatione. quod
contingit multiſmodis. Verius ſi pro delictis anathema quis efficiatur ob orare vale cõ
munio menſa negatur. Ob.i.obſtaculũ dando.orare.ſ.vt non oretur pro eo vel cũ eo nõ
cõmunicetur in ſacramentis.vale.i.non ſalutetur.menſa negetur.i.non comedatur cũ eo.
In his eñ caſibus minorez excommunicationem participans incurrit ⁊ a ſimplici ſacer
dote poteſt abſolui.in.c.nuper.de ſen.ex.tamen ſi participantes excõicentur a iudice nõ
potuerunt abſolui niſi a iudice excõmunicante ⁊c̃. Et ſimile dicendum eſt in participanti
bus in crimine ſuſtinendo ⁊ fouendo excommunicatum in crimine pro quo eſt excommu
nicatus.quia ſic talis participans incurrit maiorẽ excõmunicationem. in ca. nuper abſo.

⁊.xi.q.iij c.qui communicauerit. Querit̃ vtrū ſacerdotes legales habuerint claues:
⁊ videt̃ ꝙ ſic. Nā clauis ē ſequela ordinis:ſed tales ſacerdotes habuerūt ordinē ex quo
ſacerdotes dicebant̃.ergo habuerūt clauē. Item ſicut dicit magi.ſen.xviij.di.quarti.due
ſunt claues.ſ.ſciā diſcernēdi ⁊ potentia iudicādi:ſed vtrāq auctoritatem habebāt ſacer-
dotes legales.ergo hēbant claues. Item ſacerdos legalis habebat aliquā ptātem ſuper
populum nō tpalez:q2 regia poteſtas nō fuiſſet diſtincta a ſacerdotali.ergo habebāt po
teſtatem ſpiritualem:⁊ hec eſt clauis.ergo habuerunt clauem ⁊c̃. In oppoſitum ar-
guitur ſic.q2 clauis ordinatur ad aperiendum regnum celorum quod aperiri nō potuit an
te paſſionem xp̄i.ergo ſacerdos legalis clauē nō habebat. Ad illud dubiū dicendū
eſt ꝙ in veteri lege ſacerdotibus legalibus erat cōmiſſum imponere penam pro delicto:
vt dicit̃ leui.v.quod ad claues pertinere videtur: ſed tunc fuerunt incomplete. Nunc aūt
per xp̄um in ſacerdotibus noue legis perfecte ſunt.ita ꝙ poteſtas illius ſacerdotij lega-
galis nō ſe extendebat ad celeſtia ſed ad figuras celeſtium.ideo dicendum eſt ꝙ nō ha-
bebant claues ſed in eis figura clauium preceſſit. Tunc ad rationes ante oppoſitū ⁊ pri-
mo. Ad primam dicendū eſt ꝙ clauis regni celorum cōſequit̃ ad ſacerdotiuz qua hō
in celeſtia introducit̃:nō autem talis erat ordo ſacerdotij legalis.⁊ iō claues celi nō habu
erunt ſed claues terreni tabernaculi. Ad ſecūdam dicendum eſt ꝙ ſacerdotes ve.le.
hēbant auctoritatē diſcernendi ⁊ iudicandi:ſ3 nō ut admitteret̃ homo ab eis iudicatus
in celeſtia ſed in figuras celeſtiū. Ad tertiam dicendū eſt ꝙ habebant ſacerdotes lega
les ſpūalem ptātem qua per ſacramenta legalia nō a culpis ſed ab irrationabilibus ho-
mines purgabant:vt ad manu factū tabernaculum aditus purgato per eos pateret.

Queritur vtrum ſoli ſacerdotes hēant iſtas claues:⁊ videtur ꝙ nō. Nam dicit yſido
rus ꝙ hoſtiarij inter bonos ⁊ malos habent iudicium dignos recipiendi ⁊ indignos eij-
ciendi:ſed hec eſt diffinitio clauium.ergo nō ſoli ſacerdotes ſed etiam hoſtiarij habēt cla
ues. In oppoſitum arguit̃ auctoritate Jo.xx.vbi.d.xp̄s diſcipulis:quorum remiſeri
tis peccata remittentur eis:⁊ quorum retinueritis retenta erunt. Pro declaratōe iſti
us dubij eſt notandum ꝙ claues iſte nō ſunt corporales ſed ſpirituales.ſ.ſciā diſcernendi
⁊ potentia iudicandi.ſ.ligandi ⁊ ſoluendi. Hec enim claues dantur ſacerdotibus per mi
niſterium ep̄i in promotione ſacerdotij ꝑ mag.xix.di.quarti ſen. Sane tamen pōt dici ꝙ
nō omnes ſacerdotes habent hanc clauem.ſ.ſciam diſcernendi:vnde dolendum eſt atq
lugendum per eundem mag.loco preallegato. Ex premiſſis patet ꝙ duplex eſt clauis
Una que ſe extendit ad ipſum celum īmediate remoto impedimento introitus in celuz ꝑ
dimiſſionem peccati:⁊ hec uocatur clauis ordinis:⁊ hanc ſoli ſacerdotes habent. Alia ē
clauis que nō extendit ſe directe ad ipſum celum ſed mediante eccleſia militante ꝑ quam
aliquis ad celum vadit dum per eam admittit̃ ad conſortium eccleſie militantis per abſo
lutionem vl' excluditur per excōicationem:⁊ hec vocatur clauis iuriſdictionis in foro cau
ſarum. Et hanc clauem nō omnes ſacerdotes habent ſed maiores vt epiſcopi archi.⁊ ſi
miles qui excōmunicare poſſunt de quibus viſum fuit ſuperius. Sed q2 fit mentio hic d
foro eſt notandum ꝙ duplex eſt forum.ſ.publicum ⁊ ſecretum.xi.q.i.c.clericus.⁊ extra de
verbo.ſigni.c.forum.vbi dicitur ꝙ forus eſt exercendarum litium locus a fando dictus.⁊
vbi eſt lis occulta ibi eſt forum conſcientie ſeu ſecretum:vbi eſt lis publica ibi eſt forū iu-
diciale ſeu publicum. In iſtis eniz foris requiritur poteſtas cognoſcēdi in cā ⁊ autoritas
ſententiandi in ea ſm Laudul.xix.di.quarti ſen. Tunc ad rationem ante oppoſitum:dicē-
dum eſt ꝙ hoſtiarij habent clauem cuſtodiendi ea que in templo materiali continēt̃:⁊ ha
bent iudicium excludendi a tali templo ⁊ admittendi nō quidem ſua auctoritate iudican
tes qui ſunt digni vel indigni ſed iudicium ſacerdotis exequentes vt quodāmodo execu
tores ſacerdotalis poteſtatis videantur. Reges enim per vnctionem in nullo ſacro or-
dine cōſecrant̃ ſed excellentia poteſtas ipſorum a xp̄o deſcendere ſignificatur. Mulieres
enim nullam clauē habent:q2 ſm philo.viij.ethicoꝝ. Corruptio vrbanitatis eſt quando
ad mulierem dominiū peruenit ⁊c̃. Queritur vtrum peccata ſemel dimiſſa redeant:⁊



videtur ꝙ ſic primo per Ambro.ſuper epi.ad ephe.d.donate inuicez ſi alter in alteꝝ pec
cet. Alio modo qn̄ deus repetet dimiſſa. Similiter Math.xviij.habetur de ſeruo nequā
qui noluit miſereri conſeruis ſuis ſicut dn̄s ſuus eius fuerat miſertus. quomodo dn̄s
tradidit eū tortoribus quouſq redderet vniuerſum debitū. Ad idē Gre.dicit cōſtat ꝙ ſi
nō ex corde dimittimus eis qui in nos deliquerunt:⁊ hoc rurſum exigit̃ quod iā nobis ꝑ
penitentiā dimiſſum fuiſſe gaudebamus. Item ut dicit beatus Augu.dn̄s dicit. Si non
dimiſeritis reuocabo:⁊ quicquid dimiſeram replicabo tibi.⁊ Ezech.xviij. Si auerterit ſe
iuſtus a via ſua ⁊ fecerit iniquitatē ⁊c̃.omnes iuſticie eius quas fecerat nō recordabunt̃.
Item qui diuini beneficij oblitus ſuas vult vindicare iniurias nō ſolum de futuris pec-
catis veniam non merebit̃. Sed etiam preterita que iam ſibi demiſſa credebat ad vin-
dictam ei replicabuntur. Si enim ꝓpter imiſericordiam qua quis proximo ſuo nō miſere
tur:etiam que dimiſſa ſunt replicantur ad penam multo magis que nōdum ſunt dimiſſa
ꝓpter odium fraternum ad penā reſeruari probantur.xv.di.quarti ſententiarum. Et ſub
dit Augu.ſi ille qui arbiter ſue voluntatis conſtitutus eſt nō poteſt inchoare nouā vitaz
niſi peniteat eum veteris vite quomodo ad nouitatem perueniet qui odij vetuſtatē non
depoſuit. In oppoſitum arguitur. Si quis pro peccato de quo penituit ⁊ indulgen-
tiam accepit iterum punitur nō videtur iuſtum. Nam ſi requiritur ꝙ fuit condonatuz vl'
iniuſticia eſt vel iuſticia occulta. Item ſi ſic deus bis in idipſum iudicaret.⁊ ſic conſur-
geret duplex tribulatio quod ſacra ſcriptura negat. Ad iſtam queſtionem breuiter di
cendum eſt ꝙ peccata ſemel dimiſſa nullo modo redeunt.ar.xxiij.queſtione.iiij.c. Sic illic
l.di.capi.miror.⁊ hoc credo catholice dictum. Dicuntur tamen redire peccata:q2 remiſſi-
onis beneficium ſequenti culpa amittimus propter ingratitudinem.de penitentia diſtin
ctione tertia capitulo Auctoritate illa.ver.penulti. Nam perinde priuatur quis gloria ꝓ
pter ſequens delictum:ac ſi nulla peccata fuiſſent ſibi dimiſſa:licet non tantam penam pa
tiatur per magiſtrum ſententiarum viceſima ſecunda diſtinctione quarti. ⁊ de penitentia
diſtinctione quinta.capi.fratres. Penitentia enim duo facit.penam tollit ⁊ gloriam acqui
rit.de penitentia diſtinctione prima.paragrapho.alij econtra. Queritur vtrum peni-
tentie ſint arbitratiue. Solutio dicendum eſt ꝙ ſic per magiſtrum diſtinctione viceſi
ma quarti ſententiarum. Tamen ſacerdos debet conſiderare circunſtantias.ſ.perſone tē-
poris loci qualitatem criminis ⁊ cauſam ⁊c̃.vt habetur de penitentia diſtinctione quīta:
in principio. Et nota ꝙ ſi ſacerdos nō iniungat tantam penitentiā quātam requirit qua
litas delicti tamen facienda eſt.⁊ reſiduum pene debite complete in purgatorio per magi
ſtrum viceſima diſtinctione quarti ſententiarum. Queritur vtrum penitentia ſit iniun
genda morientibus ſeu infirmis. Sol'o dicendū ē ꝙ non per magiſtrum viceſima pri-
ma diſtinctione quarti ſententiarum. Unde Theodorus in penitentiali ſuo ab infirmis
vnde abundanti dare nihil aliud eſt ꝙ ꝑdere.i.q.ij.c.paſtoꝛ. Elemoſina.n.diuinitus eſt in
ſtituta ad proximi neceſſitatē ſubleuandā.⁊ intelligatur per proximum nō ꝓximū ꝓpinq̄
tate ſanguinis tm̄ ſed ſocietate rōnis ſm glo.ſuꝑ illud Leui.xix.⁊ Math.xxij.diliges ꝓ
ximum tuū. In elemoſinis.n.tres gradus reperiunt̃.ſ.tria debēt cōſiderari .honeſtū.de-
bitum ⁊ neceſſariū. Honeſtum vt propinquioꝛi ſi indigeat ſubueniat̃. vñ Ambroſius.
Proximos ſeminis tui ne deſpicias ſi egere cognoſcas.melius eni eſt vt ipſe ſubuenias
tuis quibus pudoꝛ eſt ab alijs ſumptū depoſcere .debitū eſt vt ſubueniat̃ benefactoꝛib⁹
ſi egeant:non vt opes augeantur ſed vt neceſſitas ſuſtentetur ſm Hiero. Notant̃ dicitur
ſi egeant qm̄ ſm eundē Hiero.pars ſacrilegij eſt res pauperum dare nō pauperib⁹. Ne
ceſſarium eſt vt elemoſina det̃ magis īdigenti. Queritur nunq̄d danda ſit elemoſina
malis. Solo.dicēdū ē ꝙ elemoſina danda eſt bonis ⁊ malis capacibus .fructus eius vt
ſimus imitatoꝛes eius qui ſolē ſuū facit oꝛiri ſuper bonos ⁊ malos ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊
iniuſtos. Math.v.⁊ luce.vi. Scriptū eſt.n.math.v.diligite inimicos veſtros ⁊ bñfacite
hijs q̄ oderat vos.⁊ ꝓuerbio.xxv.ſi eſurierit inimicus tuus ciba illū. Si ſitit potū da illi.
Querit̃ nunq̄d pōt aliq̄s ſibimet elemoſinā facere. So. ꝓprie loquēdo nullus pōt ſi
bimet elemoſinā facere loquēdo de elemoſina coꝛpoꝛali.qꝛ elemoſina ē op⁹ mie.mia aūt
reſpicit alienā miſeriā.iō ⁊c.verūtñ ex ꝯñti pōt ſibimet cōmodū facere ex elemoſina ſicut
cū diſtributoꝛ elemoſinaꝝ facit ſibi cōmodū ex elemoſinaꝝ adminiſtratōe ſibi etiā poſſet
accipe ſi indigens fuerit ſicut daret alij indigenti. Quarta pars ē ibi Res quā das
ꝓpria ſit.vbi ac.docet de quo ſit fiēda elemoſina.di.ꝙ de ꝓprio ⁊ nō đ alieno.Thob.iiij.
de tua ſubſtātia honoꝛa dñm ⁊ nō de aliena ſubſtātia.xiiij.q.v.c.niſi res.⁊ idē ꝑ beatum
aug.⁊ ſic breuiter de male acq̄ſitis nō dꝫ fieri elemoſina ſm beatū augu.in lib.de verbis
dñi.c.ab illo.§.ꝙ vero.xiiij.q.v. Pro quo eſt notādū ꝙ tripliciť dicit̃ aliq̄d male acq̄
ſitum.vno modo qꝛ dꝫ reſtitui ei a quo illicite habet̃ ſicut de rapina furto vſura ⁊ hmōi.⁊
de tali nō dꝫ fieri elemoſina ſed eſt ei reſtituēdum a quo ablatum eſt .vñ leui.ij.oīs obla-
tio q̄ offert̃ dño abſqꝫ fermēto.ſ.inique acq̄ſitionis erit. Nā qui facit elemoſinā de ſubā
pauperis eſt,ſicut q̄ victimat filium in ꝯſpectu patris.eccle.xxxiiij.xiiij.q.v.c.immolans.⁊
xl.di.ſecūdi ſen. Scđo mō dicit̃ aliq̄d male acq̄ſitū qꝛ dans ⁊ accipiens ꝯ̄ diuinā iuſticiā
faciūt ſicut in ſymonia ⁊ tale nō eſt reſtituēdū ei q̄ dedit.nec remanere dꝫ apud eum q̄ ac-
cepit ſed in elemoſinis dꝫ erogari in.c.veniens.extra de ſymo. Tertio mō dicit̃ aliq̄d illi
citum ratione actus acq̄rendi non rōne acquiſitionis ſicut in meretricio cui⁹ actus ē illici

fus ⁊ a deo ꝓhibitus. tamen illud quod datur poteſt meretrix accipere pro locatiõe ſui
corporis. ⁊ de eo poteſt meretrix facere elemoſinam. ⁊ ſimiliter hiſtriones poſſunt facere
elemoſinas de hijs que ſibi dantur quia nulli cõpetit reſtitutio. xvij.q.iiij.c.nõ ſane. Quis
immane peccatũ ſit dare aliquid hyſtrionibus ꝓ hyſtrionatu. lxxxvi.di.c.donare. Etidẽ
dicendũ eſt de citthariſtis ⁊ alijs qui ludunt ad voluptatem ⁊ luxuriã. qꝛ deũ manibus ſti
mulant qui vocibus populum delectant. xcij.di.c.in ſancta. tamen ad laudem dei ad re-
creationem infirmi vel aliam iuſtam cauſam tales ludi poſſunt ꝑmitti de con.di.v.c.pue-
nit.ver.fi. Sed meretrix nõ poteſt facere ſacrificiũ ad altare de mercede proſtibuli: tam ꝓ
pter reuerentiam ſacramenti ꝙ propter ſcandalũ ⁊ deteſtationẽ peccati ⁊ vt propter ru
borem ⁊ verecundiam citius conuertatur. xc.di.c.oblationes. ⁊. xvij.q.iiij.ca.miror. vnde
deute. xxiij. non offeres mercedem proſtibuli nec preciuꝫ canis in domũ dñi dei tui q̇cq̇d
illud eſt quod vouerit. qꝛ abhominatio eſt vtraqꝫ apud dñm deũ tuũ. De illa materia tra
ctaui in.c.de auaricia ⁊c̄. Illa eñ elemoſina deo placet que non ex iniquitate ⁊ illicitis cõ
geritur: ſed q̄ de rebus cõceſſis ⁊ bene acquiſitis impẽdit᷑. xiiij.q.v.c. elemoſina. Pro q̊ ē
notãdũ ꝙ elemoſine ſunt tres gradus. Nã quedã eſt elemoſina que eſt bona: alia melior
alia optima. Bona eſt que fit de patrimonio chriſti in quo ſolã diſpenſationẽ habẽt cle
rici. vnde Bernardus facultates eccleſiaꝝ patrimonia ſunt pauperũ. ⁊ ſequit᷑ ſacrilega
crudelitate ſubripitur quicquid miniſtri vltra victũ ⁊ veſtitum accipiũt. Melior eſt q̄ fit
de proprio patrimonio. Optima eſt que fit de hijs que acq̇runtur proprio labore. Itẽ
notandũ eſt ꝙ elemoſina eſt deo tanto gratior quãto res que dat᷑ eſt carior. ſecũdo reguꝫ
vlti.c. vnde numeri. xviij. que offeretis deo donaria optima ⁊ electa erũt. quod eſt cõtra
illos qui dant pauperibus de peioribus. de bonis eccleſiaſticis ſatis tractaui in.c.de a
uaricia. qñ tenent᷑ ſuperflua paupꝑibus erogare al's grauiter peccãt. vna pars paſtori al
tera clericis. tertia fabrice eccleſie. quarta pauperibus. xij.q.ij.c.quattuor aũt. ⁊.c.aurum
habet eccleſia: non vt ſeruet ſed vt eroget pauperibus. vñ. xij.q.ij.c.gloria epi. gloria epi
eſt pauperꝝ neceſſitatibꝰ prouidere. ⁊ ignorãtia ſacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs.
tamen moderate viri eccleſiaſtici ſeruando bona eccleſie ꝓ ſuis neceſſitatibꝰ nõ peccãt vł
ꝓ defenſiõe eccleſie ⁊c̄. Queritur hic vtrũ vxor filij ſerui monachi ⁊ ſil'es q̄ ſunt aliẽo
iuri ſubiecti poſſint facere elemoſinas ſine licẽtia ſuoꝝ ſuperioꝝ. R̃ndetur abſolute ꝙ illi
qui ſunt ſub poteſtate cõſtituti de rebꝰ ſm quas ſuis ſuperioribꝰ ſubijciuntur nõ poſſunt
facere elemoſinas ſine ſuperioris licentia niſi cogẽte neceſſitate: ꝙ cũ in neceſſitate omnia
ſunt communia liceret etiam de alieno ſuccurrere indigenti. ideo monachus qui non habꝫ
adminiſtrationem, non poteſt elemoſinas facere de bonis eccleſie ſine ꝯſenſu expreſſo vł
tacito ſui ſuperioris. Si tamen habet adminiſtrationem poteſt facere elemoſinas ſm ꝙ
cadunt in vſum ſuũ. de vxore vero cũ nihil habeat propriũ preter dotem dicenduꝫ eſt ꝙ
non poteſt facere elemoſinas ſine conſenſu expreſſo vel tacito viri ſui. tamen mulier põt
facere elemoſinas moderatas ne vir ſuus per eas pauperetur. Seruus nonpoteſt facere
elemoſinas de rebus ſui domini. qꝛ licet eas habeat ad diſpenſationem ⁊ gubernationẽ
domus: nõ tamen ad donationẽ. tamẽ aliqua modica que ſtatim poſſent corrumpi põt
dare pauperibus in elemoſinas. qꝛ in hoc preſumitur cõſenſus domini. Eodẽ mõ dicen
dum eſt de filijffa. qꝛ licet filiuſfa. ſit heres patris ſui nondũ tamẽ habet dominiũ ſup res
patris ſui. iõ non põt dare eas ⁊c̄. Quita pars eſt ibi. Chriſtus ſit tibi cã vbi auctor
noſter docet cauſam principalem propter quã elemoſina eſt danda dices ꝙ elemoſina de
bet dari principaliter amore dei. iuxta illud Math. v. cũ facis elemoſinam noli tuba ca-
nere ſed ſit elemoſina tua in abſcõdito ⁊ pater tuus qui videt in abſcõdito reddet tibi: A
deo enim dꝫ expectari retributio nõ ab hoĩe. luce. xiiij. cũ facis cõuiuium voca pauperes
⁊ debiles claudos ⁊ cecos ⁊ beatus eris. qꝛ non habent vnde retribuere tibi. retribuetur
autẽ tibi in reſurrectiõe iuſtoꝝ. Sexta pars eſt ibi da bona dũ tua ſunt. vbi ac. noſter
docet qñ elemoſina ſit danda di. ꝙ elemoſina dꝫ fieri duꝫ homo eſt ſanus ⁊ viuit. Eccle.
xiiij. fili ſi habes bñfac tecũ. ⁊ deo dignas offer oblationes, memor eſto qñ mors nõ tar



dabit ante mortem benefac ⁊ ante obitũ tuũ operare iuſticiaꝫ. Nã omnis elemoſina quã
quis facit in vita ſua eſt ſicut lucerna que precedit aliquẽ ſeruans eũ ne cadat in lutũ vel
foueam. Illa aũt elemoſina que fit poſt morteꝫ eſt ſicut lucerna que fert᷑ alicui poſt tergũ
que non cuſtodit hominem quĩ cadat in foueã inferni. Ideo littera ac. dicit da bona dũ
tua ſunt ⁊ que ſequũtur. Quia in operibus ſpiritualibus mĩe fuit facta mentio de corre-
ctione eſt Notandũ ꝙ duplex eſt fraterna correctio. vna que eſt actus charitatis que fit
ꝑ ſimplicẽ monitionẽ ⁊ illa ſpectat oĩbus charitatẽ habẽtibus ſiue fuerit ꝑlatus ſiue ſub-
ditus ſiue dñs. De correctiõe fraterna ꝑ beatũ thomã ſcḋa ſecunde. q. xxxiij. Nã iſto mõ
poteſt inferior corrigere ſuperiorem delinquẽtem cum manſuetudine ⁊ reuerentia. Alia ē
correctio que eſt effectus iuſticie que fit per punitionẽ vt alij magis timeant. ⁊ illa ꝑtinꝫ
ſuperioribus. vt patet in ethicis ⁊ ꝑ beatũ Aug. in libro de ſacramentis.c. de elemoſina.
Prima enim correctio que eſt actus charitatis poteſt pretermitti ad tempus. ſ. quando
dubitatur ex ea deterioratio corrigendorum. Secũda vero correctio nullomodo debet
pretermitti. vnde Aug. in libro de ver. dñi ſi neglexeris corrigere peior eo factus es ſm
glo. ſup illud mathei. xviij. ſi peccauerit in te frater tuus corripe illum inter te ⁊ ipm ſoluꝫ
habetur ꝙ ita peccat qui videt fratrem ſuum peccare ⁊ tacet ſicut qui in eum peccanti ñ
indulget. ⁊ hoc intelligendum eſt ſi habeat oportunitateꝫ corrigendi. Juſuper dicit ibidẽ
glo. ꝙ ſi peccatum fratris fuerit publicum ⁊ manifeſtum debet ⁊ poteſt publice corrigi ꝑꝑ
alioꝝ correctionem ⁊ vt inde exemplũ aſſumant. Si autem peccatũ fuerit occultũ diſtin-
guendum eſt. qꝛ aut eſt in nocumentum proximorum corporaliter qꝛ vult aliquos occide
re ſeu incendere ciuitatem. vel in nocumentum plurium ſpiritualiter qꝛ eſt hereticus ⁊ ho
mines a fide retrahit priuatim. tunc publice procedendũ eſt contra eum niſi firmiter ſpe
retur ꝙ ad ſimplicem monitioneꝫ poſſet impediri. Si vero peccatũ occultũ ſit in nocumẽ
tum peccantis ſolum: vel in nocumentũ eius qui eum corripit ⁊ ſic debet ſemper ſecrete
corrigi. poſtea ſm preceptũ dñi ſi noluerit ſe emendare dꝫ corrigens adhibere duos vel
tres teſtes ⁊ inſinuare ſuo ſuperiori vt eius pctm̃ corrigat᷑: ⁊ ſic ſimplex ãmonitio ⁊ ſecre-
ta debet precedere publicam. Item de iuſticia publice honeſtatis corrigens debet eẽ mũ
dus ab eo in quo alium corrigit ſm Yſido. de ſummo bono. tamẽ ſi ĩ peccato corrigat ali
quis aliũ tenet᷑ ſe emẽdare. Quia hic fit mentio de operibꝰ mĩe. Querit᷑ vtrum in deo ſit
mĩa. Et arguitur primo ꝙ nõ. nã. d. Damaſ. ꝙ mĩa eſt compaſſio de alienis bonis. ſed cõ
paſſio non cadit in deũ ergo nec mĩa. Inoppoſitũ eſt ps. di. miſericors ⁊ miſerator do-
minus. Pro ſolutione iſtius dubij eſt Notandũ ꝙ mĩa eſt virtus per quã animus ſup ca
lamitate afflictorum mouet᷑. iõ dicit Yſi. in ethimolo. ꝙ miſericors a compatiendo aliene
miſerie ſortitus eſt vocabulũ. ⁊ hinc appellata eſt miſericordia qꝛ cor dolentis facit miſe-
rum aliena miſeria. Tunc ad dubium dicendum eſt ꝙ ex hoc dicitur aliquis miſericors.
qꝛ mĩam alterius ſuam facit quod contingit dupliciter. vnomodo ꝙ aliena miſeria afficia
tur inquantũ compatit᷑ patienti ⁊ ſic mĩa non eſt in deo. vñ Anſel. deꝰ inquit miſericors
eſt ſm nos ⁊ non ſm ſe. miſericors qñ miſeros ſaluat: ſed miſericors non eſt qꝛ nullius
mĩe cõpaſſione afficit᷑. Alio mõ dꝛ aliquis miſericors ſꝫ quandã reputationẽ qꝛ miſeriã
proximi reputat quaſi ſuam ⁊ exinde mouetur ad repellẽdũ eius miſeriã per beneficium
Ideo breuiter dicendum eſt ꝙ mĩa nõ eſt in deo ſm paſſionẽ ⁊ ꝓut mĩa conotat paſſio-
nem triſticie. ſed mĩa eſt in deo ſm effectũ qui quidẽ effectus ex affectu voluntatis proce
dit que non eſt paſſio ſed voluntatis actus. nos autem naturali compaſſione mouemur
ad miſericordiam quia ſumus membra vnius corporis. pma ad Coꝝ. xij. Si q̇d compa-
timur videamus quomodo vnum membrum compatitur alteri membro illius corporis
leſo. Iſtud enĩ precepit nobis dñs deutero. xv. ꝑcipio tibi vt aperias manum tuaꝫ fratri
tuo egeno ⁊ pauperi: Cuius mĩe excellẽtiã inſinuat nobis ps. di miſerationes enĩ eius
ſuper omnia opera eius. Queritur vtrum iuſticia ſit in deo. Solutio. dicendum ē ꝙ
duplex eſt iuſticia. ſ. diſtributiua ⁊ commutatiua. In iuſtitia diſtributiua requiritur equa-
litas proportionis nõ quãtitatis. In iuſtitia commutatiua requiritur equalitas quãtita

tis non proportionis: quod intelligendum eſt ſm poſſibilitatem accedendi ad mediū vir
tutis. In deo iuſticia commutatiua reſpicit premia. ſ. pro peccatis ſupplicia. ꝓ bonis gau
dia eterna. Sed diſtributiua reſpicit naturales perfectiones conſequentes naturam ſm
quas vnus eſt ꝑfectior altero. Tunc ad dubium dicendum eſt ꝙ ſi loquamur de iuſtitia cō
mutatiua q̄ reſpicit equalitatē quātitatis dico ꝙ talis iuſtitia nō eſt in deo. q: deus retri
buit bonis vltra condignū: malis citra condignū. Et ſi vero loquamur de cōmutatiua in
proportione ꝑmiādo ſm ꝓportionē dico ꝙ iuſtitia eſt ī deo. Si aūt loquamur de iuſtitia
diſtributiua dico ꝙ eſt in deo. q: deꝰ ꝓportionabilit̄ dat nature ꝑfectiōes debitas ⁊ cōue
nientes ordine ſapiētie ſue ſm Laudul. ſup. xlvi. di. quarti ſen. Super mia narrat Grego.
quoddā exēplū in omelia illius euangelij. Vidēs Ihesus ciuitatē fleuit ſup illā videlicꝫ
qḋ q̇dā monachus noīe Martirius valde honorabilis religioſus tēdēs ad vnū patrē al
terius monaſterij cauſa viſitatiōis quendā leproſum in itinere repperit qui aſſerebat ſe n̄
poſſe ire ad hoſpitium pre nimia fatigatione itineris quem iſte martirius nolens ibidꝫ
dimittere ſub tempeſtate noctis inuoluit pallio ſuo ⁊ poſuit leproſum ſupra collum ſuuꝫ
⁊ portauit vſqꝫ ad portas monaſterij vel quaſi: cum autꝫ appropinquaret ad fores mo
naſterij quidā pater eiuſdē monaſterij laudabilis vite clamauit ⁊ dixit religioſis eiuſdꝫ
monaſterij currite ad ianuas monaſterij. q: frater Martirius venit portās dn̄m noſtruꝫ
⁊ ſtatim is qui leproſus videbatur de collo fratris martirij exiliens in ſpecie illa qua mū
dum redemit martirio aſpiciente in celum aſcendit ⁊ aſcendens dixit martirie tu non me
erubuiſti ſuper terram ego non te erubeſcā ſuper celos: ergo fratres cariſſimi multotiens
venit deus ad nos in ſpecie peregrini. Luce. xxiiij. in ſpecie mēdici leproſi ⁊c. q̄re debemꝰ
diligenter attendere quis eſt qui petit elemoſinam Math. xxv. quod vni ex minimis meis
feciſtis mihi feciſtis. Item debemus attendere quid petit q: non noſtrū ſed ſuum petit.
Vnde Aug. dicit tibi Chriſtus da mihi de eo quod dedi tibi de meo quero ⁊ non mihi
das da ⁊ reddam. habuiſti me largitorem facito me debitorem. Vnde primo paralipo.
xxix. tua ſunt omnia domine ⁊ que de manu tua ſuſcepimus dedimus tibi. Itēꝫ debemꝰ
attendere ad quid petit. q: non ad dandum ſed ad mutuandū. vnde Aug. homo q̄ fene
raris deo fenerare ⁊ centuplum accipies ⁊ vitam eternam poſſidebis. Math. xix. O ma
gna ingratitudo hominum q̄ volunt mutuare alicui iudeo vel ſarraceno ⁊ nolunt mutua
re deo da tales vſuras. Meditemur. n. ꝙ debemꝰ petere ab eo regnū eternū cui mō vo
lumus elargiri modicū panis. Si. n. negemꝰ ei illḋ modicū negabit ⁊ ipſe nobis merito
regnum eternum. Prouer. xxi. qui obturat aurem ſuā ad clamorem pauperis clamabit et
non exaudietur. ergo ſimus miſericordes alter alterius indigentiam ſubleuantes ⁊c.

Sequitur de oratione.

Edulus exora dominum reuerenter adora.
Vt ſibi nunc gratum faciat te poſtqꝫ beatum:
Sepe deum placat oratio cor bene mundat.
Hoſtes exuperat celos penetrando ſubintrat.
Chriſto preſentat que poſcens ſedulus optat
Auxilium preſtat hiis quos tribulatio vexat.
Nos deus orare iuſſit ſimul et vigilare.
Diſcipulis formam dans orandi quoqꝫ normam.
Que breuis eſt digna tenet in ſe cuncta petenda
O pater in celis regnans te poſco fidelis.
Nomen primo tuum ſit ſemper ſanctificatum.
Adueniat regnum celeſte tuum benedictum.



Velle tuum terris fiat per nos et in altis
Da panem noſtrum nobis tu quottidianum.
Et parcas nobis mala ſicut nos inimicis.
Et ſi tentemur non permittas ſuperemur
Sed nos a cunctis defende malis et iniquis.
Sit tua tota gemens oratio ſit pia feruens.
Primo ſit aſſidua diſcreta ſit ac operoſa
Iuſta ſit ac humilis attenta ſit atqꝫ fidelis

Stud capitulꝫ de oratione diuidit̄ principaliter in quattuor partes. In prima
i parte actor noſter proponit. In ſecunda parte ponit vtilitates orationis. In ter
tia parte iuſinuat formam orandi a chriſto ſaluatore noſtro ſuis diſcipulis tradi
tam. In quarta parte docet conditiones orationis. Prima in principio. Scḋa ibi Sepe
deum placat. Tertia ibi nos deus orare iuſſit cum ſuis annexis. Quarta ibi Sit tua to
ta gemens oratio: Pro declaratione prime partis eſt notandum ꝙ orō de vi vocis
eſt oris ratio. ⁊ ſic apparet ꝙ orō dꝫ eſſe vocalis vt habetur in principio ſummulaꝝ. tn̄ cō
pen. ſeptē ſacramētorū dicit ꝙ oratio q̄ fit pro populo a miniſtro eccle. dꝫ eſſe vocalis. ora
tio vero ſingularis perſone ſiue fiat pro ſe ſiue pro alijs pōt eſſe mētalis. tamē a doctorī
bus adiungit̄ vocalis ꝓpter tria principaliter. Primo ad excitandū interiorē deuotionē
Secundo vt homo deo ſeruiat de oībus que hꝫ. ſ. mente ⁊ corpore. Tertio vt mentis
affectio vehemens per vocē exprimatur. Item eſt premittendū ꝙ oratio ſumitur triplicit̄
large ſtricte ⁊ ſtrictius. large enim omne bonum opus poteſt dici oratio glo. ſuper illud
prime ad theſſalonicenſes vltimo ſine intermiſſione orate ſemper eīn orat qui bene ſemꝑ
agit. Stricte oratio dicit̄ petitio boni ſiue ad deū dirigat̄ ſiue ad aliquē ſanctū vel ſanctā
celeſtis curie ⁊ ſic letania dicit̄ oratio. Strictius dicit̄ oratio ꝓut eſt petitio boni q̄ ad deū
dirigitur. ⁊ ſic ꝓprie ſumit̄ hic. Et differūt oratio ⁊ deprecatio. Nam oratio eſt pro adipi
ſcendis bonis. ⁊ deprecatio eſt pro malis remouēdis glo. ſuper illud ps. Exaudiuit dn̄s
deprecationem ⁊ orationē meā ſuſcepit. Et diffinit̄ ſic oratio a Iohanne Damaſ. Ora
tio eſt aſcenſus intellectus ad deum. ⁊ accipimus hic intellectum prout cōprehēdit duas
vires que ſunt proprie anime rationali. quarum vna eſt apprehenſiua. alia motiua. Ap
prehenſiua dicitur intellectus qui ad deum aſcendit a conſideratiōe humanorū defectuū
ad conſiderationem boni ſufficientiſſimi ⁊ potentiſſimi ſupplere defectus illos vbi nota
tur ꝙ orans debet defectus ſuos conſiderare. Deinde aſcendere ad liberalitatem illiꝰ q̄
habet poteſtatem facere ſeu ſupplere. Motiua vero dicitur ipſe affectus ſeu voluntas q̄
inter ceteras potentias aīe eſt liberior. q: nec cogitur organo nec obiecto: nec pōt cogi
ad contrarium ſue volitionis per aliquam creaturā q: ſolius trinitatis ipſius aīe creatri
cis eſt eidem anime illabi ſm omnes doctores theologie vt viſum fuit ſuperius in rubri
ca de modo vitandi peccata. Alio modo diffinit̄ ſic ab eodē Damaſc. Oratio eſt petitio
decentium a deo. Non enim decet filios dei omnia indifferenter petere: nec deum decet
indifferenter omnia dare. Alio modo diffinit̄ ſic. Oratio eſt mentis conuerſio in deū ꝑ
pium ⁊ humilem affectum. Sequitur in textu ſecunda pars in qua actor noſter docꝫ
vtilitates orationis ibi Sepe deum placat. Pro cuius partis declaratione eſt ꝑmit
tendum ꝙ Oratio eſt duplex. ſ. fructuoſa ⁊ infructuoſa. Orationum infructuoſarum. que
dam eſt ſimiatica que fit ſolis labijs. mathei decimoquinto. Populus hic labijs me ho
norat: cor autem eorum a me longe eſt. Alia eſt oratio impropera qualis fuit oratio He
lye cum petijt anime ſue vt moreretur quādo fugiebat propter Ieſabel vxorē Acab. ter
tio regum decimonono capitulo. Alia eſt preſumptuoſa qualis fuit oratio matris Io.
⁊ Iacobi filioꝝ zebedei. d. ſaluatori noſtro ꝙ faceret ſedere duos filios ſuos. vnū ad dex

teram ſuam ⁊ alium ad ſiniſtram quibus dixit ſaluator noſter neſcitis quid petatis Mathei viceſimo. ⁊ Luce decimo. Alia oratio eſt ridiculoſa qualis eſt oratio ypocritaruꝫ ſicut phariſei dicentis Ieiuno bis in ſabbato. decimas do omnium que poſſideo. Luce xviij. ⁊ de illa oratione infructuoſa textus actoris non intelligitur. Oratio vero fructuoſa ē q̄ fit puro corde ⁊ humili affectu qualis fuit oratio publicani qui non audebat leuare oculos ad celum ſed percutiebat pectus ſuum. d. deus propitius eſto mihi peccatori. Luce. xviij. Et ſicut fuit oratio filij prodigi. d. pater peccaui in celum ⁊ coram te non ſum dignus vocari filius tuus. Luce. xv. Et de illa intelligit ac. noſter cum enumerat vtilitates orationis. Quarum vna eſt ꝙ oratio fructuoſa deuꝫ placat. vt habemus exodi triceſimo ſecundo. vbi dicebat dominus ad moyſem dimitte me vt tranſeat furor meus contra populum iſtum ⁊ deleam eos. quia ydolatrauerunt adorando vitulū conflatum. dū moyſes aſcenderat montem ſicut dominus preceperat ei pro tradendo moyſi precepta ⁊c. Et ſequitur moyſes autem orabat dominum dicens. Cur domine iraſcitur furor tuus ſup nequicia populi tui. ⁊ ſequitur placatus eſt dominus ne faceret malū quod locutus fuerat aduerſus populum ſuū. Alia vtilitas orationis eſt qua infirmitatem ſanat. Eccleſiaſtici triceſimooctauo. Fili i tua īfirmitate ne deſpicias teipſum ſed ora deū ⁊ ipſe curabit te. ⁊ Iacobi vltimo capi. oratio fidelis ſanabit infirmum. Alia vtilitas eſt q꞉ vitam prolongat Yſa. xxxviij. Audiui orationem tuaꝫ ⁊ vidi lachrimas tuas ecce ego adijciaꝫ ſuper dies tuos. xv. annos dixit dominus ad Ezechiam regem. Alia vtilitas eſt q꞉ de opprobrio liberat vt habetur Thob. tertio de ſarra filia Raguelis. Alia vtilitas orationis eſt q꞉ liberat a periculo ⁊ opprobrio vt habet̄ Danielis decimotertio de ſuſana quam iniuſte duo ſenes accuſauerunt de adulterio ſed dum oraret deus eam liberauit. Alia vtilitas eſt q꞉ ab inimicis corporalibus liberat Baruch quarto. clamate ad dominum ⁊ eripiet vos de manu principum inimicorum. ⁊ Actuum duodecimo de beato petro qui erat vinctus cathenis duabus. ⁊ per orationem vniuerſalis eccleſie fuit liberatus per angelum a manibus herodis. Oratio in bello triumphat corporaliter. Exodi. xvij. ca. cum leuaret manus moyſes vincebat iſrael. ideſt populus ille cuius princeps erat Ioſue. plus enim valꝫ vnꝰ ſanctus orando q̄ innumeri peccatores preliando. ſuper librum numeri in glo. quomō enim oratio ſancti cum celum penetret in terris hoſtes non vincat. Oratio enim ſanat morbos Iacobi vltimo capitulo. ſi infirmatur quis ex vobis indicat preſbyteris eccleſie ⁊ orent ⁊ oratio fidei ſaluabit infirmum. Oratio de hoſtibus ſpiritualibus triumphat. Unde Yſidorus. Hoc eſt remedium eius qui viciorum temperamentis eſtuat vt q̊tiens quis tangitur vicio totiens ad orationem ſe ſubdat. quia frequens oratio viciorū impugnationem extinguit. Oratō demones fugat. Marci nono. Hoc genus demoniorū nō eijcitur niſi per orationem ⁊ ieiuniuꝫ. Oratio demones cruciat. vnde clamabat demonio plenus Bartholomee apoſtole dei incendunt me orationes tue. Oratio hominē illuminat. Unde quarto Regum prio capitulo. deſcendit ignis de celo ad orationem Helie. Oratio confortat. Unde Luce. xxij. poſitis genibꝰ orabat. d. pater ſi poſſibile eſt trāſeat a me calix iſte. ⁊ apparuit illi angelus de celo confortans eum. Unde Ieremie. xxxiij. c. clama ad me ⁊ ego exaudiam te. Oratio celum aperit. Luce tertio. c. Iheſu baptizato et orante apertum eſt celum ⁊ deſcendit ſpiritusſanctus corporali ſpecie ⁊c. qui enim vult cum deo eſſe frequenter oret ⁊ legat. Nam cum oramus ipſi cum deo loquimur. cum legimus deus nobiſcum loquitur ſm̄ Yſidorum. Oratio enim preeminentiā habet reſpectu ieiunij ⁊ elemoſine in hoc ꝙ oratio ſe habet in reſpectu eius quod ſupra nos eſt. ſcilicet reſpectu dei. Elemoſina vero ⁊ Ieiunium reſpectu eius quod eſt iuxta nos ⁊ infra nos. Sunt enim Elemoſina ⁊ Ieiunium quaſi due ale orationis. Unde Yſidorus. qui orationem ſuam vult volare ad deum faciat illi duas alas. ſcilicet elemoſinam ⁊ ieiuniū. thobie quarto. bona eſt oratio cum elemoſina ieiunio. Querit̄ Circa iſtā ſecundā partē Utrum ſolus deus debeat orari. Et videtur ꝙ ſic per diffinitionem orationis quam ponit Damaſce. ſub tali verborum forma. Oratio eſt aſcenſus mentis in deum. Sed cōtra



rium dicit Iob quinto capitulo. voca ſi eſt qui reſpondeat et ad aliquem ſanctorum ꝯuertere. Per que videtur ꝙ oratio poſſit fieri ad ſanctos dei ⁊ non ſolum ad deum. Ad illud dubium dicendum eſt ꝙ illud quod orando petimus eſt vita beata vt dicit auguſtinus q꞉ omnia alia que petimus ad hoc ordinari debent ſed beatam vitam dat tantum ſolus deus. licet ſancti cooperentur nobis ad hoc ꝙ beatam vitam obtineamus ⁊ ideo oratio directe ⁊ proprie fit ad deum ſicut ad illum a quo expectamus quod orando petimus. tm̄ orātis intentio ad ſanctos dirigitur ſeu conuertitur vt eorum auxilio ⁊ interceſſione impetremus a deo que expectamus. ideo dicit Caſſidorus ꝙ oratio proprie fit ad deum. deprecatio autem fit ad ſanctos. tamen cum ſancti orantur eis latria non exhibetur. ſed illi a quo petitio orantis explenda ſperatur. Sed contra premiſſa arguitur ſic ⁊ videtur ꝙ nō debeamus ſanctos interpellare ad orandum pro nobis. Nullus enim amicos amicus īterpellat ad orandū pro ſe niſi quia apud eos credit facilius gratiam obtinere. ſed deꝰ eſt infinitum magis miſericors quolibet ſancto ⁊ ſic eius voluntas facilius inclinat̄ ad nos exaudiendum q̄ volūtas alicuius ſancti. ergo videtur ſuperfluum cōſtituere ſanctos mediatores inter nos ⁊ deum. Oppoſitum probatur quia ſancti qui ſunt in patria magis ſunt accepti deo q̄ in ſtatu vie. ſed ſanctos qui ſunt in via conſtituere debemus interpellatores pro nobis ad deum exemplo apoſtoli. d. ad Romanos decimoquīto. obſecro vos fratres per dominum noſtrum ieſum chriſtū ⁊ per charitatē ſpiritusſancti vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad deū. ergo ⁊ nos multo fortius petere a ſanctis q̄ ſunt in patria debemus vt nos iuuent ſuis orationibus apud deum. Ad illud dubium dicendum eſt ꝙ oratio porrigitur alicui dupliciter. Uno modo quaſi per ipſuꝫ implenda. Alio modo ſicut per ipſum impetranda. primo modo orationeꝫ ſoli deo porrigimus q꞉ orationes noſtre ordinari debent ad gratiam quam deus dat ſm̄ illud p̄s. gratiam ⁊ gloriam dabit dominus. ſecundo modo orationem porrigimus ſanctis angelis ⁊ hominibus nō vt per eos deus noſtras orationes cognoſcat. ſed vt eorum precibus ⁊ meritis oratiōes noſtre ſortiantur effectū. Unde apo. viij. aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum coram deo. Tunc ad rationē in cōtrarium dicendū eſt ꝙ nō eſt propter defectum miſericordie ipſius dei ꝙ oporteat eius clementiā per orationes ſanctorum pulſare. ſed eſt ad hoc vt ordo diuinitus inſtitutus in rebus ſm̄ Dyo. per media reducatur in deuꝫ. Unde cū ſancti qui ſunt in patria ſint deo propinquiſſimi hoc diuine legis ordo requirit vt nos qui manentes ī corpore peregrinamur ad deū per ſanctos medios reducamur quod quidē cōuenit dum per eos diuina bonitas ī nos ſuū effectum diffundat. Queritur vtrū debeamus interpellare ſuperiores ſctōs tanq̄ deo acceptiores. Solutio. dicendū eſt ꝙ q̄uis ſuperiores ſancti ſint deo acceptiores: vtile tamen eſt etiam minores interdum orare propter quinq꞉ rationes. Prima eſt quia aliquis quandoq꞉ habet maiorem deuotionem ad ſanctum minorem q̄ ad maioreꝫ. modo ex deuotione maxime dependet orationis effectus. Secunda ratio eſt propter faſtidiū tollendū qd̄ faſtidiū parit vniꝰrei aſſiduitas. Tertia ratio eſt quia quibuſdā ſanctis datū eſt in aliquibus ſpecialibus cauſis preciſe patrocinari. Quarta ratio ē vt debitus honor exibeatur a nobis. Quinta rō eſt quia pluriū orationibus quandoq꞉ impetratur quod vnius oratione non impetraretur. Queritur vlterius vtrum ſancti cognoſcant oratiōes noſtras. Et videtur ꝙ nō Yſaie ſexageſimotertio capi. Abraham neſciuit nos ⁊ iſrael ignorauit nos. vbi gloſa Auguſtini. mortui ⁊ ſancti neſciunt quid agant viui. etiam eoruꝫ filij. Et illa auctoritas ſumitur ab codeꝫ auguſtino in libro de cura pro mortuis. Oppoſitum dicit Gregorius. iiij. dyalo. vbi dicit ꝙ anime ſanctorum cognoſcunt orationes noſtras ⁊ ea que hic aguntur. Ad illud dubium dicendum eſt ꝙ diuina eſſentia eſt ſufficiens mediū cognoſcendi omnia. quod patet ex hoc ꝙ deus videndo ſuam eſſentiam omnia intuetur. non tamen ſequitur ꝙ quicunq꞉ eſſentiam dei videt omnia cognoſcat: ſed ſolum qui eſſentiam comprehendit. vnde cum anime ſanctorum diuinam eſſentiam non comprehendant non eſt conſequens vt omnia cognoſcant que per eſſentiam diuinā cognoſci poſſunt. Nā

inferioꝛes angeli a ſuperioꝛibus educentur per Dyoniſium.xi. capitulo .cele.ierar. Quis
omnes eſſentiã dei videant.ideo vnuſquiſqꝫ beatus videt ĩ eſſentia diuina tantũ quantũ
perfectio requirit beatitudinis. Hoc autem ad perfectionẽ beatitudinis requirit vt ho⸗
mo habeat quicquid velit nec aliquid inoꝛdinate velit.hoc autem recta volũtate quilibꝫ
vult vt ea que ad ipm pertinet cognoſcat. Et quia ad magnã glorĩam eoꝛum eſt ꝙ alios
iuuare poſſunt quaſi interceſſoꝛes.ideo ſtatim in verbo vident vota ⁊ oꝛationes eoꝛum
qui eos interpellant.Cum autem ſanctis nulla rectitudo deſit nolunt cognoſcere ea q̃ ad
ipſos non pertinent.Tunc ad rationem in contrarium dicendum eſt ꝙ auctoꝛitas Augu
ſtini intelligenda eſt de cognitione naturali animarum ſeparatarũ quequidẽ cognitio in
ſanctis viris non eſt obtenebꝛata ſicut in peccatoꝛibus. Non autẽ loquitur de cognitõe
in verbo quam conſtat abꝛaham eo tempoꝛe quo hec dicta ſunt per Yſaiam nõ habuiſſe
cum ante chꝛiſti paſſionem nullus ad viſionem dei peruenerit.tamen ſm Laudulphũ ſu⸗
per quadrageſimaſexta diſtinctione quarti ſententiarũ ꝙ beatꝰ oꝛationes noſtras cogno
ſcat non eſt de neceſſitate de ratione actus beatifici ſed ſolum de congruitate. Querit vl
terius pꝛo quibus ſancti poꝛrigũt pꝛeces aut pꝛo his quos vident deũ velle ſaluari ⁊ tũc
fruſtra rogant deũ cum ſine eoꝛum pꝛece fieret . aut pꝛo his quos non vult deus ſaluare
⁊ tales pꝛeces ſunt caſſe ⁊c̃.Solutio.dicendũ eſt ꝙ non eſt neceſſarium ſanctos ſcire deuꝫ
velle vel non velle ſaluare eũ pꝛo quo rogant nec deum velle vel nolle exaudire . ſed facta
reuelatione de oꝛatione poꝛrecta a nobis ſanctus dirigit noſtrã petitioneꝫ in dei volũta
tem vt ſuis meritis deꝰ exaudiat ſi ſibi placet.vel poteſt dici ꝙ poſito caſu ꝙ ſctũs ſciret
deum velle petrũ ſaluare non tamen fruſtra poꝛrigeret pꝛeces.quia ad iſtũ finem puta pe
tri ſalutẽ deus oꝛdinauit plura media inter que computantur ſuffragia iſtius ſcti ſm Lau
dulphum ſupꝛa quartũ ſen. Queritur vtrum ſanctis qui ſunt in patria competat oꝛa
re.Et videtur ꝙ non. Nã ſunt cõfoꝛmes chꝛiſto inquantũ eſt homo cui nõ competit oꝛa
re:ergo nec ſanctis.alias diceremus chꝛiſte oꝛa pꝛo nobis.Oppoſitum pꝛobatur.nã ſan
cti in patria magis feruent charitate q̃ in via.ſꝫ charitas facit vt ſancti ĩ via ꝓ aliȷs oꝛẽt
ergo multo magis in patria. Solutio.dicendũ aſt ꝙ cũ in ſanctis qui ſunt in patria ſit per
fectiſſima charitas ꝯpetit eis pꝛo nobis oꝛare.non autem pꝛo ſe quia omnia eis ad nutũ
ſuccedunt. Tunc ad rationem in contrariũ dicendũ eſt ꝙ chꝛiſtus inquantũ homo oꝛat ꝓ
nobis.ſed ideo non dicimus chꝛiſte oꝛa pꝛo nobis:quia chꝛiſtus ſupponit ſuppoſitũ eter
num cuius non eſt oꝛare ſed adiuuare.ideo dicimus chꝛiſte audi nos. Alio modo dicen⸗
dum eſt ꝙ oꝛatio eſt actus quidã:actus aũt ſm Ariſtotelẽ ĩ pꝛima philoſophia eſt ſingu
larium ſuppoſitoꝛum.⁊ ideo ſi diceremus chꝛiſte oꝛa pꝛo nobis niſi aliud adderetur vide
remur hoc ad perſonã chꝛiſti referre.⁊ ita videretur eſſe cõſonũ errori neſtoꝛiȷ qui dixit in
chꝛiſto perſonam filiȷ hoĩs diſtinctã a perſona filiȷ dei.vel videretur eſſe conſonum erroꝛi
arriȷ qui poſuit perſonam filiȷ hoĩs minoꝛeꝫ patre:ideo ad hoc euitandũ non dicitur chꝛi⸗
ſte oꝛa pꝛo nobis:ſed chꝛiſte audi nos vel miſerere nobis.Sequitur in textu tertia pars
in qua actoꝛ noſter inſinuat foꝛmã oꝛandi a chꝛiſto ſuis diſcipulis datam. Pꝛo cuius de⸗
claratione tria ſunt conſideranda. Pꝛimũ de illa foꝛma oꝛandi.ſecunduꝫ vtrum oꝛare ca
dat ſub pꝛecepto.tertiũ elucidare petitiones que continentur in oꝛatione dñicali Quan⸗
tum ad pꝛimũ dicendum eſt ꝙ ſaluatoꝛ noſter dixit diſcipulis ſuis ipm interrogantibus
de modo oꝛandi.d.domine doce nos oꝛare ſicut ⁊ Johannes docuit diſcipulos ſuos.q̃
bus ſaluatoꝛ noſter.cũ oꝛatis dicite pater noſter.Luce.xi. ⁊ Mathei.vi. Similiter habe
tur Mathei decimoquarto.quomodo chꝛiſtus dimiſſa turba aſcendit in montẽ ſolꝰ oꝛa
re ⁊c̃.Quantum ad ſecundum quo querebatur vtrum oꝛare cadat ſub pꝛecepto. videt pꝛi
mo ꝙ ſic per illud quod habet Mathei viceſimoſexto. vigilate ⁊ oꝛate vt nõ intretis in tẽ
tationem. Jtem per Criſoſtomũ ſuper illud Luce.xviiȷ.opoꝛtet ſemper oꝛare. habetur ꝙ
opoꝛtet dicit neceſſitatem ſed talis neceſſitas non poteſt eſſe ſine pꝛecepto ergo. Jtẽ oꝛo
diuiditur contra elemoſynã ⁊ ieiunium.ſed vtraqꝫ illarum eſt ſub pꝛecepto.ergo ⁊ oꝛatio.
Oppoſitum videtur eſſe verum quia quod eſt volũtatis nõ eſt neceſſitatis.ſed oꝛatio ma



xime eſt voluntatis:quia eſt quedam volitoꝝ petitio ergo non eſt neceſſitatis.⁊ ita nõ ca
dit ſub pꝛecepto. Jtem petitio non videtur ad aliud eſſe niſi vt noſtrum deſiderium alteri
ĩnoteſcat.ſed ſuperfluũ eſt alicui exponere illud quod ipſe ſcit:ergo cum chꝛiſtiana religio
non contineat aliqua ſuperflua pꝛecepta videt ꝙ oꝛare non cadat ſub pꝛecepto ⁊ maxie
deum oꝛare cui omĩa deſideria noſtra ſunt nota. Jtẽ deus liberaliſſime ſua dona dat.ſed
liberalius datur aliquid ſine pꝛecibus q̃ cũ pꝛecibus.vnde Alanus de parabolis.Sed ni
hil eſt quod ſit ſub celo carius emptum:q̃ quod emunt lõge frõte rubẽte pꝛeces.ergo nõ
debet pꝛeceptoꝛ exigere pꝛeces de eo quod vult dare:⁊ ſic oꝛatio non cadit ſub pꝛecepto
Solutio.dicendũ eſt ꝙ oꝛatio cadit ſub pꝛecepto ſm beatum Tho.ſupꝛa quartum ſentẽ⸗
tiarũ.determinate ⁊ indeterminate.determinate quidẽ: qꝛ ad aliq̃s oꝛationes ex p̃cepto
tenentur illi qui ex officio ſuo ſunt mediȷ inter deum ⁊ populuꝫ conſtituti.ſicut ſunt mini
ſtri eccleſie.eis enim ex officio incumbit pꝛeces ad deum in perſona totius eccleſie funde
re ⁊ ſimiliter tenentur ad hoꝛas canonicas dicendas. Jndeterminate aũt ad oꝛationẽ q̃li
bet tenetur ex hoc ipſo quia quilibet tenetur ad bona ſpiritualia ei ꝓcuranda que nõ dã
tur niſi diuinitus. Tunc ad rationes in contrarium dicendum eſt ⁊ pꝛimo ad pꝛimam
ꝙ ex ipſo ꝙ aliquid eſt voluntatis excluditur neceſſitas abſoluta vel etiam coactionis nõ
autem neceſſitas ex ſuppoſitione finis. qꝛ amoꝛ qui maxime voluntarius eſt neceſſarius
eſt ſi quis vellet ad ſalutẽ peruenire.⁊ hoc modo eſt neceſſaria oꝛatio ⁊ ſub p̃cepto cadẽs
reſpectu eoꝝ quoꝛũ voluntas ſub neceſſitate pꝛedicta cadit. Nota ꝙ multiplex eſt neceſſi
tas.quedam indigentie.pꝛima Johãnis tertio. Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatẽ ha
bere.i.indigentiã.quedã expedientie Mathei decimooctauo. Neceſſe eſt vt veniant ſcã
dala.quedã concupiſcentie. Luce nono.villam emi neceſſe habeo exire ⁊ videre illaꝫ.que⸗
dam eſt dilectionis Job ſexto.neceſſariȷ mei receſſerunt a me.quedã eſt ineuitabilitatis.
p̃s.de neceſſitatibus meis erue me.quedã eſt coactionis quando homo nec virtute nec li
bero arbitrio nec voluntate põt reſiſtere.⁊ illa neceſſitas coactionis ſm doc. ſupꝛa ſcdm
ſententiarũ dicitur eſſe duplex.quedã efficiens ⁊ ſufficiens.quedam efficiens ⁊ inducens
⁊c̃.quedã eſt neceſſitas electionis ſeu ſuperexcellentis bonitatis. Luce decimo.poꝛro vnũ
eſt neceſſariũ.quedam eſt neceſſitas coeuitatis.vnde Aug. q̃cito ignis eſt neceſſariũ eſt
vt luceat.quedã eſt neceſſitas immutabilitatis vt dicit ꝙ quedam vera neceſſaria dicunt
quia eoꝛum veritas mutari non poteſt ⁊c̃. Nota ꝙ inter omnia opera que poſſunt fieri
in hac vita nullum opus eſt honoꝛabilius vtilius ⁊ leuius q̃ oꝛare deũ.honoꝛabiliꝰ: q̃a
magnus honoꝛ eſt loqui frequenter ⁊ familiariter cuꝫ rege terreno:ſed multomagis cum
rege celeſti ⁊ eterno cuꝫ quo nos loquimur oꝛando.vnde Jſidoꝛus. Qui vult frequenter
eſſe cum deo frequenter oꝛet ⁊ legat.nam cum oꝛamus cũ deo loquimur.cum legimus de⸗
us nobiſcũ loquitur. Utilius quia dicit dominus amen dico vobis ſi fidem habueritis ⁊
non heſitaueritis quicquid oꝛantes petieritis credite qꝛ accipietis ⁊ fiet vobis. Mathei
viceſimopꝛimo capitulo. Leuius.quia in omni loco ⁊ in omni tempoꝛe poteſt homo oꝛa
re nec opoꝛtet aliquid extra ſe petere:quia ſolũ bene cogitare ⁊ bene deſiderare eſt oꝛare.
ſm illud Pſalmiſte.Deſiderium pauperum exaudiuit dominus:ideſt humilium ⁊c̃. Jd⸗
circo diſcipuli attendentes pꝛedicta petierunt a chꝛiſto vt doceret eos oꝛare.d. Luce vnde
cimo ca.domine doce nos oꝛare qui docuit eos.d.cuꝫ oꝛabitis dicite Pater noſter ⁊c̃. ⁊
hic docet nos dominus eſſe tales vt ſimus digni eſſe filiȷ patris celeſtis qui eſt in celis ꝑ
pꝛeſentie manifeſtationẽ. Ad ſecundam rationem dicendum eſt ꝙ per oꝛationẽ pꝛecipi
mur vota noſtra deo pandere:non vt ipſum deũ doceamus quid deſideramus:ſed vt af⸗
fectum ⁊ intellectum noſtrum dirigamus in illum. Ad tertiam rationem dicendum eſt
ꝙ deus oꝛationem acceptat de eo quod dare vult ⁊ interdũ de eo quod dare non vult vt
idonei ſimus ab eo accipere. Quantum ad tertium quo erant declarande petitiões que
continentur in oꝛatione dñicali eſt notandum ꝙ ſeptẽ continentur in ea petitiones. Pꝛo
quarum introductione petitionũ pꝛemittitur verbũ ſaluatoꝛis noſtri cum oꝛabitis dicite
Pater noſter qui es in celis:quaſi dicat tu es pater noſter creatiõe.in deut.triceſimoſecũ

do. Nunquid ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te ⁊ fecit ⁊ creauit te. Itē tu es pater noſter
redēptione quia ſicut pater pius redemiſti nos proprio ſanguine in apocalipſi. Tu enim
es pater conſeruatione iuxta illud Mathei viceſimotertio. Hieruſalē hieruſalē quotiēs
volui congregare filios tuos q̄admodum gallina congregat pullos ſuos ſub ala ⁊ nolui
ſti. Chriſtus enim comparat ſe galline: quia pre ceteris auibus ꝯpatitur pullis ita vt ipſis
infirmantibus infirmet ⁊ fiat voce rauca plumis hiſpida ⁊ detrahat ori ſuo quod tribuat
pullis ſuis ⁊ extendit alas ſuper eos vt calefaciat eos ⁊ liberet eos ab ore milui ⁊c̄. Item
chriſtus ſe comparat pellicano qui trahit ſanguinem de ſuo pectore pro pullorum mor-
tuorum viuificatione. vnde pſalmiſta. Similis factus ſum pellicano ſolitudinis. ſolitudi
nem appellat crucē in qua chriſtus fuit ſolus a diſcipulis derelictꝰ. Yſa. ſexageſimotertio
Torcular calcaui ſolus ⁊ non eſt de gentibus vir mecum. Item tu es pater educatiōe gu
bernatione ⁊ hereditatiōe propter q̄ dicebat ſuis diſcipulis. Nolite vocare vobis patrē
ſuper terrā quoniā pater veſter vnus eſt chriſtus. dicit ergo pater noſter quaſi dicat non
debes orationē noſtram reſpuere: ſed debes eā recipere quia tu es pater noſter. modo pa
ter debet compati filijs ſuis. Qui es in celis. quaſi dicat es in celis materialibꝰ per p̄ſen
tie manifeſtationem ⁊ in celis ſpiritualibus. ſ. in ſanctis per gratie inhabitationem. vnde
Yſa. Celum mihi ſedes eſt. ⁊ alibi. Anima iuſti ſedes eſt dei. vt poſſimus dicere cum apo
ſtolo. noſtra conuerſatio eſt in celis. ⁊ tunc dominus habitabit in nobis per gratiaꝫ ſicut
pater celeſtis in filijs celeſtibus ⁊c̄. Nunc aggrediendum eſt ad declarationē ſeptem peti
tionum Quarū prima eſt ibi ſanctificetur nomen tuū. quaſi dicat ſanctificetur nomen tuū
ideſt da nobis domine gratiaꝫ vt nos qui habemus nomen tuum ⁊ ſumus a te nominati
chriſtiani ſimus ſancti ſine immundicia carnalis macule. ⁊ hoc facies ſi des nobis virtutē
continentie. Ex qua petitione apparet ꝙ hic principaliter petimus viciū luxurie a nobis
amoueri: virtutē caſtitatis nobis dari. Luxuria polluit totum hominem intus ⁊ extra. cor
per immundam cogitationem delectationem ⁊ conſenſum. caput per ornatum lenociniū
⁊ meretriciū. oculos per aſpectum impudicum. aures per auditum cantilenarum ⁊ verbo
rum inflammantium ad peccatum. nares ad adulterinos odores vnguētorum meretrica-
lium quibus depingunt ſe ad placendum ſuis lenonibus. os per impudica verba oſcula
ſuperflua cibaria quibus incenditur luxuria. manus per tactus impudicos. ⁊ poſtremo to
tum corpus per concubitus nepharios. Secunda petitio eſt ibi. Adueniat regnum
tuum. quaſi dicat domine da nobis paupertatem voluntariam per quam ad regnum cele
ſte venitur ⁊ pietatem ⁊ miſericordiam per quam regnum tuum a pauperibus emitur ⁊ au
fer a nobis cupiditatem ⁊ auariciam. quia cupidis ⁊ auaris regnum celeſte aufertur. vn-
de apoſtolus. Auari regnum dei non poſſidebunt. Et dominus in euangelio. Facilius
eſt camelum tranſire per foramen acus q̄ diuitem intrare in regnum celorum. Pauperi-
bus autem datur iuxta illud Mathei quinto Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſoruꝫ
eſt regnum celorum. gloſa. ſpiritu ideſt voluntate non coacta ⁊ inuita neceſſitate. quia di-
cit beatus Bernardus. cuꝫ ſit triplex paupertas. ſimulatoria. neceſſaria. ⁊ voluntaria. Si
mulatoriaꝫ fugiens. neceſſariam patienter ſuſtinens. voluntariam toto corde āplectere ⁊
efficieris pauper ſpiritu. Ad hoc beatus Jacobus in ſua epiſtola. Nonne deus elegit
pauperes in hoc mundo diuites in fide ⁊ heredes regni quod repromiſit deus diligenti
bus ſe. Item Auguſtinus in perſona chriſti venale habeo. quid. regnum celorum quo
emitur: paupertate. regnuꝫ labore. requies morte. vita regnum. ergo celū pauperū ē. ergo
oportet illud per paupertatem acquiri. ſicut fecerunt ſancti apoſtoli ⁊ eorū ſequaces qui
relictis omnibus temporalibus ſecuti ſunt pauperē chriſtū ad regnum celorum vel ſalteꝫ
oportet illud regnū a pauperibus comparari per opera miſericordie impenſa pauperibꝰ
ſicut fecit zacheus qui cuꝫ eſſet diues dimidium bonorum ſuorum dabat pauperibus. ⁊
ſi in aliquo aliquem defraudauerat reſtituebat ei quadruplum. Luce decimonono capitu.
Sic emit illa Martha de diuitijs ſuis miniſtrādo chriſto apoſtolis ceteriſqꝫ pauperibꝰ
Sic faciunt omēs diuites boni quibus dicet illud Mathei viceſimoquinto. Uenite be



nedicti patris mei ⁊c̄. Eſuriui ⁊c̄. Ab huius regni emptione nemo poteſt ſe excuſare quia
dicit beatus Gregorius. Regnum celeſte tantum valet quantum habes. valuit ſanctis
apoſtolis nauem ⁊ retia. zacheo dimidium bonorum ſuorum cuidam vidue duo minuta
que poſuit in erario vbi ponebantur elemoſyne pro templi reparatione. cuidam alteri ca
licem aque frigide. Johannis quarto capitu. ⁊ ſi nihil habeas ſufficit tibi bona voluntas
quam deus reputat tibi pro facto: quia ſm apoſtolum. voluntas ſm id quod habet acce
pta eſt. non ſm illud quod non habet. ⁊ Gregorius dicit. Nihil offertur deo ditius bo-
na voluntate. Et alibi idem Gregorius. Nunq̄ eſt vacua manus a munere: ſi archa cor-
dis plena eſt bona voluntate. Ex hac petitione apparet ꝙ principaliter hic petimꝰ viciū
auaricie a nobis remoueri ⁊ dari nobis virtutem paupertatis voluntarie pietatis ⁊ mi-
ſericordie. vnde paupertas voluntaria ſm doctores ſuper illud Mathei quinto capitu
lo. Beati pauperes ſpiritu ⁊c̄. eſt affluentia bonorum temporalium erga deum humilia-
ri recognitione ⁊ erga proximum largitiue ſeu largitione ⁊c̄. Tertia petitio eſt ibi Fiat
voluntas tua ſicut in celo ⁊ in terra. quaſi dicat. domine da nobis talem gratiam vt ī hoc
mundo faciamus voluntatem tuam cum ſpirituali exultatione. ſicut faciunt ſancti quo-
rum voluntas eſt conformis in celo tue voluntati. quoniam qui te diligunt non tepeſcūt.
vnde Bernardus. Bone ieſu amor tuus nunq̄ eſt ocioſus. loqui de te perfecta conſola-
tio. meditari de te plena refectio. adherere tibi vita eterna. Ex hac petitione app̄et ꝙ prin
cipaliter hic petimus a nobis remoueri vicium accidie: ⁊ nobis dari virtutem deuotionis
vere dilectionis ⁊ bone operationis: quia in omni opere neceſſaria eſt gratia tua. Nota
hic ꝙ accidia eſt idem ꝙ tedium boni quando nos faſtidimus bona facere alios facien-
tes videre. Et ſi aliquid boni facimus pigre tepide ⁊ negligentes facimus vnde incurri-
mus maledictionem per Jere. quadrageſimooctauo. Maledictus qui opus dei facit ne
gligenter. Item accidia eſt quando bona que incipimus ad finem non perducimus
⁊ propter hoc premium non conſequimur. quia finis non pugna coronat. in antiqua lege
iubebatur ꝙ tota hoſtia cum capite ⁊ cauda offerretur. gloſa. hoſtia quodlibet opus bo-
num eſt quod ſacrificamus deo quando facimus illud propter honorem diuinum. caput
eſt principium operis. cauda vero finis. Ex quibus concluditur bene incipere bene con-
tinuare ⁊ bene finire. cape exemplum in aqua que ſi non moueatur putrefit ⁊ generat ver
mes. per quos deſignantur praue cogitationes delectationes ⁊ conſenſus. Ex quibus ſe
quuntur opera deinde perſeuerantia in malo ⁊ finaliter mors eterna. Quarta peti-
tio eſt ibi. Panem noſtrum quotidianuꝫ da nobis hodie. vbi principaliter petimus a no
bis remoueri vicium gule ⁊ dari nobis virtuteꝫ temperantie. Pro declaratione iſtius pe
titionis eſt notandum ꝙ ſacra ſcriptura facit mentionē de quadruplici pane. ſ. nature. do
ctrine. gratie. ⁊ glorie. Panis nature ſignificat oēm eſcā q̄ nutrit ⁊ ſuſtentat corporeā na-
turam ⁊ talis panis eſt cum labore acquirendus. in Geneſi tertio capitulo. In ſudore
vultus tui veſceris pane tuo donec reuertaris in terram de qua ſumptꝰ es. Illud non eſt
fruſtrandum quia qui hic laborare nolunt in alio mundo laborabunt eternaliter quia no
lunt laborare cum hominibus laborabunt cum demonibus. Unde pſalmiſta. laborabit
in eternum ⁊c̄. ⁊ alibi. In labore hominum non ſunt ⁊ cum hominibus non flagellabun-
tur. gloſa. in purgatorio. ſed cum demonibus in inferno. Exemplum cape in ſaluatore no
ſtro ⁊ in omnibus ſanctis eius. Sumendus eſt cum moderamine: quia ſuperfluitas cibo
rum generat luxuriam: gulam: ⁊c̄. vnde verſus. Ueſtis culta cibus largus iocus ocia ſom
nus. Eneruant animam luxuriamqꝫ fouent. Econuerſo. Pauper menſa labor ſomnus
breuis aſpera veſtis. Purificant animam luxuriamqꝫ domant. Cum ergo moderamine
ſumendus eſt deo regratiandum ⁊ pauperibus erogandus. ergo panem noſtrum quoti-
dianum da nobis hodie. ideſt in hac vita que non eſt niſi vna dies vel vna hora reſpectu
vite eterne. panem noſtrū quotidianum. ideſt illa que ſunt nobis neceſſaria quotidie pro
corporis ſuſtentatione. Panis nature eſt regratiādus. Geneſis triceſimooctauo. Si cuſto
dierit me dominus ⁊ dederit mihi in via per quam ambulo panem ad veſcendū ⁊ veſteꝫ

ad induendum ⁊c. de omnibus que mibi dederis decimas tibi offeram. Panis naturē
eſt pauperibus erogandus. iuxta illud Yſaie quinquageſimooctauo. Frange eſurienti pa
nem tuum. Exemplum de Job qui dicebat Si comedi bucellam meā ſolus cadat ab hu
mero meo brachium meum. Angeli ⁊ alij ſancti ineſtimabiliter gaudent de ſuſtentatione
pauperum quaſi fratrum ſuorū. Panis doctrine. ideſt verbi dei quo ſuſtentatur anima
ſicut corpus pane corporali. Mathei quarto ⁊c. ergo panem noſtrum quotidianum da
nobis hodie. ideſt verbi tui refectionem quod nobis neceſſarium eſt quotidie quiquidem
panis viuificat confirmat ⁊ illuminat. Primo viuificat q: contingit frequenter ꝙ plures
veniunt ad predicationes ſicut pauperes ad diſtributionē panis qui licet ſint in mortali
peccato viuificantur ex auditu diuini ſermonis. quia cōteruntur confitentur ⁊ ſatiſfaciunt
quibus peractis deus infundit gratiā ſuam iuxta illud Ezechielis triceſimotertio. quacū
qꝫ hora ingemuerit peccator vita viuet ⁊c. ⁊ p̄s. Dixi confitebor domino ⁊c. de illo pane
dicit ſaluator noſter dyabolo Mathei quarto. Non in ſolo pane viuit homo ⁊c. Item
ille panis doctrine confirmat patet quia frequenter contingit ꝙ quando aliquis impelli
tur vel mundi vel carnis vel demonis tentatione bonam vitam inchoatam deſerere ⁊ ta
lis venit ad ſermonem ⁊ audit quanta chriſtus pro nobis ſuſtinuit quanta martyres ⁊c.
pro obtinendo regnum celeſte ⁊ deinde quando audit quanta gaudia quāta premia pa-
rata ſunt a deo vincentibus tentationes. Itē quanta ſupplicia parata ſunt ſuccumbenti
bus cor eius in dei ſeruitio cōfirmatur. Itē ille panis illuminat iuxta illud pſalmiſte. De
claratio ſermonū tuorꝫ illuminat. Item. Lucerna pedibus meis verbum tuum. illuminat
enī ad cognoſcenduꝫ que ſunt credenda agenda fugienda timenda ⁊ ſperanda. Creden
da vt articuli fidei. agenda vt bona opera. fugienda vt peccata. timenda vt inferni ſuppli
cia. ſperanda vt paradiſi gaudia. Panis doctrine illuminat hominē ad cognoſcēdū deū
hic per verā fidem ⁊ perducit ad cognitionem illam que erit in futuro per manifeſtam vi
ſionem. ⁊ hoc ſignatum eſt in duobus diſcipulis euntibus in emaus: quibus dominus i
itinere apparens in ſpecie peregrini incipiens a moyſe ⁊ pphetis interpretabat̄ ſcriptu
ras que de ipſo erant. ⁊ dicitur ꝙ ibidem cognouerunt eū in fractione panis: ideſt in ma
nifeſta expoſitione panis ſcripture ſacre. Sed prochdolor hodie verificat̄ illud quod di-
cit Jeremias propheta Trenorꝫ quarto. Paruuli petierunt panē ⁊ non erat qui frāgeret
eis. Paruuli enim ſunt humiles populi petunt panem ideſt ſpiritualem verbi dei refectio
nem ⁊ nō eſt qui frangat. quia cum mundus plenus ſit prelatis ⁊ ſacerdotibus tanꝙ pa
tribus ſpiritualibꝰ rari ſunt qui ſciant diſtribuere panē ſacre ſcripture ſpiritualibus filijs
ſuis. ideo verificatur illud hodie Oſee quarto capitulo. Erit ſic populus ſic ſacerdos. ⁊
quia pauci ſunt qui frangunt panem ſacre ſcripture populis in aperto inde eſt ꝙ ſunt
multi qui eis frangūt panem heretice prauitatis in abſcondito ⁊c. ergo da nobis paneꝫ
noſtrum quotidianum ideſt in preſenti vita que voluitur de die in diem. panem noſtrum
ideſt ſpiritualem verbi dei refectionem qui panis eſt nobis quotidie neceſſarius: quia ſi-
cut corpus indiget pane corporali: ſic ſpiritus indiget pane ſpirituali ne propter defectū
huius panis contingat ei illud p̄s. Percuſſus ſum vt fenum ⁊ aruit cor meū. Sicut enim
fenū abciſum a radice non poteſt vireſcere ſed areſcit: ſic cor hominis niſi nutriatur ſpiri-
tualiter pane verbi dei. da ergo nobis domie hunc panē ne veniat ſuper nos illa terribi-
lis cōminatio quam fecit dominus per prophetam qui dicit mittam famem ⁊ ſitim ſuper
terram ideſt famem ⁊ ſitim audiendi verbum dei ⁊c. Tertius panis eſt panis gratie qui
dicitur eucariſtia. de illo pane dicit apoſtolus prima ad Chorinthios vndecimo. probet
autem ſeipſum homo ⁊ ſic de pane illo edat ⁊c. Ad hunc panem ſacratiſſimum debet ac-
cedere cum pura conſcientia cum fide cum timore cum deuotione cum charitate ⁊c. Ille
panis gratie eſt corpus chriſti ſub ſpecie panis ⁊ vini. de quo dominus in euāgelio: Pa
nis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita. iſte panis dicitur eucariſtia ideſt bona
gratia. ergo panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. ideſt ſpirituale viaticum quo
in itinere huius vite ſuſcepturi indigemus ne in via deficiamꝰ q: ille panis eſt anime exi-



ſtentis in ſtatu gratie quotidiana eſca ⁊ anime infirme quotidiana medicina. Panis glo
rie eſt ille idē ieſus chriſtus q̄ eſt hic panis gratie in celeſti patria q̄ erit panis glorie. Hic
enim recipitur ſub velamine illic ſcilicet in patria recipietur manifeſta viſione ⁊c. ergo pa
nem noſtrum quotidianum da nobis hodie. ideſt O pater celeſtis da nobis filijs tuis vt
ſupra per gratiam tuam adoptatis hodie. ideſt in tua eternitate in qua nō eſt niſi hodie.
quia ibi omnia ſunt preſentia. panem noſtrū ideſt teipm quotidianum ideſt quem quoti-
die deſideramus. ⁊ ad quem bonorum operum greſſibus peruenire nitimur. Panis glo-
rie eſt in celo vbi idem dominus erit panis angelorum ⁊ hominum. vnde p̄s. Paneꝫ an
gelorum manducauit homo. vnde gloſa. Mirantur nec deficiunt in illū quem proſpiciūt
fruuntur nec faſtidiunt quo magis frui ſitiunt. Timendū enim eſt ne plures ſint qui plus
Queritur quare poſt dicit ſemper kirieleiſon ſine mutando kyrieleiſon in xp̄eleiſon
Solutio.primi tres pertinent ad patris potentiam deſignandū. Ultimi tres ad dei cle
mentiam magnificandum que quidē clemētia attribuit ſpirituiſancto. Tres medij perti
nent ad dei ſapientiā incarnatā venerandū.que quidē ſapientia attribuit filio.ideo ꝓpt
pertinentiā ad dei filiū mutatio fit. ad denotandū ꝙ aſſumpſit qd̄ nō erat.iō dr̄ in trib⁹
medijs xp̄e per aſſumptionem humanitatis vnite gr̄e miſerere nobis. Poſt kirieleiſon
ſequitur hymnus angelicus.ſ.gloria in excelſis deo quem himnum cātauerūt angeli in

natiuitate ſaluatoris vſqꝫ ad illam partem laudamus te.reliqua vero apposuit beat⁹ hy
larius pictauen̄.epiſcopus ⁊ debet dici in medio altaris qꝫ angelus qui natiuitatē chriſti
annunciauit paſtoribus erat in medio mari. Luce.ij. Ecce annuncio vobis gaudium ma
gnum quod erit in populo. Sacerdos vero.d. gloria in excelſis deo gerit perſonaꝫ an
geli illius ⁊ chorus qui reſpondet gerit perſonam multitudinis angelorū de qua dicitur
ibidem facta eſt multitudo celeſtis exercitus laudantium dominum ⁊ dicentium gloria i
altiſſimis deo.tamē gloria in excelſis non cātat in officiis luctuoſis vt in miſſis de defun
ctis in ſeptuageſima quadrageſima ⁊c. Item ſm Inno.gloria in excelſis dimittitur i ad
uentu propter tempus prime expreſſionis.qꝫ ille hymnus fuit expreſſus in die natiuita
tis dn̄i Alia cauſa eſt propter ſpei expectationem. In aduētu eni deū ſaluatorē expecta
mus. Et qꝫ expectatio expectantem affligit iuxta illud ꝓuer.xiij.ſpes que differt affligit
animam ⁊ gloria in excelſis eſt ſignū letitie in aduentu qui eſt tempus triſticie tacet glo
ria in excelſis. Sed tunc reſultat vnum dubiū tale. Cū alleluya ſit canticū letitie quare n̄
tacetur in aduentu ſicut gloria in excelſis. So.ſm Inno.alleluya dicit rationem ſpei:qꝫ
aduentus eſt tempus ſpei.ideo cantatur in aduentu alleluya. Gloria enim in excelſis ſm
compē.theologie ſignificat gratiarū actionem. ſm vero compen.ſeptem ſacramentoruꝫ
gloria in excelſis deo dicitur ad commemorandum celeſtem gloriam ad quam tendimus
poſt preſentem miſeriam. Querit quare ceſſat gloria in excelſis a ſeptuageſima vſqꝫ
ad diem cene. So.qꝫ lapſus primorum parentum ab eccleſia illo tempore memorat. Itē
in illo tempore debet quiſqꝫ propria peccata ad mentis oculos reuocare.iō debemus di
mittere cantica letitie vt oſtendamus in nobis contritionem intenſaꝫ ꝓ peccatis noſtris
iuxta illud thob.v.quare gaudiū mihi eſt qui in tenebris ſedeo ⁊ lumen celi non video.
Item qꝫ illud tempus figurat ſeu repreſentat captiuitatem iudeorum in babilonia in q̄
fuerunt.lxx.annis de qua captiuitate loquit Dauid.d.ſup flumina babilonis illic ſedim⁹
⁊ fleuimus dum recordaremur tui ſyon. Item ad oſtendendū angelicā offenſam in qua
propter peccatū angelica reparatio impedit. Et ideo ante xp̄i aduentū multitudo ange
lorum cōtra homines iraſcebant. Et ideo dum peccata noſtra memoramus ab hymno
angelico ceſſamus. Et hec ratio vltima ſumit in decreto in prima di.c.hij duo.de con.⁊
in ſequenti capitulo habetur ꝙ gloria in excelſis deo intermiſſarū ſolennia in cena domi
ni dicenda eſt. In feſto innocentium non dicit qꝫ innocentes nō ſtatiꝫ intrauerūt gloriā
cum nondum eſſet ianua aperta.qꝫ nondū xp̄s aſcenderat. Querit quare gloria in
excelſis ſubditur immediate kyrieleyſon. So.dicendum eſt ꝙ hoc fac t ordo debitus.ex
quo anima deuota deſiderauit xp̄i aduentū in introitu miſſe ⁊ poſtulauit mīe effectū. In
kyrieleyſon ordo debitus eſt:vt pretendat gaudij effectum in hymno angelico.iuxta illd̄
prouerbiorū.xiiij.cor quod nouit amaritudinē anime ſue in gaudio eius non miſcebitur
extraneus. Finito gloria in excelſis.ſacerdos vertit ſe ad populum.d.dominus vobiſcū
que ſalutatio fuit ſumpta de veteri teſtamento de libro ruth.ij.c.quando dixit booꝫ meſ
ſoribus ſuis dominus vobiſcum et eſt ſenſus dominus petitionibus veſtris tribuat effe
ctum. Epiſcopus aūt dicit pax vobis.qꝫ epiſcopus repreſentat perſonam xp̄i qui quā
do ſalutabat diſcipulos ſuos dicebat pax vobis Jo.xx. Queritur hic quare epiſco
pus in prima vice dicit pax vobis.⁊ in alijs dicit dominus vobiſcum. Solutio.vt cuſto
diat illud documentum. Eccleſiaſtici.iij.rectorem te poſuerunt eſto in illis quaſi vn⁹ ex
illis. Queritur vtrum ſemper debeat ſacerdos dicere dominus vobiſcum. Solutio
dicendum ꝙ ſic poſito caſu ꝙ non eſſet niſi vnus in miſſa ſua qꝫ loquit toti eccleſie ⁊ cho
rus reſpondet.⁊ cuꝫ ſpiritu tuo que reſponſio ſumpta fuit ab apoſtolo.ij.ad thymo.iiij.
vbi dicitur dominus Jheſus xp̄us cum ſpiritu tuo. Poſt ſubiungit ſacerdos orem⁹ lo
quens quaſi ſindicus in perſona totius populi.⁊ dicto oremus dicit orationem que vo
catur collecta.qꝫ olim prelatus vel ſacerdos collecto populo dicebat eam ſup populuꝫ.
⁊ ideo vocatur collecta dicit deuotam orationem quam ſacerdos facit pro populo vt po
pulus ſit dignus tantis miſterijs ſm compen.ſeptem ſacramentorum. Sup qd̄ eſt ſcien

dum ꝙ tales orationes debent dici in numero impari .ſ. vna vel tres vel quinqꝫ vꝰl ſeptē
quando dicitur vna ſignificat vnitatem eſſentie que eſt in tribus perſonis. quādo dicunt
tres ſignificant tres perſonas trinitatis .vel qꝛ xp̃s in paſſione cuius miſſa eſt memoria-
le dicitur ter oraſſe .p̄rio dicit pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. ſecundo dicens
pater ignoſce eis qꝛ neſciunt quid faciunt. tertio quando dicit pater in manus tuas com-
mendo ſpiritum meum. quando dicuntur quinqꝫ ſignificant memoriam quinqꝫ vulnerū
xp̄i. quando dicunt ſeptē ſignificant ꝙ ſacerdos ſi digne dicit exauditur pro omnibꝰ peti
tionibus que in oratione dominica continentur. vel ſignificant ſeptē dona ſpiritusſancti
que ſacerdos petit ſibi ⁊ illis pro quibus dicit miſſam infundi. ⁊ magiſter Johannes be
leth dicit ꝙ non debent dici vltra ſeptem cui concordat Inno. ⁊ hoc ꝓpter faſtidium audiē
tium. Queritur quare orationes dicuntur in numero impari. So. ſm Inno. quia nu
merus impar dicit concordantiam. par vero diſcordantiam eo ꝙ par poteſt diuidi.

Ulterius eſt notandum ꝙ omnis oratio dirigitur ad patrem vel ad filium ⁊ nulla ad
ſpiritumſanctum. Et ratio eſt qꝛ ſpiritusſanctus eſt donū ⁊ a dono non petitur ſed a lar
gitore doni ſm beatum Aug. in libro de doctrina chriſtiana. Item eſt notandum ꝙ ſi di
rigatur oratio ad patrem in qua non fiat mentio de filio. tunc debet dici ꝑ dominum vt i
illa oratione .protector deus in te ſperantiū ꝛc̃. Si autem in oratione fiat mentio de filio
debet dici per eundem. vt in illa oratione deus qui de beate marie virginis vtero verbū
tuum ꝛc̃. Si autem dirigatur oratio ad filium debet dici qui viuis ⁊ regnas deus. vt in il
la oratione deus qui virginalem aulam ꝛc̃. Si vero in fine orationis fiat mentio de filio
debet dici qui tecum viuit ⁊ regnat. Si vero fiat in oratione mentio de ſpiritusſancto ſic
in illa. deus qui corda fidelium. debet dici in fine in vnitate ſp̄ūſſancti. vnde verſus. Per
dominum dicas cum patrē preſbyter oras. Si xp̄m memores: ꝑ eundem dicere debes.
Si xp̄o loqueris qui viuis dicere queris. Qui tecū ſi ſit collecte finis in illo. i. in ip̄o xp̄o
Spiritus almus ſic eiuſdē dicere debes. Orationibus enī noſtris non p̄ōt dari maior
auctoritas q̃ mittere eas per Jheſum xp̄m ante conſiſtorium diuine maieſtatis cū ipſe ⁊
pater vnum ſint ⁊ ipſe filius de ſe dixerit Math. vltimo. Data eſt mihi oīs poteſtas i ce
lo ⁊ in terra. ip̄e enī xp̄s dixit Johan. xvi. Petite in nomine meo: ⁊ accipietis. ergo ipſe ē
mediator dei ⁊ hominum. prima ad thymo. ij. Item ſuper premiſſis eſt notandum ꝙ qñ
dicitur miſſa pro viuis non debet dici collecta aliqua pro defunctis nec econuerſo in miſ
ſa pro defunctis non debet dici collecta ſeu oratio pro viuis: niſi illa communis oratio
Omnipotens ſempiterne deus qui viuorum dominaris ꝛc̃. Si vero in miſſa pro viuis
aliquo caſu dicatur collecta pro mortuis illa collecta non debet dici vltima ſed penultima
vel antepenultima. quia finis debet correſpondere principio ⁊ dictis collectis reſponde
tur amen. i. fiat. De multiplici acceptatione iſtius dictionis videat in capitulo de orōne
In illa parte qua determinat de oratione dominica in fine dicta collecta vel collectis ſe-
quitur epiſtola ab epi quod eſt ſupra ⁊ ſtolan miſſio quaſi miſſio facta ab apoſtolis ⁊ ve
ris orthodoxis ad inſtructionem populi in fide catholica. Iſta. n. inſtructio in fide fit per
doctrinam propheticam ⁊ apoſtolicam ſm compen. ſeptem ſacramētoꝝ. Et ideo aliquā
do epiſtola legitur de epiſtolis pauli. aliquando de epiſtolis petri. aliquando de actibus
apoſtoloꝝ. aliquando de apocalipſi ꝛc̃. Queritur quare epiſtola ſumitur de veteri te
ſtamento ⁊ aliquando de nouo. Solutio. Epiſtola ſignificat officium Johannis precur
ſoris ⁊ Jo. xp̄m venturum non ſolum predicauit imo preſentem monſtrauit. Ideo epi-
ſtola aliquando ſumitur de veteri teſtamento ⁊ aliquando de nouo. Queritur quare
oratio precedit epiſtolam. Solutio epiſtola eſt quedam lectio doctrine. ⁊ ideo ipſam pre
cedit oratio vt auditores ꝓficiant. Queritur quare epiſtola precedit euangeliū. So
lutio ſm compen. theologie quia epiſtola notat obſeruantiam veteris legis .euangelium
vero noue legis. ideo epiſtola precedit euangelium. Alia ratio eſt ſꝫ Innocen. quare e-
piſtola debet precedere euangelium ad denotandum officium precurſoris quod beatus
Johannes baptiſta ante xp̄m exercuit. Luce p̄rio. Queritur quare in p̄cipio epiſto



larum pauli dicitur fratres. in principio epiſtolaꝝ canonicaꝝ cariſſimi. in illis de ap̄lis in
diebus illis ꝛc̃. Solutio. quia beatus paulus ſcribebat ad cōuerſos inter quos debꝫ eſſe
ſp̄ūalis germanitas ideo dicitur fratres. illi vero qui ſcripſerunt epiſtolas canonicas nō
ad ↄuerſos ad ſe ſpecialiter ſed ad omēs generaliter ſcribebāt. inter quos debet eē chari-
tas ideo in ſignum huius dicitur cariſſimi. In libris vero hiſtorialibus prophetalibus ⁊
apocalipſis tangitur tempus rei preterite preſentis ⁊ future. Ideo dum legimus de illis
dicimus in diebus illis. libri autem ſapientiales cōtinent doctrinā communem omni ſta
tui neceſſariam in omni tempore ideo dicimus lectio libri ſapientie. Et debet epiſtola cā
tari accentu circūflexo ad denotandum ꝙ doctor in docendo debet attollere dei ſublimi
tatem ⁊ poſtmodū debet redire ad propriam paruitatem ⁊ debet terminari accentu acuto
ad denotandum ꝙ omnia debemus reducere ad glorie felicitatem ſm Innocentium.

Queritur quare epiſtola auditur ſedendo. Solutio. quia ſignificat xp̄i expectationē
expectantium autem mos eſt ſedere. Alia ratio eſt quia epiſtola eſt quedam lectio ad eru
ditionem anime. anima autē ſedendo ⁊ quieſcendo fit prudens ſm philophum. vij. phy
ſicorum. Alia ratio eſt ſm Innocentium vt ſignificetur imperfectio legis ante aduen-
tum chriſti. poſt epiſtolam ſequitur reſponſorium quod ſignificat lamento penitentie vo-
cationem apoſtolorum qui a domino vocati nō tātum verbo ſed opere reſponderunt eo
ꝙ relictis omnibus ſecuti ſunt eum vt opera ſequentia doctrine audite in epiſtola corre-
ſpondeant vt ſimus factores verbi ⁊ non auditores tantū. Jacobi primo. Alio nomine
reſponſoriū vocatur graduale eo ꝙ ſignificet greſſum apoſtoloꝝ poſt chriſtum vel quia ſi
gnificat ꝙ penitentes debēt per gradus aſcendere de virtute in virtutem ſm Innocen.
ſm vero cōpendiū theologie reſponſorium ſignificat vite actiue perfectionem. ſm vero
rationale ſignificat perfectum ſp̄ūalem vite. Dicto reſponſorio ſequitur verſus a verten-
do quia illi qui dicunt ip̄m verſum debent ſe vertere ad orientem ⁊ eſſe in medio chori ad
inſinuandum plenam cōuerſionem penitentium ad gremium eccleſie ſm Innocentium.
Et ſi queratur quare in tempore paſcali dimittitur reſponſorium ⁊ verſus ꝛc̃. Solutio.
quia tempus paſcale ſignificat futurum ſtatum eccleſie felicem in regno dei in quo ceſſa-
bit lamentum penitentie Apocalip. xxi. abſterget deus oēm lachrymam ab oculis eorum.
Dicto verſu ſequitur alleluya cum verſu ſuo ⁊ eſt alleluya canticum letitie. Et ideo non
debet dici in tēpore luctus ſcilicet quadrageſime ieiunioꝝ ꝛc̃. nec in miſſis pro defunctis
⁊ ſignificat alleluya ſm cōpendium theologie ſpiritualem exultationem ⁊ perfectionem
vite cōtemplatiue. vel alleluya ſignificat gaudiū populoꝝ de miraculis per xp̄m factis.
Luce. xiiij. Omnis plebs gaudebat de his que glorioſe fiebant ab eo. vel alleluya ſigni
ficat gaudiū quod penitens habet quādo exiuit a peccatis. Mathei. v. Beati qui lugēt
quoniam ipſi conſolabuntur. Et exponitur alleluya pluribus modis. vno modo ſm Hie
ronymum ſic. Alleluya ſaluum me fac deus. ſm Gregorium alleluya idem eſt ꝙ cantate
deo laudes. ſm Auguſtinum idem eſt ꝙ pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus. ſm Ambroſium
idem eſt ꝙ ſalus vita ⁊ lux. Hugucio ⁊ papias dicunt ꝙ idem eſt ꝙ laudare dominū ꝛc̃.
Dicto alleluya ſequitur verſus. Et ſignificat verſus interpoſitus conuerſionem. Cōuerſi
enim de duobus gaudent ſcilicet de euaſione ſuppliciorum ⁊ de acquiſitione premiorum
ideo alleluya bis reſumitur. Eccleſiaſtici. xxx. Nō eſt oblectamentū ſuper cordis gaudiū
A ſeptuageſima vero vſqꝫ ad paſcha tractus dicitur ⁊ alleluya tacetur: quia illud tempꝰ
eſt tempus penitentie ⁊ alleluya eſt canticum leticie ideo ꝛc̃. Tractus vero dicitur quia re
preſentat miſeriam preſentis incolatus. de qua pſal. Heu mihi quia incolatus meus pro
longatus eſt ꝛc̃. Poſt paſcha vero alleluya ſepius repetitur propter gaudiū reſurrectōis
noſtre reconciliationis ⁊ eterne glorificationis. Dicto alleluya cum verſu ſuo ſequitur in
ſolennitatibus proſa ſeu ſequentia ⁊ eſt ſimiliter proſa canticum letitie quia in proſa ex-
primitur victoria obtenta per glorificatum quare ſublimatus eſt ad celi faſtigia. Deinde
ſequitur euangeliū in cuiꝰ principio ſalutat lecturus populū vt reddat populū attentū ad
audiendū euangeliū quia per euangeliū populus perfecte i doctrina chriſti inſtruit. Ja.

pꝛimo. cum manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum quod poteſt ſalnare animas veſtras.
Multis enim modis locutus eſt nobis deus in pꝛopheris. ſed in euangelio loquitur no
bis in filio. ad Hebꝛeos pꝛimo capitulo. Queritur quare dum debet legi euangeliū
liber a dextra parte in ſiniſtrā poꝛtatur. Solutio. ſm. Innocentium ad denotandū ꝙ pꝛe
dicatio fidei pꝛimo fuit facta iudeis ⁊ inde gentilibus. Queritur quare aliquando di
citur initiū ſancti euangelij ⁊ aliquando ſequentia ſancti euangelij. Solutio. quando euā
gelium ſumitur a pꝛincipio tunc dicitur initium ſancti euangelij. quando vero nō ſumitur
a pꝛincipio tunc dicitur Sequentia ſancti euangelij. Dicto vero titulo debet reſponderi
Gloꝛia tibi domine: quia in euangelio agitur de gloꝛia dei ⁊ noſtra qualiter ſcʒ chꝛiſtus
dyabolum vicit ⁊ nos redemit ⁊ victoꝛ ad gloꝛiam patris aſcendit. ideo reſpondetur glo
ria tibi domine quaſi dicatur domine gloꝛia tua que in euangelio pꝛedicatur nobiſcū ſine
fine permaneat ⁊ ſemper creſcat. Queritur quare quando euangelium legitur cerei
accenduntur. Solutio. lumen pꝛecedit euangelium ad denotandum ꝙ lumine euangelij
totus mundus illuminatur. ⁊ aliquando accenduntur duo cerei ad denotandum ꝙ xp̄us
miſit diſcipulos ſuos binos ⁊ binos pꝛedicare euangelium. vel ad denotandum ꝙ pꝛedi
catoꝛes debent habere noticiam vtriuſqʒ teſtamenti. ꝙ autem aliquando vnus cereus ac
cenſus pꝛecedit ſicut in diebus ferialibus ſignificat ꝙ chꝛiſtus in pꝛimo aduētu a paucis
fuit notus vel ꝙ in pꝛimo aduentu vnum ſolum pꝛecurſoꝛē habuit ſcilicet beatum Iohā
nem baptiſtam ꝙ autem duo cerei pꝛecedunt in diebus ſolennibus repꝛeſentat ꝙ xp̄us i
ſecundo aduentu ab omnibus cognoſcetur ⁊ ꝙ in ſecundo aduentu habebit duos pꝛecur
ſoꝛes Enoch ⁊ Helyam. Queritur quare in notabilibus locis crux pꝛecedit euange
lium. Solutio. ad denotandum ꝙ pꝛedicatio debet ſequi crucifixuʒ. Unde dominus pe
tro. Iohan. xxi. ſequere me. Queritur quare lecturus euangelium petit benedictionē
Solutio. ad inſinuandum ꝙ pꝛedicatoꝛes euangelij debent habere auctoꝛitateʒ pꝛedicādi
Luce. x. Rogate dominū meſſis vt mittat operarios ſuos in meſſem ſuā. Queritur
quare alta voce ſacerdos dat benedictionem dyachono. Solutio. quia euangeliū ſignifi
cat tempus gratie ſub quo xp̄s viſus eſt ⁊ cum hominibus cōuerſatus. Baruch. iij. ideo
datur benedictio viſibiliter ⁊ poſtulatur. Queritur quare ſacerdos non dat ſic bene
dictionem ſubdyacono. Solutio. quia in epiſtola lex moyſi ſignificatur. Deus autem in
uiſibiliter manens legem moyſi docuit ⁊ pꝛophetas inuiſibiliter miſit. Queritur qua
re euangelium in alto loco legitur. Solutio. ad denotandum ꝙ doctrina euangelij om
nes alias pꝛecedere debet ⁊ excellere. Unde apoſtolus ad Hebꝛeos ſeptimo. Nihil eniʒ
adducit lex ad perfectionem. euangelium autem dat ſaluteʒ omni credenti. Alia ratio eſt
ad deſignandum chꝛiſti pꝛedicationem. Mathei quinto. Uidens ieſus turbas aſcendit
in montem. Alia ratio eſt ad deſignandum chꝛiſti pꝛedicationem pꝛopheticam. Yſaie tri
ceſimo. Super montem excelſum aſcende tu qui euangelizas ſyon. Etiam chꝛiſtus dicit
Mathei decimo. quod in aure dicitis pꝛedicate ſuper tecta. Queritur quare ſubdya
conus libꝛum ⁊ puluinar poꝛtat ante dyaconum lecturū euangelium. Solutio. ad deno
tandum ꝙ pꝛedicatoꝛ debet vitam ſuam cum bono opere deo offerre. Unde apoſtolus
ad Colo. tertio. Omne quodcunqʒ facitis aut verbo aut opere in nomine dn̄i noſtri ieſu
chꝛiſti facite. Item quando legitur euangelium tam pꝛoferens ꝙ audientes. debent ſe
munire ſigno crucis in fronte in oꝛe ⁊ in pectoꝛe ſignificando ꝙ non erubeſcimus dicere
euangeliū quod oꝛe pꝛedicamus ⁊ coꝛde firmiter credimus. vnde ſaluatoꝛ noſter Mat.
decimo. Qui me rubuerit ⁊ ſermones meos: hunc filius hominis erubeſcet cum venerit
in maieſtate ſua. Itē pꝛoferens euangelium libꝛum ſignificat quaſi dicat hic eſt liber cru
cifixi. ⁊ debet crux fieri cum tribus digitis pꝛopter inuocationeʒ ſancte trinitatis de qua
dicitur Yſaie quadrageſimo. qui appendit tribus digitis molē terre. Itē debet fieri crux
a ſuperioꝛi parte frontis ad inferius. ad deſignandū ꝙ chꝛiſtus de ſinu patris deſcendit
in vterum virginis. vel ad denotanduʒ ꝙ xp̄us eſt genitus eternaliter de ſubſtantia pa̅tris
⁊ ducitur crux a ſiniſtra ad dexteram ad deſignanduʒ ꝙ chꝛiſtus a leua huius miſerie per



ducet nos ad dexteraʒ ſue gloꝛie. pꝛima petri ſecundo. De tenebꝛis nos vocauit in admi
rabile lumen ſuum. Item eſt notandū ꝙ lecturus euangelium debet eſſe ad minus dyaco
nus pꝛopter euangelij auctoꝛitatem quia ſm magiſtrum ſententiarum. xxiiij. diſtinctione
quarti. ad diachonum ex officio ſpectat dicere euangelium. vt dicetur in capitulo de ſacra
mento oꝛdinis. Queritur quare lecturus euangeliū debet habere manus cōiunctas
ad pectus. Solutio. ad deſignandū ꝙ operatio legentis debet coꝛreſpondere intentioni
ſm Innocentium Queritur quare in pꝛincipio euangelij dicitur in illo tempoꝛe cuʒ
in pꝛincipio pluriū epiſtolarum dicatur in diebus illis. Solutio. pꝛopter euangelij perfe
ctionem tempus enim continet diem. ſic euangelium continet doctrinam epiſtolaruʒ ſm
Innocentium. ⁊ intelligitur de tempoꝛe rei euangelizate. Queritur quare epiſtola le
gitur in dextra parte altaris ⁊ euangelium in ſiniſtra. Solutio quia epiſtola ſignificat fi
deles legitur in dextra. Et quia euangelium ſignificat infideles legitur in ſiniſtra. Alia
ratio eſt ad denotandum ꝙ chꝛiſtus miſſus fuit a dextera patris in ſiniſtram. ideſt in mi
ſeriam huius ſeculi. Quod euangeliū debeat legi ad acquilonem patet quia pꝛedicatur i
fidelibus. Yſaie quadrageſimotertio. Dicam aquiloni da. ⁊ auſtro noli pꝛohibere. Item
euangelium pꝛedicatur contra inſidias dyaboli qui per aquilonem ſignificatur. Ieremie
pꝛimo. Ab aquilone pandetur omne malum. Queritur quare poꝛtatur thus ante euā
gelium. Solutio. ad deſignandum aromata que mulieres poꝛtauerunt ad ſepulchꝛum.
vel ſm compendiū ſeptem ſacramentoꝛum fit thurificatio ad denotandū ꝙ chꝛiſtus om
ni bono odoꝛe eſt plenus ⁊ ab ipſo deriuatur ad fideles per officium miniſtroꝛuʒ eccleſie
vel alio modo per thurificationem deſignantur oꝛationes iuſtoꝛum iuxta illud apocalip.
viij. Aſcendit fumus incenſoꝛum de oꝛationibus ſanctoꝛum omnium ſuper altare aureū
coꝛā deo. Uas eīn dr̄ turribulū qđ dʒ eē clauſuʒ inferi⁹. ꝑ qđ deſignat̄ ꝙ celebꝛās dʒ t̄re
na deſpicere dʒ habere i p̄te interioꝛi ignē. ꝑ qđ deſignat̄ ꝙ celebꝛās dʒ habere charita
tem feruidā. dʒ habere in p̄te ſuperioꝛi apturas. per quod deſignat̄ ꝙ celebꝛās dʒ cōtem
plari celeſtia. apoca. viij. Alius angelus ſtetit ante altare habens thuribulum aureum. ibi
glo. que dicta eſt. Queritur quare dum legitur euangelium homines debent eſſe ſtan
tes. Solutio. ad denotandum ꝙ ſint parati ad pꝛeliū pꝛo chꝛiſti fide obſeruanda. Que
ritur quare deponuntur capucia. Solutio. ad denotandum ꝙ doctrina euangelica om
nia velamina legis antique remouit. Item ad oſtendendum ꝙ omnes quinqʒ ſenſus de
bent eſſe aperti ad audiendum euangelium. Finito euangelio dʒ quiſqʒ ſe munire ſigno
crucis contra dyabolum ne recipiat ſeu remoueat verba euangelica a coꝛdibus audien
tium. Luce octano. Uenit dyabolus ⁊ tollit verbum de coꝛde eoꝛum ne credentes ſalui
fiant. Deinde datur liber apertus ſacerdoti ad oſculandum per quod deſignatur ꝙ ſacer
dos debet habere plenam cognitionem contentoꝛum in libꝛo euangelioꝛum. Luce. viij.
Uobis datum eſt noſſe myſterium verbi dei. Dicto euangelio ſequitur ſymbolum a ſyn
quod eſt con ⁊ bole ſententia. quaſi ſententia apoſtoloꝛum ſimul vel oꝛtodoxoꝛuʒ ſimul
congregatoꝛum. Et eſt notandum ꝙ non ſemper poſt euangelium dicitur ſymbolum vt
patet in martyꝛologio Gregoꝛij ſuper quo eſt notanduʒ ꝙ quadruplex eſt ſymbolū. vnū
editum a collegio apoſtoloꝛum quod dicitur ſub ſilentio in pꝛima ⁊ in completoꝛio.
Aliud ſymbolum fuit editum in conſilio conſtantinopolitano. licet aliqui dixerint in con
ſilio Niceno. ⁊ illud cantatur alta voce in miſſa poſt euangelium. Aliud ſymbolum fuit
editum ab Athanaſio quod eſt quicunqʒ vult ſaluus eſſe. Aliud fuit editum in conſilio
niceno de ſynodis. Pꝛimum fuit ad fidei inſtructionem. Secundum ad fidei ampliatio
nem. Tertium ad erroꝛis excluſionem. Quartum ad fidei ſolidam defenſionem. Que
ritur quare ſymbolum apoſtoloꝛum non dicitur in miſſa. Solutio. quia ſymbolum con
ſtantinopolitanum fuit factum ad multas hereſes elidendas ideo dicitur in miſſa. Et nō
illud apoſtoloꝛū in quo non ita explicite hereſes refrenantur quia non ſolum attendenda
eſt dignitas imo etiaʒ vtilitas. Queritur quare ſymbolū apoſtoloꝛū dicitur ſubmiſſa
voce. Solutio. ad denotandū ſtatū pꝛimitiue eccleſie in quo ſtatu non audebant apoſtoli

ꝛ fideles cõfiteri publice fidem catholicam. Et dicitur in prima ſm beatum Auguſtinum
in libro de ſymbolo quia valet ad bonas operatiões que fiũt maxime de die. Et ideo di
citur in prima videlicet ad vincendas tẽtationes que impugnãt maxime de nocte ideo dr̃
in cõpletorio. Symboluꝫ athanaſij dicitur in prima quia fides que ibi explicatur dicitur
prima virtutũ ꝛ dictũ fuit in principio iſtius libri. ꝛ dicitur alte quia fuit editũ ad perfidiã
hereticoꝝ confundendam que magis confunditur dum hoc ſymbolum publice dicit̃ ſm
eundem Aug. Queritur quare dicitur in iſto ſymbolo quod dicitur in miſſa credo in
vnũ deũ: cum in ſymbolo apoſtolorum dicatur credo in deum patrem. Solutio hoc dici-
tur ad denotandũ eſſentie diuine vnitatẽ cuius contrarium tenebant plures heretici. ſ. ꝙ
vnitas eſſentie nõ ſe ↄpatiebatur cum trinitate perſonaruꝫ. Cõſequenter loquitur de filio
ꝛ ſpũſancto. Querit̃ quare nõ dicitur in illo ſymbolo patrem creatorem ſicut in ſym-
bolo apoſtoloꝝ. Solutio. creare eſt aliquid de nihilo facere. facere autẽ de aliquo aliquid
producere. ideo vt oſtendatur ꝙ nõ ſolum eſt creator eoꝝ que ſunt de nihilo ſed omnium
que producta ſunt ex materia profitetur fides catholica factorem. Sequitur ꝛ in vnum
dñm ieſum xp̃m filiũ dei vnigenitum. hic tanguntur ſex per que excluduntur ſex hereſes.
Prima fuit ꝙ fili⁹ nõ erat vnus deus cum patre cõtra quam dicitur ꝛ in vnum. Alia he-
reſis ꝙ filius erat minor patre. ↄtra quã dicitur dñm ieſum xp̃m. i. equaleꝫ patri ꝛ ſpiritui
ſancto. Tertia hereſis ꝙ erat filius adoptiuus non naturalis: cõtra quã dr̃ filium dei vni
genituꝫ. Quarta hereſis ꝙ filius dei erat natus ex tempore non ab eterno. contra quam
ex patre natum ante omnia ſecula. Quinta hereſis ꝙ filius dei erat creatura. contra quaꝫ
dicitur deũ de deo. Sexta hereſis ꝙ ſi filius ſit deus de deo ꝙ aliquid minuit de deo. cõ-
tra quam dicitur lumen de lumine. quia ſicut lumen eſt de lumine ſine diminutione: ita fi-
lius de patre ſine diminutione. Queritur cum filius ſit cõceptus ex ſpũſancto quare
non dicitur filius ſpũſſancti. Solutio. ſm mgr̃m ſen. libro. iij. di. iiij. non dicitur filius ſpi-
ritusſancti licet operatione ſpiritusſancti conceptus ne ex hoc generaret̃ cõfuſio ꝑſonarũ
in diuinis. Queritur quare hoc totũ crucifixus mortuus ꝛ ſepultus dicitur vnus arti
culus. Solutio. quia hec omnia facta fuerunt in vna die. Queritur quare non dicit̃ i
illo ſymbolo deſcendit ad inferna ſicut in illo apoſtoloꝝ. Solutio quia pauci dubitaue-
runt in hoc articulo. Alia ratio fuit ne daretur occaſio aliquibus dicendi eſſe detentuꝫ in
inferno. Querit̃ quare xp̃us reſurrexit. Solutio. primo vt ſcripturas impleret vt nos
ad reſurgendũ ſpũaliter prouocaret. quia turpe eſt vt ſeruus ſedeat quando corã eo ſur-
rexit dominus. Itẽ reſurrexit propter iuſtificationem noſtraꝫ. Queritur quare reſurre-
xit tertia die. Solutio. propter triplicẽ ſtatũ iuſtoꝝ quem tangit Grego. ſuper Ezechiel.
di. ſexta feria xp̃us paſſus eſt. Sabbato quieuit in ſepulchro. Dñico reſurrexit a morte.
p̃ſens em̃ vita, adhuc nobis eſt ſexta feria quia anguſtijs ꝛ dolorib⁹ cruciamur. Sabbato
quaſi in ſepulchro quieſcimus: quia requiem anime poſt mortem inuenimus. Dominico
aũt vna cũ corpore a morte reſurgemus ꝛ in gloria gaudebim⁹. Alia rõe reſurrexit tertia
die ad oñdendũ ꝙ ſicut in ore triũ [illegible] oẽ verbuꝫ ita in tribus diebus expitur oẽ
factũ. prima ad Coꝝ. xv. reſurrexit tertia die. gloſa. ꝓbata vera morte. Querit̃ quare
xp̃us nõ expectauit cõem reſurrectionẽ. Solutio. ꝑpter ſui corporis dignitatem. vñ ꝑs.
Nõ dabis ſctm̃ tuũ videre corruptionẽ. Secũdo ꝑpter fidei veritatẽ. Unde apl̃s. ſi xp̃s
nõ reſurrexit inanis ẽ fides nr̃a. prima ad Coꝝ. xv. Tertio ꝑpt̃ nr̃e ſpecialis reſurrectiõis
exẽplaritatem vt. ſ. ſicut xp̃us citó reſurrexit a mortuis ita ꝛ nos in nouitate vite ambule
mus. ad Epheſios quinto. Surge q̃ui dormis ꝛ exurge a mortuis. Queritur quare
dicitur in iſto ſymbolo ſm ſcripturas. Solutio. intelligitur ſm ſcripturas ideſt ſm verita
tem. Quia omnis ſcriptura diuinitus inſpirata eſt vtilis ad docendum, ꝛ erudiendum in
iuſticia. ſecunda ad Thymotheum tertio. ꝛ Auguſtinus in libro de trinitate diuinarũ ſcri
pturarum a veritate mens noſtra deuiare non debet. Queritur quare chriſtus aſcen
dit. Solutio. propter ianue celeſtis aꝑtionẽ. vnde cãtat eccleſia. tu deuicto mortis aculeo
aꝑuiſti credentibus regna celoꝝ. Itẽ aſcendit vt ſpiritũſanctũ mitteret. Johannis. xvi. ſi



non abiero [illegible] non veniet ad vos. Itẽ aſcendit vt deſiderium noſtruꝫ poſt ſe tra
heret can[illegible] poſt te. Queritur quare non aſcendit ſtatim poſt reſurrectionem.
Solutio. propter ꝓbandã veritatẽ ſue reſurrectionis que erat articulus inter ceteros di
ſcipulos ad credendũ. Queritur quomodo intelligitur illud ſedet ad dexterã patris
Solutio. dicendũ eſt ꝙ duo intelliguntur per dexteram. vnuꝫ. ſ. equalitas maieſtatis ad
quã chriſtus ſedet ſm deitatẽ de hoc apoſtolus Hebre. viij. Talem habemus pontificeꝫ
qui conſedit in dextera maieſtatis in excelſis. Aliud quod intelligitur ſunt potiora bona
glorie in quibus chriſtus ſedet ſm humanitatẽ quia collatũ eſt ei a deo patre quicquid cõ
ferri potuit. Et ſi dicatur illa habuit chriſtus ab inſtanti ſue cõceptionis bene conceditur.
tamẽ in aſcenſione fuerunt manifeſta ꝛ in cõgruentia loci cõpleta ſm compendiũ theolo:
ad dexteram dei patris ſedet quia diu laborauit in ſiniſtra mundi. vnde pſal. in laborib⁹
fui a iuuentute mea. ꝛ alibi. afflictus ſum ꝛ humiliatus ſum nimis. Queritur an conue
niat alij ſedere ad dexteram patris. Solutio. ſedere ad dexteram patris ſoli chriſto con-
uenit: quia ſedere ad dexteram importat equalitatem ſm glo. ſuper illud ad Ro. viij. qui
eſt ad dexterã dei patris. eſſe autẽ ad dexteram dei eſt eſſe i eterna beatitudine. ꝛ ſic nõ cõ
uenit alijs a chriſto Queritur cũ chriſtus ſedeat ad dexterã patris quare dicebat bea
tus Stephanus Ecce video celos aꝑtos ꝛ ieſum ſtantem a dextris dei. actuum. vij. So
lutio. beatus ſtephanus in tribulatione poſitus vidit ieſum ſtantem quem nos credim⁹
regnantem ꝛ quieſcentem eo ꝙ ieſum habebat pro pugnatore ꝛ ſuſceptore. Queritur
quare dicitur ꝛ iterum. Solutio. propter primũ aduentũ per incarnationem dicitur ꝛ ite
rum propter aduentũ eius ad iudiciũ. act̃. primo. Sic veniet queãdmoduꝫ vidiſtis eum
euntem in celum. ꝛ Mathei. xiiij. Uidiſtis filium hominis venientem in nubibus celi.
Queritur quare dicitur qui locutus eſt per prophetas. Solutio. ad denotãdũ ꝙ ma-
ior fides ſit eis adhibenda cũ ſint verba diuina quia ſpũſſanctus loquebatur per prophe
tas. Queritur quare nõ dicitur ꝛ in vnam ſanctam eccleſiã catholicam ꝛc̃. Solutio.
in non debet poni quia eccleſia nõ eſt finis vltimus ſed potius via ad fineꝫ. ideo non dr̃
in. ſecus eſt quando dicitur credo in ſpm̃ ſanctum. quia in ibi notat finem tripliciter vt ſit
ſenſus credo in ſpm̃ſanctum. i. credendo tendo i eum ſicut in finem. Queritur quare
dicitur articulus credo vnã ſanctam eccleſiam ꝛc̃. Solutio ſm Innocen: quia eccleſia eſt
corpus xp̃i miſticũ ꝛ xp̃us eſt caput vt ergo plene habeat̃ fides de capite neceſſariũ ẽ cre
dere corpus quod eſt eccleſia catholica. vnã em̃ dicitur ratione vnitatis fidei ꝛ charitatis
ad Philip. iiij. Unus deus vna fides. ſanctam dicitur ratione puritatis ſanctitatis ꝛ bo
nitatis. vnde Leui. xi. Sancti eſtote: quoniã ego ſanctus ſum. Catholicã dicit̃ ratiõe vni
uerſalis ↄformitatis qr̃ vniuerſi dꝫ ↄformari in fide iuxta illud p̃s. oẽs gentes quaſcũq3
feciſti venient ꝛ adorabũt corã te dñe. Apl̃icã dr̃ qr̃ ꝑ apl̃os ſum⁹ edocti i doctrine veri-
tate ad Ephe. iij. Querit̃ quare dr̃ ↄfiteor vnũ baptiſma. cũ nõ ſit articulus. Solu-
tio. q̃uis nõ ſit articul⁹ fidei ſm Inno. tñ eſt ãnexũ articulo quare dr̃ ↄfiteor ꝛc̃. ꝛ idẽ poſ
ſet dici de alijs ſacramentis. Querit̃ quare dr̃ vnũ baptiſma cũ a doctoribus enume
rentur tres ſpẽs. ſ. flãminis fluminis ꝛ ſanguinis. Solutio. vnũ dicit̃ ꝑpter altiſſimi vni
tatẽ. ad phil. iiij. vnũ baptiſma ꝛc̃. Item dicitur vnum propter quorũdam hereticoꝝ pra
uitatẽ q̃ dicebãt hoiem eſſe rebaptizandũ quotiẽſcũq3 caderet in pctm̃ mortale ꝛ hec fuit
hereſis donatiſtarũ vt recitat beatus Aug. in libro de hereſi. capitu. lxvi. Alio modo dicẽ
dum eſt ꝙ ſolus baptiſmus fluminis eſt ſacramentum ꝛ non flãminis nec ſanguinis qua
re bñ dicit̃ vnũ. Querit̃ quare hic nõ dr̃ cõmunionẽ ſanctorũ ſicut in alio ſymbolo.
Solutio. ſatis intelligitur per hoc ꝙ dicitur vnam ſanctam eccleſiam ꝛc̃. Dicto ſymbolo
ſequitur offertorium: vbi primo fit populi ſalutatio cum ſacerdos dicit dominus vobiſcũ
ꝛ eſt tertia ſalutatio hic quam facit ſacerdos. Nam prima fit in collecta. Secunda in euã
gelio. tertia in offertorio. ꝛ hoc propter expreſſionem trinitatis perſonarum ante oblatio
nem ſacrificij. Et dicitur offertorium de offero quia tunc offerimus noſmetipſos ea que
ſunt neceſſaria ad miſſam ſcilicet panem vinum aquam ꝛ oblationes ad ſuſtentationẽ mi

niſtrorum eccleſie. Exo. xxiij. Non apparebis coram me vacuus. Deinde ſequitur oratio-
nis ꝓmiſſio cum ſacerdos dicit oremus ad denotandum ꝙ niſi dñs fuerit nobiſcum ad
ſalutem noſtram orare non poſſumus. Et ſi queratur quare nõ ſtatim poſt promiſſionem
ſequit᷑ oratio. Solu. qꝛ iſti oremus quod dicit ſacerdos correſpõdent ſecrete que poſt lo-
tionem manuum dicũtur ⁊ hoc fit propter ſignificationem ad denotãdum latibulum xp̄i
quo latuit ante tempus paſſionis. quia non iam palam ambulabat apud iudeos ſed abijt
in regionem iuxta deſertum in ciuitatem que dicitur Effren. ⁊ ibi morabatur cum diſcipu
lis ſuis ſicut dicitur Iohã. xi. vel illud fit vt tam ſacerdos ꝙ̃ populus recolligant ſe in illo
intermedio ad deuotius orandũ. Deinde ſacerdos offert panem vinum ⁊ alia ſibi obla
ta. d. ſuſcipe ſancta trinitas ⁊c̄. Et facit ſignũ crucis ſuper panem ⁊ vinuꝫ ad hoc ꝙ deus
eos ſanctificet. tamen ſacerdos ſi recte agat benedicit aquam ⁊ non vinum: quia aqua ſi
gnificat populum qui indiget benedictione dei. vinũ autem ſignificat xp̄m qui eſt ſuper
omnia benedictus ⁊ hoc pro prima parte miſſe. Sequitur ſecunda pars miſſe que eſt ad
materie cõſecrationem cuius ſecũde partis quattuor ſunt particule prima particula dicit᷑
ſecreta. ſecũda prefatio. tertia canon. quarta oratio dominica ſꝫm compẽ. theologie. libro
vi. ſecreta ſignificat ſtatum vie. prefatio ſtatum patrie. canon ſignificat tranſitum mẽbro-
rum in corpus chriſti miſticũ. oratio dominica ſignificat filiationem per gratiam. Rece-
pta oblatione ſacerdos lauat manus ad denotandum ꝙ ſacerdos ſit interius lotus per
cõfeſſionem ſicut exterius manus mundantur per ablutioneꝫ. Et lauantur extremitates
digitorum ad deſignandum emundationem a minutis peccatis quequidem emundatio
fit ad altare per cõfeſſionẽ in introitu miſſe. vel prima lotio que fit ante miſſam ſignificat
ꝙ ſacerdos accedens ad altare debet de peccatis ſuis plenaꝫ feciſſe ſatiſfactionẽ. Et ſe
cunda lotio que fit poſt offertorium ſignificat ꝙ ſacerdos debet habere ſanctã affectio
nem. Io. xiij. Et dũ lauat manꝰ poſt offertoriũ dicit ſeptẽ verſus vnius pſalmi ad poſtu
landum ſeptem dona ſpũſſancti quibus indiget. Et redit ad altare ⁊ inclinat ſe profunde.
dicens in ſpũ humilitatis ad deſignandũ ꝙ per mundiciã cordis innocentiam vite ⁊ hu-
militatem efficitur quis dignus miniſterio huius ſacramenti Yſaie primo. Lauamini ⁊
mundi eſtote. deinde erigit ſe ⁊ vertit ad populũ dicens. Orate ꝓ me frẽs. ꝑ qđ deſigna
tur ꝙ xp̄us dixit diſcipulis ſuis. orate fratres ne intretis in tentationẽ. Lu. xxij. ⁊ Mat.
xxvi. Et illi qui audiunt miſſam dñt dicere tunc ſꝫm Grego. Acceptabile ſit omnipotenti
deo ſeu acceptũ ſacrificiũ tuũ. Alij dicũt dñs ſit in corde tuo ⁊ in ore tuo ad digne pagẽ
dũ h̃ ſctm̃ ſacrificiũ. Alij dicũt illũ verſum Memor ſit dominus ſacrificij tui ⁊ olocauſtũ
tuum pingue fiat. Alij dicunt ſpirituſſanctus ſuperueniat in te ⁊ virtus altiſſimi obũbra
bit tibi. In miſſali vero Ro. hñtur hec ỽba. ſuſcipiat dñs ſacrificiũ de manibꝰ tuis ad
laudẽ ⁊ gloriã noĩs ſui ad vtilitatẽ nr̃aꝫ totiuſqꝫ eccleſie ſue ſancte amẽ Hoc ꝑmiſſo ſacer
dos ſub ſilẽtio ſecretã dicit. Pro quo ẽ notãdũ ꝙ totidẽ ſecrete ⁊ in eodẽ ordine ⁊ de eo
dem dñt dici quot collecte ꝑceſſerũt añ i exordio miſſe. ſ. ante epiſtolaꝫ neqꝫ plures neqꝫ
pauciores. ⁊ dicit᷑ ſecreta qꝛ ſecrete pronũciatur vel qꝛ ſecrete ſignificant tẽpus quo xp̄s
latuit ꝓpter metuꝫ iudeoꝝ ꝗuis olim alta voce dicerentur. vnde ab omnibus laycis ſcie
bantur ſꝫm ꝙ narrat mag. arnoldus boleti in ſua ſum̃a ⁊ ſimiliter Iohan. belet. Unde
contingit ſemel ſuper hoc vnũ magnũ ſcandalũ tale quod ſequitur. Paſtores quadã die
ſuꝑ quendã lapidẽ poſuerũt panẽ ⁊ ſuꝑ panẽ dixerũt verba canonis ⁊ panis ĩ prolatiõe
verborum conuerſus eſt in carnem ⁊ ſtatim ictu fulminis percuſſi paſtores mortui ſunt ⁊
ideo a ſummis pontificibus ſtatutum fuit ꝙ de cetero verba canonis ſubmiſſe ſeu ſub ſilẽ
tio dicerentur. Alia cauſa aſſignatur a docto. ſcilicet ne talia verba canonis vileſcant: ſi-
cut ſacra ſcriptura data eſt obſcure ne vileſcat. Tamen notandum eſt ꝙ in diebus aliquo
rum ieiuniorum dicuntur plures collecte ꝙ̃ ſecrete. Secundo eſt propter lectiones ante
epiſtolam dictas quequidem lectiones ſignificant predicationem. modo predicationem
debet precedere oratio ſꝫm beatum Augu. in libro de doc. xp̄iana. ideo illis diebus dicũ-
tur plures collecte ꝙ̃ ſecrete. In paraſceue vero quod dicit᷑ de paro. as. ⁊ cena. ne. quia iu



dei ꝑabãt pro ſabbato ea que debebãt comedere. Et in ſabbato ſancto lectio prima pre-
cedit orationẽ ad oſtendẽdũ ꝙ tũc fit renouatio teſtamenti. ⁊ quia vetus precedit nouum
lectio que deſignat vetus teſtamentũ precedit orationẽ que deſignat nouum teſtamẽtuꝫ
vel alia de cauſa lectio precedit orationẽ ad denotandum ꝙ in illo triduo habemus xp̄m
crucifixum tanꝙ̃ aduocatum fidelem ⁊ bonum. ex cuius cõfidentia prime lectioni non eſt
oratio premittenda. Et finit celebrãs orationes ſecretas dicendo per dñm noſtrũ ieſum
xp̄m filium tuũ qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũſſancti deus. vſqꝫ ad illam partem
per omnia ſecula ſeculorum. Prefatio incipit ibi per oĩa ſecula ſeculoꝝ. alta voce pronun
ciando vbi ſunt duo notanda. primũ ꝙ prefatio eſt idem ꝙ prelocutio ſeu preparatio qꝛ
accedentes ad illud ſacrificiũ debent diligentiſſime ſe preparare. Aliter iudicium ſibi mã-
ducant ⁊ bibũt. prima ad Coꝝ. xi. probet autẽ ſeipm̃ homo ⁊c̄. Aliud quod eſt notandũ
eſt ꝙ dicendo per omnia ſecula ſeculoꝝ ſꝫm beatũ Aug. in libro de ci. dei intelligitur eter-
naliter capiendo eternaliter a ꝑte finis. vel ſic per omnia ſecula ſeculoꝝ. i. hoc ſacrificium
cuius effectus eſt infinitus vſqꝫ ad finẽ ſeculi adminiſtrabitur ſub iſtis ſpeciebus panis
⁊ vini in cõmemoratione paſſionis ſaluatoris noſtri. iuxta illud Math. xxviij. Uobiſcũ
ſum omnibus diebus vſqꝫ ad cõſummationeꝫ ſeculi. ⁊ poſt celebrans non vertens ſe ad
populuꝫ dicit. ſurſum corda. quaſi dicat habete ad dominum corda ſurſum eleuata. iuxta
verbũ apoſtoli ad colocen̄. tertio dicentis. que ſurſum ſunt querite. quia ꝗuis in ſignum
humiliationis ꝓni aliquãdo oremus: tamen in ſignum attentionis manus ⁊ oculos ſur
ſum attollimus vt poteſt videri heſdre. x. ⁊ populus quaſi conſentiens dicit habemus ad
dominum. ⁊ quia pro omnibus que deus contulit nobis gratias ei impendere debemꝰ
Subiungit ſacerdos gratias agamus ⁊c̄. Et populus quaſi conſentiens reſpondit Di-
gnum ⁊ iuſtum eſt. Deinde ſacerdos dicit prefationem in qua nominantur aliqui ordi-
nes angeloꝝ quia in miſſa angelos preſentes eſſe credimus ⁊ aſſiſtere ſacerdoti. Et ſunt
decem prefationes vt habetur de con. diſtin. Deinde dicitur ſanctus ter ad denotanduꝫ
trinitatem perſonarum. ⁊ ſumitur Yſaie vi. vbi Yſaias dicit ſe vidiſſe ſeraphin clamantia
ſanctus ſanctus ſanctus. ⁊ Apoca. iiij. habetur ꝙ Iohãnes euangeliſta audiuit quatuor
animalia que non ceſſabant dicere illud canticum. ſanctus ſanctus ſanctus. poſtea dici-
tur verſus. benedictus qui venit in nomine domini. quem cãtabant pueri hebreorum in
die ramiſpalmarum quãdo ſaluator noſter venit hieruſalem quiquidem verſus ſcribitur
Mathei. xxi. ⁊ cum cãtatur debet fieri ſignum crucis in ſignũ ꝙ ille verſiculus ſumit᷑ de
euangelio quod eſt liber crucifixi. Canon incipit Te igitur. vbi ſacerdos debet ſe inclina
re ante altare ad denotandum ꝙ Petrus inclinauit ſe dum proſpexit in monumentũ ſꝫm
rationale. vel ſacerdos inclinat ſe ſignificãs xp̄m orantem proſtratum quãdo ſudor eius
factus eſt ſanguineus. Luce. xxij. ⁊ factus ſudor eius ſicut gutte ſanguinis decurrentis in
terram. ⁊ Mathei viceſimoſexto legitur ꝙ chriſtus procidit in faciem ſuam orans. ⁊ di-
citur canon regula: quia ex regularibus inſtitutionibus patrum ſanctorum componitur
⁊ oſculatur ſacerdos altare ad denotandum veram dilectionem canticorum primo oſcu-
letur me oſculo oris ſui. Item. T. debet figurari in ſignum crucis eo ꝙ illud ſacramentuꝫ
ſit commemoratiuum paſſionis chriſti. vel quia in veteri teſtamento dictum fuit angelo
percutienti egyptum ꝙ occideret ſenem adoleſcentulum virginem ⁊ paruulum. ⁊ mulie-
res interficite ⁊ a ſanctuario meo incipite. Super quem autem videbitis tau. non occi-
datis. Ezechielis nono. Niſi ſcriptum eſſet in frontibus eorum tau. quod hebraice ſignũ
eſt crucis in quo canone oratur pro eccleſia catholica. pro papa. pro epiſcopo ⁊c̄. Et ſi
ſacerdos celebret pro aliquo ſpecialiter debet virtutem ſacramenti referre ad ipſum. Tñ
ꝓpter hoc non excluditur quin poſſit ⁊ debeat orare pro alijs. Itẽ ſacerdos anteꝙ̃ dicat
miſſam dicit vel debet dicere dñe deꝰ ego in miſſa intẽdo tibi recõmendare iſtũ ⁊ iſtũ ⁊c̄.
Et poſtea in miſſa ſufficit ꝙ dicat memento domine illorum q uos tibi recommenda
ui antea cum magna maturitate ⁊ attentione pronunciando verba canonis. non nimis
morando ne dyabolice tentationes interueniant. Et ideo in figura dictum fuit fi-

li s iſrael ꝙ comederent agnum paſchalem feſtinanter. Item oratio debet eſſe mentalis. vt ſacerdos ſit magis attentus qꝛ ſermo impedit aliquotiens attentionē etiam deus precipue attendit ad petitionē cordis ꝛc. Queritur quare in canone nulla fit mētio de cōfeſſoribus. Solutio. ſm Inno. quia canon prius fuerat editus ꝙ memoria confeſſorum eccleſia celebraret: Sancti enim qui in canone cōmemorātur preceſſerunt ſilueſtrum preter Johan. ꝛ Paulū marcellinū ꝛ petrum qui proximo ſucceſſerunt. Eccleſia vero poſt tempora beati ſilueſtri cepit cōfeſſorum memoriam venerari tamen vt dicit Innocentiꝰ traditur gelaſium papam quinquageſimū primum a petro canonem principaliter ordinaſſe. Querit quare iſti martyres potius nominant in canone ꝙ alij. Solutio. propter miraculum quia aliqui ſancti patres deleuerunt nomina iſtorum de canone: ſed dum mane ſurgerent iterū nomina iſtoꝝ quos deleuerunt litteris aureis inuenerunt iterum in canone ſcripta ꝛc. Conſequenter accedit ſacerdos celebrans ad conſecrationem dicendo verba effectiua cōſecrationis ſuper vtrāqꝫ ſpeciem panis ꝛ vini. Super ſpeciē panis dicit. Hoc eſt enim corpus meū ꝛc. Et deinde eleuat in altum ſignificans eleuationem xp̄i in cruce. Deinde ſuper vinum dicit. Hic eſt eñ calix ꝛc. ꝛ eleuat in altum ad denotandū ꝙ totus xp̄us fuit eleuatus in arbore crucis pro redemptione totiꝰ hūani generis. ꝛ quare ſanguis ſepatim a corpore ad denotandū ſepationē ſanguinis a corpore xp̄i in paſſione vt clarius videbitur inferius ꝛc. Deinde celebrans extendit brachia ad denotādū extenſionem brachiorum xp̄i in cruce. Deinde celebrans inclinat ſe orans ſuppliciter per quod deſignatur humilitas xp̄i ꝛ obedientia in paſſione. Deinde eleuat brachia ad denotandum ꝙ oratio eius pro populo dirigitur ad deū ſp̄ pollicē habendo coniunctum cum indice quibus corpus cōſecratum tetigit vt ſi aliqua particula hoſtie cōſecrate adhereat illis digitis nō cadat ꝛ hoc ob reuerentiam ſacramenti ꝛc. Quarta particula eſt oratio dominica. Ibi pater noſter qui es in celis. vbi celebrās pro ſe ꝛ pro populo facit ſeptem petitiones de quibus dictum fuit ſuperius capitulo de oratione ꝛ hoc ꝙtum ad ſecundam partem que eſt ad materie conſecrationem. Sequitur tertia pars miſſe que eſt ad materie cōſecrate ſumptionem ibi pax domini ſit ſemper vobiſcum. vbi ſacerdos capit hoſtiā ꝛ eam diuidit attendēdo diuiſionem in ſpeciebus ſolum. ꝛ cum vna particula ſuper calicem cum ſigno crucis dicit iſta verba. pax domini ſit ſemper vobiſcū. cui reſpōdet chorꝰ ꝛ cum ſpū tuo. Deinde dicit ſacerdos agnus ter. Super quo ſunt aliqua notāda. primo eſt notandū ꝙ ſacerdos diuidit hoſtiā i tres partes vt habet de cō. di. ſecūda. c. triforme. Una pars mittit in calicem. per quam deſignatur corpus xp̄i quod iam reſurrexit. Pars altera comeditur ſeu pcipitur a celebrante per quā deſignatur xp̄us ambulans ſuper terram. pars altera reſeruabatur antiquitus. per quam deſignabat corpus xp̄i in ſepulchro. iacens. ꝛ idem dicit ſergius papa vt recitatur in quarto ſen. di. xij. Tamē hodie due partes ſicce comeduntur ſeu ſumūtur vt notatur in capitulo cum marthe. de cele. miſſ. in glo. Loquendo miſtice pars in calice poſita ſignificat ſanctos qui ſunt i patria ſeu ſtatum triūphantiū. pars comeſta fideles in terra viuentes ſeu ſtatum militantium. pars reſeruata corpora ſanctorum in ſepulchris iacentia ſeu ſtatum in purgatorio ardentium ſm compendium ſeptem ſacramentorum. ſm vero cōpendium theologie in ſexto libro Iſte tres partes fiunt propter trinitatem perſonarum in vna eſſentia. vnde licet fiant tres partes in diuiſione hoſtie: vnus tamē eſt chriſtus totus ſub qualibet parte hoſtie. exemplū habemus in ſpeculo quod ſi diuidatur in plures partes in qualibet pte apparet ymago q̄ prius apparebat in integro. vbi enim eſt pars corporis xp̄i ꝛ totum: quia quelibet pars hoſtie licet integre cōſacretur conuertitur in totum corpus non pars in partem. de conſecra. di. ij. c. vbi. ꝛ. c. dū frāgitur. ea. diſtin. vel fiunt tres partes propter tres ſtatus xp̄i qui fuit mortalis mortuus ꝛ immortalis. vel fiūt tres partes ppt̄ tres ſubſtātias in xp̄o. ſ. diuinitatis anime ꝛ corporis. vnde verſus in glo. capituli cum marthe. de celebratione miſſaꝝ Hoſtia diuiditur in partes tincta beatos. Plene ſicca notat viuos ſeruata ſepultos. Secundo eſt notandum ꝙ cōmixtio vniꝰ partis cū ſanguine ſignificat ꝙ corpus xp̄i ꝛ aīa in



reſurrectione coniuncte fuerunt: qꝛ deitas nunꝙ abfuit imo ſemper cū anima ꝛ ſemp cum corpore. Tertio eſt notandū ꝙ agnus dei dicit liberationem per miſericordiam diuinā: ꝛ triplicatur vt liberemur a malis preſentibus preteritis ꝛ futuris: tamē ꝙuis agnus cātetur in die iouis ſancta. ſ. in cena domini pax non dat. cauſa eſt ſm Innocē. quia in illa die verus agnus ad immolandum capitur. Ideo agnus cantatur ſed pax negat. qꝛ illa die a diſcipulo mediante oris oſculo traditur. In die veneris ſancta nec agnꝰ dr̄ nec pax datur propter dolorem paſſionis. in ſabbato ſancto. ſ. in vigilia paſche ſeu reſurrectionis non dicitur agnus ſed pax datur. non dicitur agnus qꝛ in illa die fit memoria in officio p̄cedente de paſſione. pax datur qꝛ miſſa illius diei eſt de reſurrectione per quam fuit pax diſcipulis nunciata. vñ verſus. Agnus cantatur in cena paxqꝫ negatur. Int vtrunqꝫ diē nec pax nec dr̄ agnꝰ. Añ diē paſche pax eſt nec dicit agnus. tñ Jo. belet dicit ꝙ in ſabbato pax non dat qꝛ xp̄us qui eſt pax noſtra nōdū ſurrexit. ſed agnus dei dicit ter cum miſerere nobis propter renatos ſeu baptizatos ꝛc. Inferius vbi eſt textus ad hoc ſupplebuntur illa que hic omittunt. ſ. ibi in miſſa forma ꝛc. ꝛ ibi preſbiter hoc ſacrat ꝛc. Sequit quarta pars miſſe que eſt ad gratiarū actiones. ſ. a cōione vſqꝫ ad finē miſſe. In illa pte ante poſt cōionē dicit celebrans aliqua poſt perceptionem corporis ꝛ ſanguinis xp̄i que ſunt de gratiarum actionibus que cā breuitatis omitto. ꝛ venio ad poſt cōionem que ſignificat boni operis conſummationem vel gaudium quod habuerūt diſcipuli poſt reſurrectionem xp̄i. Deinde ſacerdos ſalutat populum ꝛ dicit orationem. ſicut xp̄s poſt cenā celebratā cum diſcipulis ſuis dixit hymnū. Deinde iterū ſalutat ſacerdos ppl'm ꝛc. ꝛ diachonus vel ſacerdos ſupplens vices eius licentiat populū di. Ite miſſa eſt. quando maxime dr̄ gloria in excelſis deo. hoc eſt dicere hoſtia miſſa eſt. i. ſacrificium miſſum eſt eſt per angelum ante cōſpectum altiſſimi vbi eſt requies eterna. Ite igit. i. feſtinate ingredi illā requiē. ideo dicit ſacerdos. Jube domine hec proferri. i. vota fidelium preſentari per āgelum in ſublime altare tuum. vel ſm mag. ſentē. xxiij. di. quarti. Ite miſſa eſt ideſt ſequimini hoſtiam que miſſa eſt ad celeſtia tendentes poſt eam. Super hijs ſunt aliqua notanda. primo ſm rationale eſt notandum ꝙ corpꝰ xp̄i miſticum quod eſt eccleſia eſt triplex. ſcilicet illud quod eſt in celo glorificatū. ſ. ſcilicet ſancti qui ſunt in paradiſo. Ideo i miſſis que celebrant in honore iſtoꝝ quia ſunt in tuto dicitur ite miſſa eſt. Aliud eſt corpus xp̄i miſticum quod adhuc in terra eſt. ſ. fideles qui ſunt in hoc mundo. ꝛ ideo qꝛ ꝙdiu hoīes ſunt in hoc mundo ſunt incerti de ſua ſalute. iuxta illud euangeliū. Luce. x. Euntes p viā neminem ſalutaueritis. i. ſaluum dixeritis. propterea in miſſis que dicūtur ꝓ ſalute viuoꝝ in fine dicitur benedicamus domino. iuxta ps. benedicam dominum in omni tempore. Aliud eſt corpus xp̄i miſticum quod iam mediocriter ſe habet cuiuſmodi ſunt fideles qui ſunt in purgatorio. Et ideo in miſſis que dicuntur pro talibus in fine dicit requieſcant in pace. i. per meritum paſſionis xp̄i ſanctorum interceſſione eccleſie ſuffragia ꝛ precipue p oblationē tanti myſterij liberentur a penis purgatorij ꝛ requieſcant in eterna requie vbi ē ſumma pax ꝛ tranquilitas. ꝙuis ſm docto. theolo. quelibet miſſa reſpiciat totum corpus xp̄i miſticū. ſicut patet per triplicē hoſtie partitionem de qua ſuperius extitit declaratum Secundo eſt notandum ꝙ altare ſumitur pluribus modis. Uno modo idem eſt ꝙ excellentia trinitatis. Exodi. xx. Non aſcendes ad altare meum per gradum. Alio modo idem eſt ꝙ eccleſia triumphans. Geñ. triceſimoquinto. Edificauit ibi altare ꝛ vocauit nomen loci illius domus dei. Alio modo idem eſt ꝙ lex moſayca. vnde. ps. Conſtituite diem ſolennem in condenſis ideſt in vmbra legis. vſqꝫ ad cornu altaris. Alio modo idem ē ꝙ lex euangelica. pſalmiſta. Altaria tua domine virtutum. Alio modo idem eſt ꝙ incarnatio filij dei. Exodi. xx. Altare de terra facietis mihi. Alio modo idem eſt ꝙ deuoti cordis perfectio. Leuitici ſexto. Ignis in altari meo ſemper ardebit. Alio modo idem eſt ꝙ ſacramenta eccleſiaſtica. Exodi. xxix. vngo altare in ſanctificationē ꝛc. Alio mō idē eſt ꝙ vnio catholica. ad Hebreos. xiij. Habemꝰ altare de quo nō habēt poteſtatē edere q̄ deſeruiūt tabernaculo. hic aūt qñ dicit in ſublime altare tuū ꝛc. intelligit de trinitate vel de eccleſia

triumphante. Deinde dicto ite miſſa eſt ſacerdos dat benedictionem populo vt gr̄a quā
credentes receperunt in oblatione tanti ſacramenti maneat cū eis ſemper ⁊ in eis fructi
ficet ⁊c̄. Declaratis iſtis quattuor partibus miſſe eſt notandū ſm Inno. in libro de miſſa
ꝙ in miſſa fiunt crucis .xxv. ſignationes. ⁊ fiunt in .vij. vicibus. que ſignificāt expreſſe paſ
ſionem xp̄i. prima vice fiunt tres dicendo iſta verba hec dona hec munera ⁊c̄. que ſignifi
cant xp̄i traditionem. Nam primo fuit traditus a deo patre qui eum in mundum miſit.
vnde ap̄lus ad gal. iiij. cum venit plenitudo temporis miſit deus filium ſuum ⁊c̄. Sc̄do
fuit traditus a Juda ſcarioth. Jo. xviij. ⁊ in alijs locis. Tertio fuit traditus a iudeis.
In ſecunda vice fiunt quinqꝫ crucis ſignationes dicendo iſta verba benedictā aſcriptam
⁊c̄. que repreſentant quinqꝫ perſonas que fuerunt in paſſione xp̄i. ſcilicet perſonā xp̄i ven
diti. perſonam iude vendentis. ⁊ perſonas ementiū qui fuerunt pontifices ſcribe ⁊ pha
riſei. In tertia vice fiunt due ſuper illud verbum benedixit quod verbum dicitur primo
ſuper panem. ſecundo ſuper vinū. ⁊ fiunt iſte due cruces propter conuerſionē duplicis
materie. ſ. panis ⁊ vini in corp⁹ ⁊ ſanguinem. vel ad deſignandū emptionem ⁊ venditio
nem. In quarta vice fiunt quinqꝫ dicendo illa verba hoſtiam purā hoſtiā ſanctam ⁊c̄.
Et repreſentant quinqꝫ vulnera que xp̄us pertulit in cruce. In quīta vice fiunt due cru
ces: vna ſuper corpus. alia ſuper ſanguinem dicendo illa verba filij tui corpus ⁊c̄. ⁊ ſigni
ficant vincula quibus xp̄us fuit ligatus ⁊ flagella ſeu ſcorpiones quibus fuit flagellatus
In ſexta vice fiunt tres dicendo illa verba ſanctificas viuificas ⁊c̄. ⁊ ſignificāt tres cru
cifixiones quibus xp̄us fuit crucifixus. prima fuit linguis iudeorū. ſecunda fuit ſnīa pylati.
Tertia fuit manibus militū. In ſeptima fiunt quinqꝫ cruces dicendo illa verba ꝑ ipm̄
cū ipſo ⁊c̄. tres illarū quinqꝫ fiunt cū corpore ſuꝑ calicē ⁊ due a latere. ⁊ ſignificāt tres prime
tres cruciatus xp̄i. ſ. cruciatū paſſionis propaſſionis ⁊ cōpaſſionis. due ſignificāt egreſſū
anime xp̄i de corpore ⁊ aquā ⁊ ſanguinē qui fluxerūt de latere xp̄i. ⁊ ſic in toto ſunt. xxv.
cruces. excepto ꝙ cum dicit᷑ pax dn̄i fiunt tres ⁊c̄. ſm Inno. Itē eſt notandū ꝙ quin
quies vertit ſe ſacerdos ad populum. per qđ denotatur ꝙ xp̄us in reſurrectione quīquies
apparuit. Primo magdalene in orto in ſpecie ortolani. Secūdo mulieribus euntib⁹ ad
monumentū. Tertio beato petro ſed quando ⁊ vbi non legitur. ⁊ ideo quādo ſacerdos
vertit ſe tertio ad ppl'm non loquitur alte. Quarto apparuit duobus diſcipulis euntib⁹
in emaus quod dicitur eſſe caſtrum. Luce. xxiiij. Quinto apparuit diſcipulis ianuis clau
ſis. Jo. xx. ⁊ Thomas non erat cum eis. Item poſt apparuit diſcipulis ⁊ Thomas erat
cū eis. Jo. eodem. Itē eſt notandū ꝙ nouies ſacerdos oſculatur altare. Primo ante
ꝙ̄ incipiat introitū. per quod deſignat᷑ ꝙ dꝫ eſſe reconciliatus deo quo ad peccati purga
tionē. Secūdo ante collectā primā dū dicit dn̄s vobiſcū. per qđ deſignat᷑ ꝙ debet eē deo
recōciliatus per deuotā orationē. Tertio in offertorio dū dicit dn̄s vobiſcū. per qđ deſi
gnatur ꝙ dꝫ eē reconciliatus deo per ſuiipſius oblationē. Quarto anteꝙ̄ dicat orate ꝓ
me fratres. per quod deſignat᷑ ꝙ debet eſſe deo recōciliatus per internā mentis compū
ctionē. Quīto poſt te igit᷑ cū dicit vti accepta habeas. per quod deſignat᷑ ꝙ debet eſſe re
conciliatus ꝑ bonorū operū acceptationē. Sexto poſt ſupplices te rogamus. cum dicit ex
hac altaris participatione. per qđ deſignat᷑ ꝙ debet eſſe deo reconciliat⁹ per ſuiipſius ve
ram humiliationem. Septimo finita illa orone Dn̄e ieſu xp̄e qui dixiſti ⁊c̄. per quod de
ſignat᷑ ꝙ dꝫ eſſe deo reconciliatus ꝑ cōmunem tā amicorum ꝙ̄ inimicorū dilectionē. Oc
tauo ante poſtcōmunionē cū dicit dn̄s vobiſcū. per quod deſignat᷑ ꝙ debet eē deo recō
ciliatus ꝑ dignā ſacramēti perceptionē. Nono cōpleta orone placeat tibi ſancta trinitas
⁊c̄ per quod deſignatur iugis huius ſacramenti rememoratio. Itē eſt notandum ꝙ
ſepties ſacerdos in miſſa ſalutat populū. per qđ deſignat᷑ ſm rōnale ꝙ virtute miſſe ſa
lutem cōſequuntur eternā. In qua habemus ſeptē dotes. ſ. quattuor a parte corporis ⁊
tres a parte aīe. ⁊ eſt dos idem ꝙ donatio glorie a deo facta anime ⁊ corpori ⁊c̄. Dotes
enī anime ſunt cognitio: comprehenſio: ⁊ dilectio. Dotes corporis ſunt ſeu erūt iſte quat
tuor, claritas, impaſſibilitas, ſubtilitas, ⁊ agilitas. De iſtis ad preſens ſuperſedeo, qꝛ de



ipſis eſt textus in fine iſtius libri. vel ſepties ſalutat populū ad deſignandū ſeptiformem
gr̄am ſpūſſancti. ſm compē. ſeptē ſacramētorū. Xp̄us vero dicit pax vobis qꝛ rep̄ntat in
hoc perſonā xp̄i q̇ ita ſalutabat diſcipulos ſuos ⁊c̄. Jo. xx. ⁊ Luce. xxviij. Stetit ieſus in
medio diſcipulorū ſuorū ⁊ dixit eis pax vobis. Itē eſt notādū ꝙ ſacerdos inclinat ſe octo
vicibus a principio miſſe vſqꝫ ad finē. Prima dū dicit cōfiteor. per qđ deſignat᷑ reueren
tia quā debemus deo facere pro peccatorū remiſſione. Sc̄da vice ante gradus altaris
quādo dicit aufer a nobis dn̄e ⁊c̄. per qđ deſignat᷑ reuerentia deo fienda ꝓ collatiōe bo
norū. Tertia vice dū dicit hanc orōnē ſuſcipe ſancta trinitas. ꝑ quod deſignat᷑ deo reue
rentia fienda pro euaſione periculorū. Quarta vice in inchoatione canonis quando dicit
te igit᷑ ⁊c̄. per quod deſignat᷑ reuerentia deo exhibenda pro collatione oblatorū. Quinta
vice poſt conſecrationē dū dicit ſupplices te rogamus. per quod deſignat᷑ reuerētia quā
debemus deo exhibere ꝓ ꝯſeruatione collatorū. Sexta vice an̄ pacē dū dicit Dn̄e iheſu
xp̄e. per qđ deſignat᷑ reuerētia quā debem⁹ deo ꝓ ꝯfederatione inimicorū. Septima vice
poſt pacē dū dicit dn̄e ieſu xp̄e fili dei. per qđ deſignat᷑ reuerētia deo exhibenda ꝓ dile
ctione recōciliatorū. Octaua ⁊ vltima vice inclinat ſe ſacerdos qn̄ dicit placeat tibi ſancta
trinitas ⁊c̄. per qđ deſignat᷑ ꝙ reuerentia eſt deo exhibenda ꝓ cōceſſione p̄miorū. ⁊ hoc
ſm Inno. Queritur hic quare cū ſacerdos celebrat miſſā. cur incipit in dextera ꝑte
altaris ⁊ poſtea vadit ad ſiniſtrā ⁊ iterū redit ad dexterā. Sol'. ſm rationale. quia xp̄us
primo venit de dextera patris ad ſiniſtrā mundi ⁊ iterū rediit ad dexterā patris in die aſ
ſcenſionis. iuxta illud Jo. xvi. Exiui a patre ⁊ veni in mundum iterū relinquo mūdū ⁊ va
do ad patrē ⁊c̄. ⁊ hoc quo ad ſecundā particulā. Quantum ad tertiā partem in q̄ ac.
noſter docet ſignificationem ornamētorū conſecrantis. ſ. ibi dant ornamenta ⁊c̄. Eſt no
tandū ꝙ illa ornamēta ſeu veſtes ſacerdotales fuerunt oſtenſe figuratiue moyſi. Exodi
xxviij. vbi dicitur facies veſtes ſanctas aaron in quibus ſanctificatus miniſtret mihi ideo
tales veſtes ſacerdotales debent eſſe benedicte ab epiſcopo. Superlitium enī non eſt de
eſſentia ſeu de numero iſtarum veſtiū ſaltē in ſimplice ſacerdote: ſꝫ ſolū de bn̄ eē. Notanē
dicitur in ſimplici ſacerdote ꝓpter epiſcopos ⁊ canonicos regulares quorum talis veſtis
eſt habitus idcirco in generali veſtes ſacerdotales computantur ſeptem. ſ. ſuperlitium a
mictus. alba. cingulum. manipulus. ſtola. caſula. Iſte ſeptem veſtes ſignificant ſeptem
dona. ſſ. quibus debet ſacerdos eſſe perfuſus Luce. xxiiij. Induimini virtutē. ſſ. ex alto:
vel iſte ſeptē veſtes ſignificant ꝙ ſacerdos debet eſſe munitus cōtra ſeptē vicia mortalia
Unde apoſtolus ad Ephe. vi. Induite vos armatura dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſi
dias dyaboli. Vel iſte ſeptē veſtes ſacerdotales ſignificāt ſeptē virtutes tres theologa
les fidē ſpem ⁊ karitatē. Et quattuor morales iuſticiā prudētiā temperātiā ⁊ fortitudinē
quibus debet ſacerdos eſſe adornatus. vnde ad Ro. xiij. Induimini arma lucis. glo. ſ.
arma virtutum vel ſignificat ꝙ ſeptem petitiones orationis dominice exaudiunt᷑ in miſſa
in ſignū cuius legit᷑ in heſter. v. capitulo. ꝙ heſter induta veſtibus regalibus fuit exaudi
ta ab aſſuero ⁊c̄. Primū veſtimētū eſt ſuperlitium. Sed qꝛ non eſt de eſſe ſed de bene eē
pro ſimplici ſacerdote vt premiſi non intendo hic facere aliam mentionem: Sed accede
re ad alias veſtes requiſitas ad hoc ꝙ ſacerdos celebret miſſam. Primum indumētū dr̄
amictus quo caput ſacerdotis tegit᷑. ⁊ ſignificat ſm rationale ſalutē que per fidē tribuit᷑.
Unde apoſtolus ad Ephe. vi. galeā ſalutis aſſumite ⁊ repreſentat illud cooperimētum
quo velabant iudei faciē xp̄i dicentes prophetiza nobis xp̄e q̇s eſt q̇ te ꝑcuſſit. Marci.
xvi. ſm aūt cōpen. theologie amictus ſignificat iudiciū diſcretionis quod debet eſſe in ſa
cerdote ⁊ in omni cōmunicante. Alio modo amictus ſignificat in xp̄o capite noſtro car
nis aſſumptionem qua aſſumptione deitas velat᷑ vt habet᷑ apoc. x. ꝙ Jo. vidit āgelū dei
fortē deſcēdētē de celo amictū nube. ille. n. angel⁹ eſt xp̄s q̇ nube. i. hūanitate fuit amictus
In ſacerdote. n. ſignificat amictus ſm Hug. de ſanc. vic. ⁊ Inno. ꝙ ſuꝑior pars rōnis dꝫ
eē recta. qꝛ amict⁹ caput tegit in q̊ capite deſignat᷑ illa ſuꝑior pars rōnis ne ſacerdos ad
pctī ꝯſenſū icliner. qꝛ amict⁹ hūeros tegit ſignificat ꝙ i ſacerdote dꝫ eē ſtrenuitas opera

tionis ne aliqua ſegniciei macula ſacerdos ꝯcutiat.qꝛ amictus collū fimbriis cingit deſi
gnat ꝙ in ſacerdote debet eſſe ſedulitas circūſpectionis ne tentationib⁹ ſeducat. Sc͞dm
indumentū dr alba qđ indumentū corpus a ſummo vſqꝫ ad deorſum tegit ꝛ ſignificat gra
tiam ꝙ deſurſum ꝑuenit ꝛ ex meritis eccl'ie deorſum. Un̄ apoſto.ad Ro.viij.ſ p.ſalui fa
cti ſumus.ꝛ repn̄tat veſtē albā i qua illuſit herodes xp̄m. Luce.xviij.ꝭm aūt cōpen theo
logie alba ſignificat mūdiciā caſtitatis quā dꝫ habere ſacerdos. Un̄.eccle.ix.oī tp̄e veſti
menta tua ſint cādida ꝛ oleū de capite tuo nō deficiat. Tertium indumētū eſt cigulū per
quod ſignat iuſticia .cui⁹ duo ſunt brachia inter ſe aſtrīgentia vt diſcam⁹ operari bonuꝫ
ꝛ declinare a malo. Yſa.xi.ꝛ erit iuſticia cingulū lūborū eius ꝛ fides cinctorū renū eius.
Hec corrigia repn̄tat flagellū quo pylatus cecidit Jheſum. Jo.xix.ꝭm aūt cōpen. theo.
cingulū ſignificat mortificationē carnis vel ſignificat reſtrictionem carnis.vel cingulꝫ
ſignificat in xp̄o verā charitatē qua ſe membris copulauit apoc.primo.vidi ſimilem filio
hominis p̄cinctū ad mamillas zona aurea. Jn ſacerdote aūt cingulum qꝛ veſtes corpori
ꝯiungit ſignificat ꝙ ſacerdos dꝫ diligere celeſtia cōiungendo ſe eis ꝑ fauorē charitatis
cōtemnēdo tēporalia. Quartū veſtimentū eſt manipulus ſeu fanon.ꝑ quod deſignatur
fructus bonorum operū quē fructum boni ſacerdotes reportabunt in paradiſo. Unđ de
eis dicitur per prophetam ſeu per pſalmiſtā.venientes aūt venient cū exultatione portā
tes manipulos ſuos.ꝛ repreſentat iſte manipulus funem quo Jeſus fuit ligatus. Jo.xi.
Cōprehenderūt ieſum ꝛ ligauerunt eum ꝛc.ꝭm cōpen.the manipulus ſignificat cōſtātiā
fortitudinis que dꝫ eſſe in ſacerdote.vnde ꝯſtantia ꝭm Tulliū eſt animi ſtabilitas firma.
ꝛ in propoſito perſeuerans. Fortitudo autem ꝭm Aug. eſt amor omnia tolerans ꝓpē
id quod amatur. Manipulus in ſiniſtra manu ſacerdotis poſitus ſignificat xp̄i tribula
tionē can.ij.leua eius ſub capite meo. Jn ſacerdote enī ſignificat ꝙ debet patiēter ſuffer
re tribulationem.qꝛ in ſiniſtra manu ponitur ſignat ꝙ ſacerdos tempore tribulatiōis dꝫ
ſe exercere per bonam operationem.qꝛ manus cingitur eo manipulo ſignat ꝙ debet co
gitare mortis terminationem.apoc.xvi. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua.quo ad pri
mum ne nudus ābulet ꝛ appareat confuſio nuditatis ſue quo ad ſecundum. Quintū ve
ſtimentū eſt ſtola per quod ꝭm rationale ſignificatur mortificatio carnis. vnde ponit ad
modum crucis ad repreſentandum ꝙ ſacerdos debet portare crucem penitentie in corde
ſuo. Unde apoſtolus mortificationem ieſu xp̄i corpore veſtro circunferentes ꝛ repreſen
tat ligaturam qua xp̄us fuit ligatus ad collūnā vel illam columnam.ꝭm aūt cōpen. theo.
iſtud indumentū ſignat perſeuerenciā longanimitatis quā debet habere ſacerdos. Unde
perſeuerantia ꝭm Tullium eſt in re bene conſiderata ſtabilis ꝛ perpetua permāſio. De il
la perſeuerantia loquit Criſoſtomus.d.tolle pſeuerantiā nec obſequiū mercedē habebit:
nec laudē fortitudo cui concordat illud Math.x. Deniqꝫ nō ꝙ ceperit ſed ꝙ pſeuerauerit
vſqꝫ in finē hic ſaluus erit. Stola ſignat in xp̄o obediētie humilitatē qꝛ fact⁹ eſt obediēs
vſqꝫ ad mortē.ad phil. Paul⁹.qꝛ collū cingit ſignat in ſacerdote obedientie humilitatem
qꝛ ad modū crucis ſup pectus diſponit ſignat ꝙ ſacerdos debꝫ habere in corpore xp̄i cō
tinuā meditationē.qꝛ a dextra in ſiniſtrā dirigit ſignat ꝙ debet frequēter reuoluere ī aīo
ſuo celeſtis premij.ꝛ huius exilij cōparationē. Yſa.lx.c. Sextū indumētū eſt caſula ſeu
infula quod indumentū operit oēs alias veſtes.ꝛ preeminet oībus alijs.ꝛ ſignificat cha
ritatē que preeminet oibus virtutibus.qꝛ nullus actus meret dici meritorius niſi ſit infor
matus charitate ꝭm oēs docto.theolo.ipa.n.charitas eſt forma mater ꝛ excellētior oium
virtutū ꝭm beatū Aug.xv.de tri.iſto dono nullū eſt excellētius.ꝛ ꝭm apl'm pria ad Cor.
xiij.vbi dr nūc aūt manēt fides:ſpes:ꝛ charitas.tria hec maior hijs aūt ē charitas ꝛc. ipa
enī charitas opit multitudinē pctoꝝ.i.pe.iiij.ꝛ ꝭm ꝓſperū in ſuo lib.de vita cōtēplatiua
idcirco caſula ꝙ cooperit alia veſtimēta ſignat charitatē ꝛc.ꝛ repn̄tat illđ veſtimētū idumē
tū purpureū quo milites circūdederūt ieſum. Jo.ix.veſte purpurea circūdederūt euꝫ.ꝭm
autē cōpen.theo.repn̄tat pfectionē charitatis quā dꝫ habere ſacerdos ꝛ ſic in idē redit.
Queritur quare ſunt ſex indumēta ꝛ nō plura nec pauciora. So.ꝭm Jnno.ratione.



quia ſex ſunt officia debita ſacerdotibus ſaltē ſimplicibus cathecizare:baptizare:predica
re:confiteri:ligare ꝛ ſoluere.amictus cōgruit primo.alba ſcđo ꝛc. Jtem rōne numeri:qꝛ
ſenarius eſt pfectus numerus cuius partes aliquote reddūt ſuū totū nec plus nec min⁹.
Querit quare in veteri teſtamēto erāt quattuor. So.ꝭm Jnno.qꝛ illis ꝓmittebant
tp̄alia.quaternarius autē numarus cōuenit tēporalib⁹ ſeu corporalib⁹ ꝓpter quattuor
q̄litates q̄ttuor elemētoꝝ. Senarius.n.numerus eſt numer⁹ pfectiōis:qꝛ in ſexto die per
fecit deus ſuū opus.vt habet. Gen̄.primo.c.de veſtimentis epiſcopalib⁹ſuperſedeo ꝛc.
Queritur an ſacerdos ſine iſtis indumentis ſacerdotalib⁹ poſſet celebrare Rn̄detur
ꝭm cōpen.ſeptem ſacramētorū ꝙ q̄tum ad virtutē ſacramēti ſacerdos pōt celebrare ſine
indumentis ſacerdotalibus.qꝛ ad cōficiendū hoc ſacramētū requirit caracter ordinis ſa
cerdotalis ꝛ non aliud. Sed q̄tum ad inſtitutionē eccleſie ꝓpter honeſtatē ꝛ reuerētiam
ſacramenti veſtes requirunt.ꝛ ſi ſacerdos abſqꝫ ipſis indumētis celebraret licet ꝯficeret
tamen peccaret mortaliter eccleſie inſtitutionē ꝛ mādatū tranſgrediēdo. Et talis tenetur
adire dyoceſanū vel ſummū pontificē pro obtinēdo abſolutionē ꝛc. ꝛ hoc quo ad tertiā
particulam. Quantū ad quartā partē in qua ac.noſter docet ſignificationē illorū que
immediate adminiculātur ſacramēto eucariſtie ibi deſignat lignū crucis ara ꝛc.eſt notan
dum ꝙ altare deſignat crucē que fuit de quatuor lignis.ſicut dicit mag.in hyſtorijs.pes
crucis fuit de cedro.per quod deſignat cōtemplationis altitudo.ſtipes fuit de cypreſſo.ꝑ
quod deſignat fama bone opinionis .tranſuerſale fuit de palma:per quod deſignat fru
ctus iuſticie.tabula crucis fuit de oliua:per quod deſignat leuitas mie ꝭm cōpen.theolo
gie in quarto libro. Et nota ꝙ altare debet eſſe de materia lapidea.vt habetur de con.di.
pria.c.altaria.vbi dr nullus celebret niſi ſuper altare lapideū ab ep̄o cōſecratū . Quis ha
beat Exo.xx. Altare de terra facietis mihi. Lapideū enī cōuenit eſſe :tum ꝓpter lapiduꝫ
cōitatem.qꝛ faciliter poſſunt haberi .tū ꝓpter lapidis durabilitatē.tum ꝓpter ſanguinis
cōgruitatem .q̄ā altare ſignificat xp̄m de quo dicit prima ad coꝝ.x. Petra aūt erat xp̄us
Nec obſtat ſi dicat ꝙ in eccleſia lateranenſi eſt altare ligneū.ſup qđ dicitur beat⁹ petrus
celebraſſe vſqꝫ ad tēpora beati ſilueſtri.qꝛ ſeuiente rabie pſecutiōis non erat certa ſtatio
apoſtolis.ſed latitabāt in cauernis ꝛ celebrabant in altaribus ligneis. Poſtea ſilueſter
papa ſtatuit vt omnia altaria eſſent lapidea ꝛ quod nullus ſuper illud altare ligneuꝫ niſi
ſolus romanus pontifex celebret . Et ſi dubitet an altare fuerit conſecratum quid fiendū
Solu.dicendū eſt ꝙ ſi dubitet de eccleſijs ꝛ altaribus .ſ.an fuerint conſecrate debēt con
ſecrari.lxviij.di.c.preſbiteri.ꝛ.c.eccleſijs.de con.di.i.c.de fabrica.eccleſijs vero ſemel deo
conſecratis:non debet iterū conſecratio adhiberi niſi aut ab igne exuſte aut ſanguinis ef
fuſione aut cuiuſq̄ ſeminis pollute fuerint .ſi tamen fidē ſancte trinitatis tenuerint illi ꝙ
conſecrauerunt Jtem nota ſuper ſecundū paſſum ꝙ q̄n eccleſia eſt polluta cimiterū ei cō
tiguum eſt pollutū:ſed non cimiterium nō cōtiguū. Et ſi cimiteriū fuerit pollutū nō tn̄ ec
cleſia cum pricipale attrahat annexū ꝛ nō ecōuerſo.de con.ec.vel altra.c.ſi eccleſiam. Jteꝫ
altare ſuper quod celebrat dꝫ eſſe integrū.i.tabula dꝫ eſſe integra ꝛ cōiūcta ſtipiti. aliter
peccaret ꝙ ibi celebraret.de con.di. Jtem ſi menſa principalis altaris moueat de ſuo lo
co dꝫ denuo cōſecrari.ſecus de tabula minus principali que non eſt affixa ſtipiti ꝙ lꝫ mo
ueat de loco ad locū:tamē nō cōſecrat.prima.e.c.cōcedim⁹. Calix repreſentat ſepulchrū
ſeu ſepulturā xp̄i.ꝛ dꝫ eſſe de auro argento vel ſtagno. De ere vero aut auricalco cē nō dꝫ
propter eorū rubiginē que ꝓuocat ad vomitū .patena non dꝫ eſſe lignea nec vitrea ſꝫ po
tius aurea que deſignat ſapientie fulgorē.argentea deſignat mundicie candoreꝫ.ſtagnea
conſtātie feruorē.ꝛhoc.ſ.ꝙ de iſta triplici materia cōponerent calix ꝛ patena fuit ordina
tum in conſilio remenſi.ꝛ habet de con.di.i.c.calix.ꝙ de ere ꝛ de auricalco nō fiāt calix ꝛ
patena ꝓpter rubiginē vt dixi .etiā ibidē dr per docto.ꝙ nō debēt fieri de ligno.qꝛ lignū
eſt nature nimis poroſe.ꝛ ſic ſanguis xp̄i ab ipſo calice ebiberet. Jtē de vitro non debet
fieri.qꝛ vitrū eſt nature nimis fragilis ꝛ ſic eſſet periculū ꝓpter eff̄uſionē ſanguinis. Et ſi
quis argueret ſic.calix ſignificat ſepulchrū domini:ꝛ ſepulchrū fuit in lapide:igitur debet

eſſe calix de materia lapidea. Solutio. dicendum eſt ꝙ nõ opoꝛtet ꝙ ſignans ⁊ ſignatum
ſint de eadem materia patet de circulo ⁊ vino. Calix enĩ eſt vas in quo ſanguis xp̃i cõſe-
cratur. ⁊ habet pedez per qd̃ deſignatur ꝙ fides noſtra in xp̃i ſanguine ⁊ paſſione dꝫ fun
dari. habet ſtipitem per qd̃ deſignatur ꝙ ſpes noſtra per xp̃i paſſionẽ ⁊ ſanguinẽ debet
ſublimari. habet verticem per quod deſignat̃ ꝙ per xp̃i ſanguinem ⁊ paſſionem debet no
ſtra charitas dilatari. Patina .ſ. operculũ calicis repñtat lapidẽ ſuperpoſitum ſepulchro
xp̃i. ⁊ debet eſſe eiuſdẽ materie cuiꝰ eſt calix vt pꝛemiſi. Itẽ debet eſſe ſtature ſperice ꝓpt̃
perfectionem rei contente ⁊c̃. qꝛ panis in patina ponitur ſignificatur charitas apoſtolo-
rum quando dixerunt moꝛiamur ⁊ nos cum illo: vel ſignificat ſuper patinam coꝛpus dñi
poſitum. qꝛ xp̃s vere reſurrexit ⁊ ꝙ mulieres inuenerunt lapidem reuolutũ. qꝛ patina ſub
coꝛpoꝛali tegit̃ ſignificatur fuga apoſtoloꝛũ quia a ſubdyachono cooperta oſtendit̃ ſeu
tenetur ſignificat ꝙ pꝛopter timoꝛẽ ſynagoge cetus apoſtoloꝛum incluſus occultatur. qꝛ
dũ oꝛatio dominica dicitur patina diſcooperitur. ſignificat ꝙ publicato euangelio cetus
apoſtoloꝛum ad pꝛedicandum roboꝛat̃. qm̃ ſcḋm Grego. qui pꝛius vocem ancille timuit
poſtmodum vires pꝛincipũ ceſus ſpꝛeuit: qꝛ patina a ſacerdote accipitur: ⁊ ex ea ſignum
crucis efficitur ſignat ꝙ per apoſtolos euangeliuꝫ ⁊ crux xp̃i vbiqꝫ pꝛedicat̃. quia coꝛpus
domini ſuper patinam ponitur ſignificat ꝙ quibꝰ apoſtoloꝛum pꝛo xp̃o immolat̃. nec eſt
mirandũ ſi per patinam apoſtoli ſignificentur. qꝛ ſcḋm Rabanũ patina dicit̃ a pateo. tes.
⁊ ſignificat coꝛ apoſtoloꝛum quod erat poſt reſurrectionẽ eis manifeſta charitate patẽs
⁊ dilatatũ: vel patena patrem tenens. Altare vndiqꝫ pannis tectum ſignificat xp̃m cuius
diuinitas ſub carnis vmbꝛaculo vndiqꝫ tegitur. Triplex pannus ſignificat in xp̃o triplicẽ
naturam .ſ. diuinitatis anime ⁊ carnis. Panꝰ rudis deſuper tres illos pannos ſubtiles
poſitus ſignificat vite auſteritatem quam pꝛo nobis xp̃us voluit ſuſtinere. coꝛpoꝛale ſcḋm
Inno. ſignificat ſindonẽ qua coꝛpus xp̃i inuolucbat̃ ⁊ melius illa palla extenſa: que po
nitur ſub calice hoc ſignificat. ⁊ palla plicata que ponitur ſup̃ calicẽ ſignificat illud ſudariũ
quo caput domini tegebat̃ Io. xx. vbi habet̃ ꝙ coꝛpus ſaluatoꝛis fuit in ſindone mũda
inuolutum ⁊ ſudarium capitis non cum lintheaminibus poſitum ſed ſeparatim inuolu-
tum ſcḋm eundẽ Inno. palla extenſa. Alio modo poteſt ſignificare ꝙ fides xp̃i eſt per to-
tum mundũ dilatata. ⁊ palla plicata ſignificat ꝙ debet remanere in coꝛde cuiuſqꝫ fidelis.
Et ſi querat̃ de qua materia debent eſſe iſti panni. Solutio habet̃ in decre. diſtinc pꝛima
c. conſulto. vbi dicitur ꝙ nullus pꝛeſumat celebꝛare in panno ſirico aut intincto. ſed in pã
no lineo ab ep̃o conſecrato qꝛ coꝛpus domini in munda ſindone fuit ſepultũ. inter enim
omnes pannos panni linei poſſunt melius mundari. Summa autẽ mundicia cõdecet hoc
ſacramentum. ideo notanter dicitur in pꝛedicto decreto panno lineo. Panis eſt materia
coꝛpoꝛis xp̃i ideo ſignificat coꝛpus xp̃i qui virtute diuina pꝛolatione verboꝛũ foꝛme fa-
cta ſubſtãtia panis tranſubſtantiat̃ in coꝛpus xp̃i. vinũ ſignificat ſanguinẽ quia eſt mate-
ria que virtute foꝛme verboꝛũ a xp̃o date tranſubſtantiat̃ in ſanguinẽ xp̃i. Aqua ſignifi-
cat ſudoꝛẽ quẽ emiſit ſaluatoꝛ noſter ante paſſionem dũ pꝛoſtratus ad terrã oꝛaret patrẽ
in oꝛto. Et ſimiliter ſignificat aquã que exiuit de latere eius in cruce Io. xix. Ex latere xp̃i
exiuit ſanguis ⁊ aqua. liber ſcriptus ſignificat verba que ſaluatoꝛ noſter pꝛotulit. In quo
libꝛo xp̃i myſteria deſignantur ideo ploꝛabat ieſus apoc. v. videns ꝙ nullus erat dignus
aperire libꝛũ donec venit agnus qui occiſus eſt cuius locũ tenet ſacerdos dum aperit illũ
libꝛum. ideo caueat ꝙ ſit agnus .i. ſine macula ſaltẽ moꝛtali ⁊ nõ edus inter edos .i. dãna-
tos in extremo iudicio collocandus Math. xxv. ⁊ hoc quo ad quartã partẽ. Quãtũ
ad quintam partem in qua ac. noſter docet quid ſit materia iſtius ſacramenti in ſpeciali ⁊
quid ſit foꝛma. ibi in miſſa foꝛma ſunt verba ieſu benedicta. Eſt notandum ꝙ materia iſtiꝰ
ſacramenti eſt panis ⁊ vinũ ⁊ foꝛma ſunt verba que pꝛotulit xp̃us ſaluatoꝛ noſter in cena
ſcꝫ illa hoc eſt enĩ coꝛpꝰ meũ ⁊c̃. ⁊ hic eſt enĩ calix ſanguinis mei ⁊c̃. Et ꝗuis in pꝛincipio
illius capituli de hoc fuerit facta aliqua declaratio. eo ꝙ textus actoꝛis faciebat mentionẽ
Tamẽ hic ſpecialioꝛa intendo elucidare. Pꝛimo pꝛemittendo ꝙ materia eucariſtie eſt du



plex. Nam quedam eſt neceſſaria. alia eſt debita ſcḋm compen. theologie lib. vi. Materia
neceſſaria eucariſtie eſt panis frumentarius. qꝛ ſine illo nõ poteſt fieri conſecratio. mate-
ria vero debita eſt ꝙ panis ille ſit azimus qꝛ licet in fermentato pane poſſit confici vt fa
ciunt greci. tamen hoc non debet fieri. pꝛimo qꝛ panis azimus congruit inſtitutioni quia
xp̃s dedit diſcipulis ſuis coꝛpus ſuum confectũ in tali materia. ſecundo qꝛ xp̃us fuit ſine
omni fermento peccati. ideo conuenientioꝛ materia coꝛpoꝛis xp̃i eſt panis azimus ꝙ̃ pa
nis fermentatus. qꝛ fermentum dicit coꝛruptionez in ſacra ſcriptura ꝙ debeat eſſe panis
frumentinus. pꝫ Io. xii. vbi xp̃s comparauit ſe grano frumenti. d. niſi granũ frumenti ca
dens in terra moꝛtuum fuerit ipſum ſolum manet. Tamẽ ſi aliq̃tulũ de alijs granis com-
miſceat̃ cũ frumento dum tñ ſpeciẽ non mutet nõ impedit quĩ ex illo pane poſſit ſacramẽ
tum eucariſtie celebꝛari ꝙ panis debeat eſſe azimus. patet qꝛ xp̃us cõfecit pꝛima die azi-
moꝛum. etiã fuit figuratũ. Exo. xi. vbi dicitur decima die menſis huius tollat vnuſquiſqꝫ
agnũ per familias ⁊ domos ſuas ⁊ ſeruabit eũ vſqꝫ ad quartamdecimã diem mẽſis huiꝰ
immolabitqꝫ eũ vniuerſa multitudo filioꝛũ iſrael ad veſperum ⁊ ſequitur ſeptẽ diebus ñ
inuenitur fermentatũ in domibus veſtris. Ex quibus erroꝛ grecoꝛũ cõuincit̃ qui dicũt ꝙ
quartadecima luna agnus erat immolandus ſed xp̃us pꝛeuenit quartamdecimã lunam
qd̃ pꝛobant per illud. Io. xiij. ante diem feſtum paſche ⁊c̃. dicunt enim ꝙ illa dies feſtus
erat dies quo immolabatur agnus. hoc etiã ꝓbãt per illud qd̃ dicit̃ Io. vltimo. quoniaꝫ
paraſceue erat noluerũt iudei intrare p̃toꝛiũ ne cõtaminarẽtur ⁊c̃. ergo videt̃ ꝙ in die q̃
xp̃us fuit crucifixus a iudeis erat comedẽdus agnus. Certum eſt aũt dicunt ipſi ꝙ xp̃us
illam diẽ pꝛeuenit qua erat licitum comedere fermẽtatũ. Ex quo greci inferunt xp̃m confe
ciſſe in pane fermẽtato. Sed ꝯrium habet̃ Marci. xiiij. vbi dicit̃ ꝙ pꝛima die azimoꝛum
paſcha comedit ⁊ certũ eſt ꝙ illa eadẽ die cõfecit. ideo dicit Inno. ꝙ xp̃s pꝛeuenit lunam
quartãdecimã imo ſicut erat pꝛeceptũ legis. Exo. xi. luna aſſiſtente quartadecima agnuꝫ
comedit. Illa aũt die iudeis nõ erat licitũ veſci fermentato. Vñ Exo. xi. ſic dicit̃ quartade
cima die vſqꝫ ad veſperũ comedetis azima vſqꝫ ad diẽ. xxi. eiuſdẽ mẽſis ad veſperã. ſi igi
tur ſit verũ ꝙ xp̃us decimaquarta die agnũ comedit ⁊ eadẽ die confecit certũ eſt ꝙ in azi
mis cõfecit: nec valet qd̃ greci adducũt .ſ. ꝙ xp̃us ante diẽ feſtum paſche comedit agnũ qꝛ
dies feſtus paſche erat quintadecima luna ſcḋm illud Exo. xi. ⁊ in quintadecima die ſolẽni
tatem celebꝛabitis altiſſimo dño. Nam quartadecima non erat ſolennis niſi tantum ad
veſperaꝫ. Ante igitur hunc diẽ feſtũ dominus paſcha cũ diſcipulis celebꝛauit luna quar
tadecima in qua comedebatur azima ⁊ ſic confecit in azimis. Ad illud quod dictũ eſt
ꝙ iudei nõ introierunt pꝛetoꝛiũ ne cõtaminarent̃ ſed manducarẽt paſcha ⁊c. Inno. ſoluit
dicens ꝙ paſcha capit̃ pluribus modis. vno modo idẽ eſt ꝙ dies. vt ibi appꝛopinquauit
dies feſtus azimoꝛum qui dicit̃ paſcha Luce. xxij. Alio modo paſcha idẽ eſt ꝙ ſolẽnitas
vt Io. xiij. ante diẽ feſtum paſche. Alio modo paſcha idẽ eſt ꝙ agnꝰ vt Math. xxvi. vbi
vis paremus tibi comedere paſcha. Alio modo paſcha idem eſt ꝙ hoꝛa: vt ibi ſcitis ꝙ pꝰ
biduum paſcha fiet. Alio modo idẽ eſt ꝙ azima vt ibi parate nobis paſcha vt manduce
mus. vñ in quolibet ſeptem dierum nõ poterãt introire pꝛetoꝛiũ ne ꝯtaminarent̃ ſed cõ-
ederẽt paſcha .i. azima. Sic patet qd̃ ſonat pꝛidie quia decima luna venit xp̃s .ſ. in die ra
miſpalmarum ⁊ in quartadecima luna fecit paſcha de agno tipico. ⁊ poſtea oñdit verita-
tẽ inſtituto altaris ſacramento. vñ verſus. Cãdida triticea tenuis nõ magna rotũda. Ex
pers fermenti non mixta ſit hoſtia xp̃i. alique iſtaꝝ ponunt̃ de ꝯgruitate ⁊ nõ de neceſſita
te ⁊c̃. ſcḋm bonauẽ. panis coꝛpꝰ dat animã vinũ quoqꝫ ſignat. Eſt aqua ꝓ pp̃lo xp̃i virtute
redempto. Vinũ .n. eſt materia illa q̃ virtute diuina trãſubſtantiat̃ in ſanguinẽ coꝛpoꝛis
xp̃i. ſuper quo eſt notandũ ꝙ alia eſt neceſſaria alia debita. Materia neceſſaria eſt vinũꝫ
qꝛ ſanguis xp̃i nõ põt in alia materia cõfici ꝙ̃ in vino. Materia vero debita eſt ꝙ aqua
vino miſceat̃. Et hoc duplici rõne. pꝛĩa qꝛ talis materia ꝯuenit iſtitutiõi qꝛ xp̃s ſanguinẽ
ſuũ ſub tali ſpẽ dedit. iuxta illud ꝓuer. ix. Bibite vinũ qd̃ miſcui vobis nec ſuffic̃ ꝙ aliu̾
ꝙ̃ ſacerdos aquã cũ vino ĩ calice ponat, vel ſaltẽ dyachonꝰ ex p̃cepto ſacerdotis eo ꝙ ſa

cerdos medius eſt inter deū ⁊ populū ⁊c̄.ſm compen.ſeptē ſacramentorum. Scd̄a ra⸗
tione qꝛ talis etiam cōuenit ſignato qꝛ eccleſia que per aquam ſignificat̄ xp̄o per fideꝫ ⁊
charitatem iungit̄.vnde in apoca.populi multi aque multe. Itē vinū requirit̄ ad deſignā
dum effectum huius ſacramenti qui eſt letitia ſpūalis qꝛ vinū letificat cor hominis. Itē
xp̄us ſe viti comparauit. Jo.xv.cū dixit ego ſum vitis vera ⁊c̄. ¶Queritur hic vtrum
poſſit confici ex aceto vel agreſta ⁊c̄. Solu.dicendū eſt ꝙ ſi ſit iam ꝑfecte acetum ꝙ non
poteſt confici ex aceto.vnde dicit philo.viij.metha.ꝙ ex aceto nunꝙ fit vinū ſicut nec ex
mortuo viuum.Tn̄ ſi ſit aliꝙtulū acetoſum ⁊ nō totalit̄ pōt ꝯfici:qꝛ ſic adhuc remanet in
ſpecie vini.de agreſta dicendū eſt ꝙ nō pōt cōfici qꝛ agreſta eſt extra ſpecieꝫ vini:⁊ nōdū
eſt vinū.de muſto pōt cōfici qꝛ ſpeciē vini habet ⁊ vinū ex.de con.di.ij.c.cū omne crimē
circa mediū.Tn̄ ꝓpter impuritatē muſti niſi ſit in caſu neceſſitatis ex muſto nō dꝫ confici
vn̄ verſus. Vinū devite pro xp̄i ſanguine mitte. Muſto cōficitur.ſed agreſta nō vel aceto
Ex quibus apparet euident̄ ſm oēs theologos ⁊ canoniſtas ꝙ materia hui⁹ ſacramēti
eſt panis frumentinus azimus ⁊ vinū vitis ⁊c̄.cui vino adiungit̄ aqua qꝛ ex latere xp̄i exi
uit ſanguis ⁊ aqua in paſſione. Ite propter ſignificationē vt viſum fuit.qꝛ per hoc deſi⸗
gnatur vnio fidelis populi ad ipſum xp̄m.qꝛ per aquam populus xp̄ianus deſignat̄ vt
in apoc.aque multe populi multi.⁊ per mag.ſen.xi.di.iiij.⁊ hoc eſt ſatis manifeſtum.
¶Queritur ſi aqua nō admiſceat̄ vino in calice nunquid impedit̄ celebratio. Solutio
dicendum eſt ꝙ aque admixtio cū vino non eſt de eſſentia ſacramenti qꝛ ſine aqua poſſet
hoc ſacramētū cōfici ꝑ mag.xi.di.iiij. Peccaret tamē qui illā ſcienter ponere dimitteret.
¶Querit̄ conſequenter nunq̇d debet tm̄ poni de aqua ꝙtū de vino. Solu.nō immo
aqua debet poni in minima ꝙtitate vt ſtatim abſorbeat̄ a vino ad denotādū ꝙ nos xp̄o
incorporamur ⁊ non ipſe nobis.alioquin enī ſi vinū ab aqua vinceret̄ cōſecratio impedi
tur ſm cōpen.theolo.li.vi.de con.di.ij.c.ij.qꝛ xp̄us populū catholicū ſibi vniuit.quod de⸗
ſignat commixtio modice aque cū vino in calice qꝛ populus modicus eſt reſpectu xp̄i.
Item queritur vtrū ſufficiat ſi aqua ponatur in calice ab alio qui nō ſit ſacerdos. Solu.
mixtio aque ad vinū eſt ſacramētalis .⁊ ideo debet fieri a ſacerdote vel a dyachono vt ꝑ
miſſum eſt poſt offertoriū vel in principio miſſe ſm bonauē.⁊ hoc ꝙtuꝫ ad materiā hui⁹
ſacramenti. ¶Quantū ad formā eſt notandū ꝙ ꝑ virtutē verboꝝ que ſunt forma hui⁹
ſacramenti tranſubſtātiatur panis ⁊ vinū in corpus ⁊ ſanguinē xp̄i. Iſtius.n.ſacramenti
due ſunt forme vna ſuper panem ⁊ alia ſuper vinum.forma qua panis tranſubſtantiat̄ i
corpus xp̄i hec eſt. Hoc eſt enī corpus meū.qꝛ alia verba.ſ.qd̄ ꝓ vobis ⁊ pro multis tra
detur in remiſſione peccatoꝝ que adiecerūt euangeliſte nō ſunt de eſſentia forme. Simi⸗
liter nec illa verba Accipite ⁊ mādu cate ex hoc oēs ſm mag.ſen.viij.di.iiij.⁊ ſm omnes
theologos.tamē ſacerdos peccaret ſi omitteret qꝛ trāſgrederet̄ conſtitutionē ſeu inſtitu⸗
tionem eccleſie. ¶Forma vero ſuper vinū qua vinū tranſubſtātiat̄ in ſanguinē xp̄i eſt hec
que ſequit̄. Hic eſt enī calix ſanguinis mei. Illa.n.verba ſunt de eſſentia forme in quib⁹
tota virtus ſacramēti conſiſtit.illa aūt verba noui ⁊ eterni teſtamenti myſteriū fidei qui ꝓ
vobis ⁊ pro multis effundetur in remiſſionē peccatoꝝ non ſunt de eſſentia forme.ſed de
bene eſſe .⁊ ad declationē effectus ſacramenti ſm mag.ſen.di.viij.iiij. ⁊ ſm Innocentiū
¶Querit̄ primo circa primā formā quid demōſtrat iſtud ꝓnomen hoc.ibi hoc eſt enim
corp⁹ meū ⁊c̄. So.dicēdū eſt ꝙ hoc demonſtrat ſubſtātiā panis.q̇ virtute verbi tranſit in
corpus xp̄i inſtantanee.ideo illa orō nō ſolum eſt indicatiua ſꝫ etiā operatiua.ꝓpter qd̄
vere demonſtrat̄ panis.ſed ſub accidētib⁹ ſenſualib⁹ quidē panis vere tranſit in corp⁹
xp̄i virtute verbi opatiui. ¶Querit̄ quare ponit̄ ibi iſtud verbū eſt.qꝛ iſta forma ē opera
tiua:modo eſt non importat operationē. So.dicendum eſt ꝙ illa orō eſt:eſt operatiua n̄
operatione ſucceſſiua ſed inſtantanea. Et propter hoc ponitur verbum p̄ntis tēporis eſt
⁊ non erit. Item quia non eſt operatiua rei noue ſed eius terminus eſt ens actu cōpletū
in quo nulla fit mutatio in quod etiam tranſit panis ⁊ propter hoc meli⁹ ponit̄ eſt:ꝙ ſit:
qꝛ circa corpus xp̄i nulla cadit mutatio ſm Inno.⁊ ideo hec orō hoc eſt enī corpus meū



eſt ſingularis quare in ore alterius a ſacerdote eſſet falſa qꝛ illud verbū eſt nō notat ibi ſi
milationē ſed veritatē cōuerſionis panis in corp⁹ xp̄i. ¶Queritur vtrū hec dictio enim
ſit de eſſentia forme. Solutio.dicendū eſt ꝙ non ſed eſt de inſtitutiōe eccleſie. ideo pecca
ret grauiter qui omitteret.ponit̄ enī aduerbiū affirmandi ad denotandū ꝙ eſt veritas in⸗
fallibilis ¶Queritur quare ponit̄ corpus qꝛ melius videretur poni ſubſtātia de vi no
minis vt eſſet cōuerſio ſubſtantie in ſubſtantiā. Solutio.dicendū eſt ꝙ ibi ē ſignū corpo
ris miſtici quod eſt eccleſia.⁊ ob hoc meli⁹ dr̄ corpus ꝙ caro:qꝛ caro eſt omogeneum.cor
pus vero etherogeneū.⁊ ideo magis cōuenit cū corpore miſtico quod ex ex diuerſis par⸗
tibus cōſtitutū. ¶Queritur quare ponit̄ meū.qꝛ ſacerdos dū cōficit nō loquit̄ de ſe ſed
de xp̄o. Solutio.dicendū eſt ꝙ quicquid eſt hic effectiuū ꝯſecratiōis fit virtute verbi in⸗
creati ⁊ ꝓpter hoc melius dicitur meū in ꝑſona xp̄i ⁊ pro xp̄o qꝛ totū fit eius virtute. Di
ctis vero iſtis verbis ſacerdos eleuat corpus domini in medio altaris cum magna deuo
tione ⁊ attentione in altū vt poſſit videri ab aſſiſtentibus.per quod deſignat̄ ꝙ xp̄us in
medio mundi eleuatus eſt in crucē ꝓ redēptione oīm. Et qꝛ ſemel eleuatus fuit in crucem
illi qui pluries in altari eleuāt faciūt cōtra ſignificationē ⁊c̄. Itē ſacerdos eleuando nihil
dꝫ dicere nec aliq̇d inter formā ſuꝑ panē ⁊ ſuper vinū interponere poſt eleuationem cor
poris dicit ſacerdos Simili mō poſtea ꝙ cenatū ⁊c̄. Sacerdos accipit calicē Mat.xxij.
Similiter ⁊ calicē poſtꝙ cenauit.⁊ dictis illis verbis cōſecratiuis. hic ē enī calix ſangui⸗
nis mei ⁊c̄. Sacerdos eleuat calicē ⁊c̄.⁊ illud dꝫ fieri ſimili mō cū magna maturitate tam
in ꝓlatione verborū ꝙ in attentione ⁊ modo eleuādi.⁊ ꝙ non fiat aliqua additio vel ſu⸗
ſtractio. Itē non dꝫ fieri magna interpoſitio ſm Innocen.imo dn̄t dici verba forme cō⸗
tinue ſine aliqua interruptōe. ¶Queritur quare ponitur hic.qꝛ deberet demōſtrare xp̄i
ſanguinē ⁊ tamen non facit imo calicē. Solutio.quia in hoc ſacramento ſignificatur ſan
guis xp̄i vt effuſus i ꝑciū ⁊ adminiſtrat⁹ i potū. Sāguis aūt neutrū dicit de ſe expſſe ſed
per ꝯiunctionē:ideo hic nō demonſtraret ſanguinē de ſe expreſſe niſi cū calice ſm Inno.
⁊ Bonauentu. Calix enī in ſcriptura qn̄ꝗ accipit̄ pro paſſione.vt Math.xx.poteſtis bi
bere calicem quem ego bibiturus ſum.qn̄ꝗ accipit̄ pro potu.vt in pſal. Calix meus ine
brians ꝙ preclarus eſt ⁊c̄.⁊ hic tranſumit̄ ad ꝯtentū methonomiace.ſ.ꝙ per calicē intelli⸗
gitur vinū contentū in calice quod eſt materia huius ſacramenti. Alij dicunt ꝙ ponit̄ ca
lix qꝛ xp̄s ꝯfecit in calice Mathei.xxij.ſimiliter ⁊ caliceꝫ poſtꝙ cenauit ⁊c̄.vt ſicut dicitur
bibe calicem vini.idcirco propter iſtam duplicem acceptationem melius dicitur.hic eſt ca
lix ſanguis ⁊c̄.ꝙ hic ē ſanguis.vt det intelligere vtrūꝗ non tm̄ pōt dici de corꝑe hic eſt ci
bus corporis:qꝛ corpus de ſe hꝫ rationeꝫ cibi ſed ſanguis non niſi in calice ꝓpinatus.nec
etiā rationē effuſi ⁊c̄. Item mei ponitur eadem ratione qua ponebatur meū in forma cor
poris ⁊c̄. ¶Queritur quare dicitur noui ⁊ eterni teſtamenti. Solutio. Dicendum eſt ꝙ
intelligit̄ ſic.noue ac eterne ꝓmiſſionis xp̄s eſt mediator ſm Inno. ¶Queritur quare
ponitur qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur ⁊c̄ . Solutio.ſanguis chriſti effuſus fuit
ꝓ omnibus ꝙtū ad ſufficientiā nō tm̄ ꝙtū ad efficaciā qꝛ non in omnib⁹ fecit ſaluationeꝫ
ſm Inno.⁊ oēs doc.theo. ¶Queritur vtrū illa cōuerſio ſit ſubita an ſucceſſiua. Solu
tio.ſm Bonauen.dicendum eſt ꝙ eſt ſubita qꝛ licet ꝓlatio verbi ſit ſucceſſiua tn̄ illa ꝯuer
ſio fit per verbū increatū quod opatur in inſtanti.vn̄ certū eſt ꝙ qn̄ totū dictū eſt:totū fa⸗
ctum eſt.ſꝫ qn̄ dn̄s faciat ipſe ſolus nouit. ¶Querit̄ vtrū xp̄us prius cōfecerit ꝙ verbū
protulit. Solutio.omiſſis alijs opinionibus dicendum eſt ꝙ ſemel verba dixit eis dando
virtutē.dicēdo ꝯfecit ſacr̄m inſtituit ⁊ formā apoſtolis dedit. Et cū dicit̄ benedixit ⁊c̄. di⸗
cendū eſt ꝙ illa bn̄dictio fuit quedā gratiarū actiōis ꝓmiſſio.ꝓpter noſtram eruditionem
vt oñdat nobis nō debere attractare aliquē cibū niſi ꝑuia bn̄dictione. Itē queritur vtrū
añ fregerit ꝙ ꝯfecerit ⁊c̄. So.dicēdū eſt ꝙ duplex eſt fractio vna ad ſignificandum quam
facit ſacerdos ⁊ de iſta dictū fuit ſupius. Alia fractio ē ad diſtribuēdū ⁊ ſic fregit xp̄us vt
diſtribueret diſcipulis lꝫ fractio ſemꝑ fiat in ſpecieb⁹. Tūc ad queſitū dicendū eſt ꝙ prius
ꝯfecit ꝙ fregerit ⁊ ꝙ dederit diſcipulis ſuis ⁊c̄.ſm In.b.Bonauen ⁊c̄. ¶Querit̄ vtrū

panis ꝯuertaꝶ i totū xp̄m. So. ꝺm doc. ſup. xi. di. iiij. ſen. dicendū eſt ꝙ panis conuertitur
i illud cū quo hꝫ ſimilitudinē q꞉. g. panis hꝫ ſimilitudinē tm̄ ad corp⁹ ⁊ verbū ſanctificans
.ſ. hoc ē corp⁹ meū ſignificat panē ꝯuerti i corp⁹. panis nō cōuertiꝶ in diuinitatē nec i ſan
guinē nec in aīam. ſꝫ i corp⁹ tantummō tm̄ corp⁹ nō ē ſub ſacro ſine iſtis qm̄ ſanguis ē ibi⸗
rōe ꝯmixtionis ſiue ꝯnexionis ſiue ex naturali cōcomitātia. aīa rōe cōcomitantie ⁊ diui
nitas rōe vnionis: Similiter dicendū eſt ſuo mō de ꝯuerſione vini qđ ꝯuertiꝶ in ſangui
nē ꝓpꝶ ſimilitudinē quā hꝫ vinū ad ſanguinē nihilominus tm̄ eſt ibi ſub ſacro diuinitas
aīa corp⁹ nō rōe ꝯuerſionis ſed ex naturali cōcomitātia ſeu rōe indiuiſionis ꝺm Bona.

Queritur vtrū chriſtus ſit tantus in hoſtia q̄tus fuit in cruce. Solutio. ꝺm magiſtrū
ſen. x. di. iiij. ⁊ ꝺm doc. ibidē ē notādū ꝙ ſbā panis nō ꝯuertiꝶ i q̄titatē corꝑis nec i aliud
accn̄s. ſed ſolū i ſubſtātiā: q꞉ ſbā inter alia predicamēta ē nobili⁹ p̄dicamētū ꝑ oēs phōs
Itē ſubſtantia de ſe nō eſt quid diuiſibile imo omnino indiuiſibile niſi hoc faciat mediā
te q̄titate q̄ ſibi adheret. q̄ q̄titate ſubſtracta nō poterit diuidi ⁊ ſubſtracta q̄litate nō po
terit videri. vn̄ aliter eſt chriſtus in celo ⁊ aliter in hoſtia lꝫ vbiqꝫ totus qm̄ in celo eſt ſub
ſtantia mediātib⁹ dimēſionib⁹ ꝓprijs. i. ſub ꝓpria q̄titate ⁊ mēſura. ſ. tantus q̄tus fuit in
cruce ſub corpore glorificato. i hoſtia vero ē ſubſtātia ei⁹ tota nō mediantib⁹ dimēſionib⁹
ſuis. ideo i corpore dimenſiōes ſequunꝶ q̄titatē. In ſacramento aūt ſequunꝶ ſbām ideo
q̄titas ⁊ alia accidentia ꝓpria corꝑis xp̄i non ſunt ibi ex vi ſacramenti ſunt tm̄ ibi ꝺm rei
veritatē ex naturali ꝯcomitātia accn̄tis ad ſubiectū.

Queriꝶ vtrū forme iſte q̄ dicun
tur ſuper panē ⁊ ſuꝑ vinū expectent ſe opando. Solutio. dicendū ē ꝺm. b. tho ſuꝑ. viij.
di. iiij. ſen. ꝙ nō. q꞉ ſi vna forma expectaret aliā tūc ſacerdos eleuans hoſtiā non oſten⸗
deret populo corp⁹ xp̄i ſed ſolū panē: ⁊ ſic faceret populū ydolatrare ⁊c̄. in hoc conueni⸗
unt oēs doc. Ex hoc queritur ſi ſacerdos dicat formā ſuper panem cum intentione ⁊c̄. q̄
uis non diceret formā ſupra vinū ſi ibi eſſet verum corpus chriſti cōſecratū. Solutio. di
cendū eſt ꝙ ſic q꞉ nec corp⁹ ſanguine nec ſanguis ſine corpore. tm̄ grauiter peccaret qui ħ
faceret: q꞉ ſanguis diuiſim a corꝑe cōſecratus ſignificat ꝙ ſanguis xp̄i a corpore fuit di⸗
uiſus in paſſione. vn̄ Jo: xix. De latere xp̄i exiuit ſanguis ⁊ aqua ⁊c̄. verſus. Panis mu⸗
tatur forma remanēte priore. Sed nō eſt talis qualis ſentitur in ore.

Queriꝶ vtrū in
ſacramēto eucariſtie accidentia ſint ſine ſubiecto. Solutio. dicendū eſt ꝺm docto. ſuꝑ. xij.
di. quarti ſenꝶ. ꝙ accidētia ſunt ibi ſine ſubiecto miraculoſe. ⁊ hoc pluribus de cauſis ꝺm
b. tho. vna rōne q̄tum ad ſignificationem q꞉ ſpecies ſine ſubiecto exn̄tes expreſſius du⸗
cunt in corpus xp̄i qđ ſub eis cōtinetur. ſi em̄ haberent ſubiectū ducerent immediate in
ſubiectū illud. Secūda cauſa ꝓpter effectū qui eſt vnio mēbroꝝ ad caput qđ fit ꝑ fidem
Et ideo in hoc ſacramēto oportet eſſe aliq̄d ſuꝑ naturā per qđ intellect⁹ noſter aſſueſcat
ea que ſunt noſtre fidei credēda. Tertia cā q̄tū ad vſum q꞉ eſt ſp̄ualis cibus ideo compe
tit ꝙ nullum ſubſit accidentibus ſubiectū. Quarta cauſa q̄tū ad perfectionē: q꞉ hoc ſacra
mentū eſt ꝑfectiſſimū. ideo oīa q̄ ſunt in hoc ſacramento altiſſimū ſtatū accipiunt ſicut ꝙ
ſubſtantia panis in corp⁹ glorioſum diuinitati vnitū ꝯuertitur ⁊ ꝓpter hoc etiā acciden⸗
tibus daꝶ in hoc ſacramento ſine ſubiecto eē apud deū em̄ nihil eſt impoſſibile. Itē deus
plura poteſt facere q̄ homo poſſit intelligere vel imaginari ſꝫ plures philoſophi poſue⸗
rūt dimenſiones eſſe ſine ſubiecto. ergo fortiori rōe hoc pōt deus facere: quia ꝺm act. in li
bro de cauſis. prima cauſa vehementioris impreſſionis eſt ſupra actū cāe ſecunde q̄ ipſa
cauſa ſecūda. Itē intellect⁹ human⁹ pōt intelligere accidēs nō cōmittēdo ſubiectū ꝑ vim
abſtractiuā ergo ipe de⁹ fortiori rōe pōt facere accidens eſſe ſine ſubiecto ⁊c̄.

Queriꝶ
vtrū ſpēs hui⁹ ſacramenti poſſint nutrire q̄a virtute diuina hn̄t eandē virtutē quā prius
habebāt ⁊c̄. Solutio. dicendū eſt ꝙ ille ſpecies nutriūt ꝺm. b. tho. ſuper. xij. di. iiij. ſenꝶ. ⁊
hoc pōt apparere ſenſibiliter q̄a ſi in magna q̄titate ſumanꝶ auferunt famē ⁊ ſitim. ergo
ſatiāt ꝺm cōpen. theo. li. vi. ⁊ ſi inferaꝶ ergo ħ ſacrm̄ ſoluit ieiuniū. dicendū ē ꝙ nō q꞉ alio
mō ſumiꝶ q̄ alia nutrimenta: q꞉ nō eſt illa nutritio ꝺm ordinē nature ⁊ ideo nō ſoluit ieiu⸗
niū. Et hoc q̄tū ad quintā partē diuiſionis iſtius capituli. Quantū ad ſextā partē in qu[illegible]



actor noſter docet quis ſit miniſter iſti⁹ ſacramēti ibi p̄ſbyter hoc ſacrat eſt notandū ꝙ ſa
cerdos eſt miniſter ꝓpri⁹ hui⁹ ſacramēti: iō cū materia ⁊ forma requiritur ꝙ ſit ſacerdos.
⁊ ꝙ ſacerdos ꝓferat verba ꝯſecratiōis ſuꝑ materiā cū intentōe ꝯſecrādi ꝺm mag. xiij. di.
quarti. Pro cui⁹ maiori declaratiōe ē notādū ꝙ aliud ē intētio ⁊ aliud attētio intētio em̄
ſemꝑ ē neceſſaria vel ſp̄alis vel gn̄alis. attētio aūt nō ē de ſbā ſicut qn̄ rapiꝶ mens in ꝓla
tione v̄boꝝ ad alia qđ qn̄qꝫ ꝯtingit ex infirmitate qn̄qꝫ ex negligētia vl' icuria ⁊ tūc ē pctm̄
Itē nō ſolū req̄riꝶ intētio ꝯſecrātis ſꝫ etiā iſtud ſacrꝫ inſtituētis. vn̄ ſi aliq̄s ſacerdos ſta
ret i foro ⁊ ſuꝑ oēs panes ꝓferret formā v̄boꝝ etiā cū intētōe ꝯſecrādi n̄ ꝯſecraret ⁊ ħ nō
eēt ꝓpꝶ defectū virtutis v̄boꝝ cū ſacerdos vna vice poſſet ꝯſecrare tot hoſtias q̄ toti mū
do ſufficerēt ſi eēt neceſſitas eccl'ie. ſꝫ hoc ꝓcedit ꝓpter defectū intētionis illi⁹ q̄ ħ ſacrm̄
inſtituit q̄ nō intendit ꝙ cū tali ludibrio vel ſtultitia fieret ꝯſecratio. ſed ꝓ vtilitate vel ne⸗
ceſſitate eccleſie generalis vel ꝑticularis ⁊ hoc ꝺm ꝯpē. theo. li. vi. ⁊ ꝺm Inno. ꝺm Bona
uentu. vero eſt dicendū ꝙ virtute v̄boꝝ nō fit ꝯuerſio niſi aſſit intentio ⁊ intentio concors
inſtitutioni eccleſie. Inſtitutio āt eccl'ie ē ꝯuertere ad vſum fideliū. vn̄ virtus extēdit ſe ad
tantā materiā q̄tā pōt ſacerdos ꝯficere q̄ debeat ſumi in vſus fideliū ⁊ ſic patet ꝙ ſacer⸗
dos volēs ꝯficere totū panē in foro ⁊c̄. nihil facit. Sed videꝶ ꝙ laycus poſſit ꝯſecrare q꞉
hō nō ꝯſecrat virtute ꝓpria ſꝫ virtute dei. mō bon⁹ layc⁹ magis eſt ꝑticeps diuine virtu
tis q̄ malus ſacerdos ergo magis pōt bon⁹ laycus cōſecrare ꝙ malus ſacerdos. In op
poſitū arguiꝶ ſic. illud ſacramentū offerꝶ ad recōciliādū nos deo ergo ē officiū mediatoꝝ
ergo cū ſacerdotis ſit eē mediū inter deū ⁊ ppl'm ſoli ſacerdotes hoc ſacramentū cōficere
pn̄t. Solu. dicendū eſt ꝙ ordo eccl'ie deriuat⁹ eſt ab ordine celeſtis ierarchie. vn̄ ſicut in
ordinib⁹ diuerſis angelis diuerſi act⁹ debenꝶ. ita ⁊ in eccl'ia militante ad diuerſos actus
diuerſi ordines applicanꝶ. ordines em̄ eccl'ie diſtingui nō pn̄t ꝑ diuerſitatē interioris bo
nitatis q꞉ ignota ē ⁊ indeterminati ſunt gradus ei⁹. habit⁹ em̄ virtutū nō ſunt ponendi:
vt ꝓbat phūs in li. ethicoꝝ. ⁊ iō ꝙ vn⁹ poſſit actū quē ali⁹ nō pōt nō cōuenit ex diuerſita
te bonitatis vel malicie ſꝫ ex ꝑtāte ſuſcepta quā hꝫ vn⁹ ⁊ nō ali⁹. Et ideo q꞉ layc⁹ poteſta
tē ꝯſecrādi nō accipit ſua bonitas q̄tacūqꝫ ſit n̄ iuuat eū vt ꝯſecrare poſſit. ꝺꝫ. b. tho. ſuꝑ
xiij. di. iiij. ſen.

Queriꝶ vtrū ſacerdotes heretici ſciſmatici ⁊ excōicati poſſint ꝯſecrare
Solu. oē illud qđ ꝑ ꝯſecrationē daꝶ vbi ad min⁹ caracter imprimiꝶ eſt ꝑpetuū ideo ſicut
baptiſm⁹ qui ꝑ ꝯſecrationē daꝶ nunq̄ amittiꝶ quātūcūqꝫ aliq̄s i hereſim labiꝶ vel ſciſma
vl' excōicationē ita nec ſacerdotalis ordo aliq̄mō amitti pōt vt dicit. b. aug. iō tales cōſe⸗
crāt q̄uis ad ſuā ꝑniciē dūmō ſeruēꝶ debita forma materia ⁊ intētio ⁊c̄. ꝺm. b. tho. xiij. di.
iiij. ſen. ⁊ ꝺm cano. de cō. di. ij. c. q̄d ſit ſanguis. xxiiij. q. i. c. pudēda. ꝯ. q. i. i ſumma. ⁊ idē di
cendū ē de degradato ꝙ pōt ꝯſecrare obſeruatis materia ⁊ forma ⁊ intentiōe ꝺm. b tho.
di. xiij. iiij. ſen. ⁊ ꝺꝫ ala lau. ⁊ tan. ar. i. q. i. c. neqꝫ. ⁊. c. qđ q̄dā. i. q. i. c. dn̄s declarauit. ⁊. e. q꞉
c. qui ꝑfectionē. de cō. di. iiij. c. nō in nobis. ⁊ cauſa eſt q꞉ ordo ſemel habitus non amitti
tur ꝓpter caracterē q̄ eſt ſignū in aīa indelebile q̄uis depoſit⁹ priueꝶ executione ordinis
ideo ſi celebret grauiꝶ peccat trāſgrediēdo inhibitionē. ⁊ ꝙ degradat⁹ retineat poteſtatē
ꝯficiēdi pꝫ q꞉ qū recōciliatur nō iterū reordinaꝶ. ergo ordinē nō amiſit et ꝑ ꝯn̄s pōt con
ſecrare rō ē beati tho. ꝯ. xiij. di. iiij. ſen.

Queriꝶ vtrū miſſa boni ſacerdotis magis va⸗
leat q̄ miſſa mali. So. dicendū eſt ꝺm. b. tho. ſuꝑ. xiij. di. iiij. ſen. ꝙ de miſſa poſſumus loq̄
dupliciter. vno modo q̄tum ad id qđ eſt eſſentiale in ea. ſ. corpus xp̄i ⁊ ſic a quocunqꝫ di⸗
catur miſſa equaliter bona eſt. vn̄ aug. i li. de corꝑe dn̄i in myſterio corporis ⁊ ſanguinis
dn̄i nihil a bono maius nihil a malo minus ꝑficiꝶ ſacerdote: q̄a nō in merito cōſecrantis
ſꝫ in verbo ꝑficiꝶ creatoris ⁊ virtute. ſſ. ⁊ illud dicitur opus opatū. alio mō poſſum⁹ loq̄
de miſſa q̄tū ad illud qđ eſt ānexū ſacramento. ⁊ ſic miſſa boni ſacerdotis melior eſt: quia
nō ſolū hꝫ efficaciā ex oꝑe opato ſꝫ ex opere operante. manifeſtū eſt em̄ q̄ cib⁹ p̄paratus
a mūdo miniſtro ſeu tractat⁹ iocūdius ſumitur q̄ ab imundo. ſic a ſimili miſſa boni ſacer
dotis dicitur acceptabilior deo q̄ miſſa mali ſacerdotis. dum tamen nō credatur miſſa ex
cellere in ſubſtantiali. hoc ꝺm Bonauenturam, ⁊ Albertum in ſuo compendio theologic,

Queritur ſi ſint quindecim hoſtie conſecrande ſupra altare ⁊ ſacerdos non credat eſſe niſi duodecim vtrum ille quindecim erunt conſecrate. Berengarius archiepiſcopus compoſtelanus magiſter in theologia Pariſien̄. Ad iſtud dubium reſpondet cum diſtintione tali. quia aut ille conſecrans intendit omnes hoſtias que ſunt ãte ſe quotquot ſunt conſecrare. Et tamen non credit ꝙ ſint niſi duodecim ⁊ tunc omnes ſunt conſecrate. aut ĩtendit preciſe conſecrare duodecim ⁊ non plures ⁊ non determinat que ſunt ille duodecim. Et tunc dicit idem Berengarius ꝙ nulla eſt conſecrata. quia qua ratione diceretur ꝙ vna non eſt conſecrata eadem ratione diceretur ꝙ nec alia. Ideo ſacerdos quando habet conſecrare plures hoſtias non debet ſe determinare ad certum numerum: ſed debet habere intentionem ꝙ conſecret quod eſt ante ſe ⁊c̄. Queritur quomodo chriſtus poteſt eſſe in diuerſis locis ſub ſacramento qꝛ eſt totꝰ ſub qualibet hoſtia vbicũqꝫ fuerit. Solutio. deo conuenit eſſe vbiqꝫ ſimpliciter ⁊ proprie creature conuenit eſſe in vno loco tantum corpus chriſti autem medio modo ſe hꝫ de corpore chriſti cũ enim ſit creatura nõ dꝫ equari creatori in hoc ꝙ vbiqꝫ ẽ in hoc vero ꝙ eſt vnitũ diuinitati debet excellere alia corpora vt ſimul in locis plurimis poſſit eẽ ſub ſacramento altaris ſm compen. theologie.

Queritur an ſacerdos in peccato mortali exiſtẽs ad celebrãdũ accedẽs peccet grauiter. Solutio. dicendũ eſt ꝙ ſacerdos cum ꝯſcientia peccati mortalis ad celebrandum accedens iudiciũ ſibi manducat ⁊ bibit nõ diiudicans corpus chriſti. i. ad Cor. xi. ideo debet accedere vere ꝯtritus ⁊ ꝯfeſſus ſi copiã ſacerdotis habeat quã ſi habere non poſſit cõteratur ſi cogat eũ neceſſitas celebrare ⁊ habeat ꝓpoſitũ cõfitendi poſtmodũ dũ habuerit oportunitatẽ ⁊ copiã ſacerdotũ ⁊ citius ꝙ̃ poterit ſm omnes doct. theologie. Queriť ſi ſacerdos ſe ſciuerit in peccato mortali ⁊ ꝯtritionẽ non habuerit ⁊ neceſſitate ad miſſam celebrãdã accedit aut forte in miſſa peccatũ eius memorie occurrerit ⁊ de illo nõ penituerit nunqd poteſt celebrationẽ tranſire aut ſaltim a cõione abſtinere. Solutio. dicendũ ẽ ꝙ nõ qꝛ ſacerdos hꝫ in ſe ꝙ poteſt ſe parare ad ſacramẽtũ ꝯficiendũ ⁊ ſumendũ ſcꝫ ꝯtritionẽ ⁊ ꝓpoſitũ ꝯfitendi vnde lꝫ cũ ꝯſcia peccati mortalis peccet mortaliter: tamen grauiꝰ peccaret ſi conſecrationem ꝑtermitteret ⁊ ſe ꝯſecrare ſimularet qꝛ ppl'm deciperet adorando panem pro corpore ⁊ vinũ pro ſanguine xp̄i. ideo nullo mõ dꝫ cõſecrationẽ ſimulare. Similiť poſt ꝯſecrationẽ nullo mõ dꝫ a pceptione ſacramenti abſtinere cuiꝰ ratio eſt qꝛ eucariſtia non ſolũ eſt ſacramentũ ſed etiã ſacrificiũ. quicũqꝫ ergo ſacrificiũ offert debet eſſe pticeps ſacrificij qd̃ offert. Sacerdos vero accedens ad altare offert ſacrificiũ ꝓ populo ⁊ ſe diſpenſatorẽ ſacrificij oñdit. ⁊ ideo primum dꝫ eſſe pticeps ſacrificij huius ideo neceſſariũ eſt vt quotieſcũqꝫ celebrat ꝙ corpus ⁊ ſanguinẽ chriſti ſumat. de cõ. di. ij. ca. relatũ. ⁊. c peracta. ⁊. c. reperimus. e. di. cõmunio eñ ſacerdotis ſignificat ꝙ xp̄us poſt reſurrectionẽ cũ diſcipulis comedit. act. prio. Queritur ſi panis ꝯuertať in carnem ⁊ vinũ in ſanguinẽ vt multotiens ꝯſueuit vtrũ ſacerdos debeat ſumere. Solutio. dicendum eſt ꝙ nõ: ſꝫ debet in loco reuerenti reponi ⁊ ꝯſeruari. de cõ. di. ij. c. de hac qdã. cuiꝰ textꝰ talis eſt. de hac qdẽ hoſtia q̃ in xp̄i commemoratione fit edere licet. de illa vero quam xp̄us in ara crucis obtulit. ſ. carne viua ſm ſe nulli edere lꝫ ſꝫ dñt fundi orões ad deũ vt reuertatur ad ſpeciẽ panis ⁊ ſi ſic dꝫ ſumi. ſinãt dꝫ cuſtodiri vt ſupius diciť. ⁊ debet haberi alia materia ⁊ ꝯſecrari ſm rationale. Queriť vtrũ ſacerdos maculatus de nocte per pollutionẽ ſeminis dormiendo debeat a celebratiõe ceſſare cuꝫ ipſe dñs dixerit eſtote ſancti qꝛ ego ſctũs ſum. Solu. dicendũ eſt ꝙ nocturna pollutio qñqꝫ impedit celebrationem ⁊ ſumptionẽ eucariſtie ex neceſſitate ⁊ qñqꝫ nõ ex neceſſitate ſed ex congruitate ⁊ honeſtate Propter cuiꝰ vlteriorẽ declarationẽ eſt ſciendũ ꝙ qñ pollutio nocturna ex peccato mortali ꝓcedit de neceſſitate impedit. Nocturna eñ pollutio ex pluribus cãis ꝓcedit. Prio ex cã extrinſeca ſicut ex illuſione demonũ que qñqꝫ ꝓuenit ex defectu ⁊ negligentia preparationis ad deuotionẽ ⁊ orõem. ⁊ talis negligẽtia qñqꝫ ẽ veniale pctũ ⁊ qñqꝫ mortale ſm ꝙ maior ẽ ⁊ locꝰ datť dyabolo ⁊ ꝓ tali defectu quẽ homo ſcit ex ſua negligẽtia ꝓceſſiſſe tenetur ſacerdos a celebratiõe ⁊ aliꝰ a cõione ceſſare. Si vero talis illuſio ꝓcedat ſeu ꝓueniat



tur. Trenorum tertio.mia dñi ꝙ non ſumus conſumpti.⁊ Ber.ſi boni ſpiritus ſe a nobis
elongauerint impetũ malorum ſpirituum quis poterit ſuſtinere. Item ad bene viuenduꝫ
ſibi homo eſt inſufficiens primo qꝛ non ſufficit ex ſe bonã vitam inchoare.ſecũda ad coꝝ
tertio. non ꝙ ſufficientes ſimus aliquid ex nobis quaſi a nobis cogitare.cogitatio primũ
opus eſſe videtur.poteſt homo per peccatũ ſe occidere ſed nõ poteſt ſe occiſum ſuſcitare
Sapieñ.xvi.homo per maliciã occidit animã ſuã. Oſee.xiij.perditio tua iſrael tm̃modo
ex me auxilium tuũ.ſecundo homo eſt inſufficiens in bono inchoato perſeuerare. Greg.
cito bonũ amittitur niſi a largiente cuſtodiatur.tertio homo eſt inſufficiens ĩ bono incho
ato proficere. Berñ.ſuper illud can.primo.trahe me poſt te dicit in perſona eccleſie domi
ne ſcio me nequaq̃ poſſe ꝓuenire ad te niſi gradiendo poſt te.ſed nec hoc quidẽ niſi adiu
uer a te. Homo p̃ſumens de ſe eſt maledictus. Yſa.v.ve qui ſapiẽtes eſtis in oculis vris.
De ſecunda ꝯfidẽtia que eſt in homine fallax. Jere.ix.vnuſquiſqꝫ a proximo ſuo ſe cuſto
diat ⁊ in omni fratre ſuo fiduciã non habeat.talibus enim infertur maledictio. Jeremie.
decimoſeptimo capitulo. Maledictus homo qui cõfidit in homine.⁊ Yſaie triceſimopri
mo capitulo.ve qui deſcendunt in egyptũ ad auxiliũ ⁊c̃.⁊ nõ ſunt confiſi ſuper ſanctum
iſrael ⁊ dominũ non exquiſierunt.⁊ p̃s.nolite ꝯfidere in principibus neqꝫ in filijs hoĩm ⁊c̃
De tertia cõfidentia que eſt in rebus inferioribus in homine:dicendũ eſt ꝙ eſt nimis pe
riculoſa.prouer.xi.qui confidit in diuitijs ſuis corruet.⁊ Eccle.xxxi. beatus diues q̃ non
ſperauit in pecunie thezauris.fatuus eſt qui in hijs rebus tranſitorijs vult ſibi capere ſe
curitatẽ:quia ipam non habent. Yſaie viceſimooctauo.c. Poſuimus mendacium ſpem no
ſtram ⁊ mendacio protecti ſumus. De hoc habetur exẽplũ primo Regũ decimoſeptimo
capitulo de Golia qui confidebat in haſta clipeo ⁊ gladio qui promittebant ei victoriam
⁊ de Dauid qui confidebat in domino ⁊c̃. Sequitur de charitate.

h Erus amor dictus eſt vere maxima virtus.
Qua fit homo gratus domino tandemqꝫ beatus
Conſtat amor plenus virtutibus alter egenus
Nullus habet florem meriti niſi ſit per amorem.
Ordo ſeruetur vt primo deus perametur
Poſtea dilige te ſuper omnia ſed mage mente.

Proximus eſt hinc plus peramandus iuſtus amicus
Poſtea vult dominus vt ametur ſic inimicus
Inquantum bonus eſt ⁊ homo ſed non vt iniquus
Poſt corpus proprium perametur ⁊ hinc alienum.
Dilige ſic homines ⁊ eorum crimina vites
Et culpas odias hominis non qui facit ipſas.

Sta littera diuiditur in tres ꝑtes principales. In prima oſtēdit qd ſit charitas
In ſcda ꝑte oſtendit differentiā inter charitatē ⁊ alios amores. in tertia ꝑte oſtē
dit de ordine charitatis. Prima in principio. ſcda ibi. Conſtat amor plen⁹. tertia
ibi. Ordo ſeruet. In prima ꝑte dicit actor nr̄ ꝙ charitas ſm apo. prima Thimo. primo ē
finis precepti de corde puro ⁊ cōſcientia bona ⁊ fide nō ficta. ⁊ ſumit hic finis cōſumma
tionis q2 charitas eſt conſummatio ſiue ꝑfectio oīs p̄cepti. Poteſt etiā dici finis termina
tionis p̄ceptoꝝ q2 oīa opera que ſunt in p̄cepto tendunt ad charitatē vt magis ac magis
habeant. Charitas dicit bone oꝑationis principiū q2 mouet ad illud. Grego. charitas
oꝑatur magna ſi eſt. charitas dicit mediū: q2 oꝑa informat. charitas dicit finis: q2 opera
dirigit ⁊ ad finē debitū perducit. Pro quo eſt notandū ꝙ charitas dicitur finis conſum
ptionis q2 pctā conſumit. cōſummatiōis: q2 charitas eſt finis preceptoꝝ q2 illa ꝑficit. cha
ritas eſt finis terminationis: q2 tā vita eterna ꝙ ipſe de⁹ eſt finis noſtri laboris. vn̄ vita
eterna debet eſſe terminus quo quieſcitur. deus vero terminus i quo quieſcit. Itē chari
tas dicitur forma virtutū multipliciter. vno modo q2 mouet omnes virtutes ad opera ex
teriora per que efficiuntur virtutes ⁊ merentur augeri. Secūdo modo dicitur forma virtu
tum q2 oēs virtutes mouent ad finē charitatis ſcʒ ad bonū. Charitas aūt habet bonum
pro fine ⁊ pro obiecto. Alie autem virtutes habent bonuʒ non pro obiecto ſed pro fine
tm̄. ⁊ ille finis virtutū perfectionē denotat Tertio modo charitas dicit forma virtutū: q2
augmentat virtutū dilectioneʒ tollit faſtidium ⁊ alleuiat onera propter eius deſiderium.
Quarto modo q2 cōplet aīaʒ ⁊ perficit non quidē in eſſe nature: ſed in eſſe gratuito ⁊ me
ritorio ⁊c̄. De excellentia charitatis eſt notandū ꝙ excellit alias virtutes in multis. Prio
in dei cōformitate. i. Jo. iiij. diligamus deū qm̄ ipſe prior dilexit nos. Secūdo in ſpeciali
dignitate. vnde Ricardus. charitas eſt regula virtutū. Item oſtenditur eius excellentia
in ſupportatione laboris. aug. oīa grauia ⁊ imania leuia facit amor. Item excellit in vigo
roſitate. can. vlt. fortis vt mors eſt dilectio. excellit in vtilitate. aug. habe charitatē ⁊ fac qc
quid vis. ⁊. i. cor. xiij. Si linguis hoīm loquar ⁊c̄. charitatē aūt non habeā nihil mihi ꝓ
deſt. ⁊ Ro. viij. ſcimus qm̄ diligentibus deū oīa cooperantur in bonū. Item in dulcedi
ne ⁊ delectatione q2 charitas ſm actū ſuū facit delectari nos in deo: non ſolum in patria
ſed etiā in via ⁊c̄. De corde puro ponitur pro intellectu ⁊ ſumitur hic intellectus pro actu
intelligendi ſm ꝙ cauſatur motus charitatis. quanto em̄ quis deū intelligit magis tāto
magis ipm̄ diligit niſi aliunde impediatur ⁊ ita illa prepoſitio de notat cām efficientem.
cōſcientia bona ponit pro ſpe: q2 q̄ purā hʒ cōſcientiā ſecure ſperat ⁊ fide non ficta poni
tur pro ſimulata vel non fragili: ſed inter aduerſa forti. Proſper in li. de vita contēplatiua
deſcribit charitatē ſic. Charitas ē vt mihi videt recta volūtas ab oīb⁹ terrenis ꝓſus ad
uerſa iūcta deo inſeꝑabiliter ⁊ ignita quodā igne. ſſ. a quo ē ⁊ ad quē refert intenſe. oīs in
q̄namēti extranea. corruptiōis neſcia. nulli vicio mutabilitatis obnoxia. ſuꝑ oīa q̄ carnali
ter diligunt excelſa. affectionū oīm potiſſima. diuine ꝯtēplatiōis auida. in oīb⁹ ſemꝑ inui
cta. ſumma actionū bonaꝝ. ſalus moꝝ. finis celeſtiū p̄ceptoꝝ. mors criminū. vita virtutū.
virtus pugnantiū. palma victoꝝ. ſctāꝝ mentiū arma. cauſa bonoꝝ meritoꝝ. premiū ꝑfecto
rum. ſine qua nullus deo placuit cū qua non potuit aliquis peccare fructuoſa in penitēti
bus. leta in proficientibus. glorioſa in perſeuerantibus. victorioſa in martyrib⁹. oꝑoſa i
oībus fidelibus ex qua quicquid eſt boni operis viget. Charitas ſm mag. ſentē. in tertio



quantū ad actum diffinitur ſic. Eſt dilectio qua diligitur deus propter ſe ⁊ proximu⁹ ꝓ
pter deum ⁊ in deo. Queritur vtrū motus charitatis ſit prior in deū ꝙ in proximū
So. ſm Bonauen. motus charitatis in deū prior eſt dignitate ⁊ origine. Charitas em̄
facit deū diligi propter ſe ⁊ proximū propter deū. vnde dicitur Mathei. xxij. diliges do
minū deū tuū ⁊c̄. ⁊ ſequitur. hoc eſt maximū ⁊ primū mandatū. ſecundū ſimile eſt huic. ſci
licet diliges proximum tuum ſicut teipſum. Motus aūt dilectionis in proximū prior eſt
in exercitatione ſeu executione. Qui em̄ vult perfectus dei amator eſſe prius dʒ exercere
in amore proximi. vnde. i. Jo. iiij. qui fratrē ſuū quē videt non diligit quomodo pōt dili
gere deū quem non videt. Sequitur ſecunda pars ibi conſtat amor plenus. vbi actor nr̄
aſſignat differentiā inter charitatē ⁊ alios amores. d. ꝙ triplex eſt amor. ſ. gratuitus. na
turalis. ⁊ vitioſus. gratuitus eſt laudabilis q2 virtus habet finē principalē bonū incom
mutabile. Et diuiditur in amiciciā ⁊ concupiſcentiā. ſecundū amiciciā diligit quis deum
puriſſime non reſpiciens vtilitatem ſuam ſed bonitatē amati. hoc modo plus diligit hō
deū ꝙ ſeipſum. ſm concupiſcentiam diligit quis deum quia remunerationem in eo expe
ctat. Querit vtrū ſit perfecte charitatis qui cupit diſſolui ⁊ eſſe cū chriſto. So. ſi deſi
derium eſſendi cū chriſto eſt propter contemptū terrenoꝝ ⁊ abundantē preguſtationem
celeſtiū tunc eſt ſignū perfectionis: quia perfectus amator dei vix poteſt ſuſtinere inter
poſitionē corporalis parietis inter ſe ⁊ deū. Qui autē cupit eſſe cum chriſto propter te
dium malorū preſentium hoc eſt ſignum imperfectionis ſm Bonauen. Amor naturalis
nec laudabilis eſt nec vituperabilis: ⁊ habet finē indigentiā vel vtilitatem propriā. Iſte
ſimiliter diuiditur in amiciciā ⁊ concupiſcentiā. ſm amiciciā diligimus hoc amore nos ⁊
noſtraʒ perfectionem ⁊ noſtram conuerſionem ⁊ magis ea que magis ſunt neceſſaria. vt
caput pro quo totum corpus ſupponimus. ſm concupiſcentiam diligimus deum q2 ne
ceſſitati noſtre ſubuenit vel ſubueniet. ⁊ hoc amore non diligitur res propter ſe ſed ꝓpt
vſum eius. vnde hoc modo plus diligit ſe homo dilectione naturali ꝙ deū. Amor vicio
ſus vituperabilis eſt quia peccatū. ⁊ habet finem voluptatem ſiue dilectioneʒ increatura
Hic amor etiaʒ diuiditur in amiciciam ⁊ concupiſcentiam. ſm amiciciam diligimus hoc
amore dilectionē creature propter ſe ꝙuis in nobis non habeatur. ſm concupiſcentiam
diligimus voluptatē creature propter nos. Itē differentia eſt inter amorem. dilectioneʒ
⁊ charitatē. quia amor proprie eſt nature. ⁊ dicitur amor quaſi animorū vnio. hic querit
appetitū in re amata. Dilectio eſt amor proximi. Et dr̄ dilectio q̄ſi duos ligās ſeu duorū
ligatio. ſociat em̄ amantē ⁊ amatū in amore. ſ. vt mutuo ſe diligāt. charitas ē amor in deū
hic amicū determinat ⁊ iudicat oib⁹ cariorē. vn̄ dr̄ charitas q̄ſi cara vnitas. vel quaſi caꝝ
deo faciens. Alia dr̄a poteſt aſſignari. ſ. ꝙ amam⁹ deū ꝓpt ſe. diligimus eū ſuꝑ oīa. chari
tas oīa complectitur. ſ. ꝓpt ſe ⁊ ſuper oīa. Diligere deū in hoc differt a dilectiōe ꝓximi:
q2 diligere deū eſt velle ei bonū qd̄ hʒ. ſ. ꝙ ſit oīpotens ⁊ ſumme bon⁹ ⁊c̄. velle eius prece
pta ſeruare cū intētiōe fruēdi eo. Itē velle eū poſſidere ⁊ poſſideri ab ipo. Itē volūtateʒ
dei ſue volūtati p̄ferre. Diligere vero ꝓximū eſt velle ſibi ſummū bonū nō ꝑ eſſentiā ſʒ ꝑ
grām. Itē diligere ꝓximū eſt ſucceſſuʒ bonū ei optare ⁊ q̄rere. Itē diligere ꝓximū ē ei vel
le h̄ qd̄ ſibi. Itē dr̄a eſt inter dilectionē dei ⁊ ꝓximi: q2 diligim⁹ deū i ſe ⁊ ꝓpt ſe ꝓximū di
ligim⁹ in deo ⁊ ꝓpt deū. qn̄ em̄ dicim⁹ duplicē charitatē. ſ. dei ⁊ ꝓximi. hec duplicitas nō
intelligit q̄tū ad hitus ſʒ q̄tū ad act⁹. q2 vno hitu charitatis diligit de⁹ ⁊ ꝓxim⁹. Suꝑ h̄
ē notādū ꝙ charitas ē qn̄qʒ hitus. apo. ad Ro. v. charitas dei diffuſa ē i cordib⁹ vr̄is ꝑ
ſſ. q̄ dat⁹ eſt vobis. quandoqʒ charitas idē eſt ꝙ motus. can. ij. ordinauit in me charitateʒ
qn̄qʒ charitas idē eſt ꝙ ſignū. vn̄ Jo. xv. maiorē charitatē nemo hʒ vt aīam q̄s ponat ꝓ
amicis ſuis. i. maius ſignū charitatis. qn̄qʒ charitas idē eſt ꝙ tertia ꝑſona i trinitate. ſeu
ſm aliquos. ſſ. vnde. i. Jo. iiij. deus charitas eſt. qn̄qʒ ſumit eſſentialiter ⁊ ſic tota trinitas
dr̄ charitas. colo. i. trāſtulit nos in regnū filij. qn̄qʒ ſumitur pro feruore charitatis. vn̄ Lu
ce. vij. dilectiōis ſue auguſtinus exponit. i. ſubſtantie ſue dimiſſa ſunt ei peccata multa q2
dilexit multū. De effectu charitatis eſt notandū ꝙ multiplex eſt eius effect⁹. pctm̄ expellit

vnde.dimiſſa ſunt ei peccata multa q2 dilexit multū. Luce.vij.legē cuſtodit.apo. Ro.xiij.
qui diligit legē impleuit:deū homini iungit.i.Jo.iiij. qui manet in charitate in deo manet
⁊ deus in eo.mentē virtutibus ornat.apo prima.coꝛ.xiij. charitas patiens eſt benigna
eſt.⁊ ꝓuer.vlt.byſſus ⁊ purpura indumentum eius.perfectionem adducit.apo.i.coꝛ.xij.
adhuc excellentiorē viā vobis dedi.⁊ Aug.xv.de trini.gloriā tribuit.Joh.xiiij. Si quis
diligit me ſermonē meum ſeruabit.Dilectione dei dignū efficit.Johā.xiiij.qui diligit me
diligetur a patre meo.charitas i cordibus noſtris diffundit͛ cū ad proximū dilatat͛. effun
ditur per predicationē ⁊ opera miſericordie.infundit͛ per illuminationē gratie. ſupfundit͛
per opera ꝑfectionis ⁊ ſupererogationis. ꝑ charitatē venit deus ad hoīes in incarnatōe
in homines in gratie collatione per ipſam charitatē currūt hoīes ad deū bona operatōe
⁊ perueniūt ad deū in glorificatione.amoris eſt vulnerare q2 intima cordis penetrat.cā-
ti.iiij.vulneraſti charitate ſupple cor meū.amoris eſt languidū facere.⁊ hoc per deſideriū
eſſendi cū amato.can.v.nūciate dilecto:q2 amore lāgueo.Jtē inebriare q2 ſic tēdit i ama-
tū ꝙ ſuipſius ⁊ oīm reꝝ preter illū obliuiſcitur. ſil'r nō recordat͛ qn̄ bibere ⁊ comedere.
canti.v. Jtē liquefacere.q2 cor in diuina dulcedine ſic reſoluit͛ ꝙ appetitus cū appetibili
mirabili amicicia vnitur.can.aīa mea liq̄facta eſt.charitas vim h3 diffuſiuā vt p3 in reruꝫ
creatione.vim vnitiuam vt in chriſti incarnatione.vim transformatiuam vt p3 in glorifica
tione.Sequitur tertia pars de ordine charitatis ibi Ordo ſeruetur. Pro cuius declara-
tione eſt notanduꝫ ꝙ in debito ordine charitatis deus eſt ſupra oīa diligendus ⁊ primo
⁊ principaliter.Et hoc tangit beatus auguſtinus quando dicit ꝙ primo debemus dilige
re quod ſupra nos eſt.ſ.deū.deinde quod intra nos eſt.ſ.animam.deinde diligendum eſt
quod iuxta nos eſt.ſ.proximus.primo tamen iuſtus amicus q̄uis contineatur ſub nomie
proximi ⁊ de illa materia tractaui in titulo de elemoſyna.deinde diligenduꝫ eſt corpus ꝓ
prium.deinde corpus alienum.deinde diligendus eſt inimicus. Queritur vtrum cor
pora noſtra ſint diligenda ex charitate.Solutio.omne illud quod eſt beatificabile eſt dili
gendū ex charitate.deus autem eſt beatus per eſſentiā.ſpiritus rationalis ꝑ influentiam
corpus vero eſt beatificabile per redundantiā inquantum gaudium redundat per coniū-
ctionem ſui ad animam beatam.Et ſi obijciatur ꝙ dn̄s hortatur nos ad vitam carnaleꝫ
odiendam. Johannis.xij.qui amat animam ſuam ideſt vitam carnalem in hoc mundo ꝑ-
det eam.Solutio.dicendum eſt ꝙ in corpore noſtro eſt bonum nature ⁊ hoc diligendum
eſt.⁊ eſt viciositas concupiſcentie.⁊ hec eſt odienda.quia caro non repugnat ſpūi per con
ditionem nature ſed propter viciositatem concupiſcentie cōtracte.Bonauen.Ambroſiꝰ
tamen ponit taleꝫ ordinem primo diligendus eſt deus.ſecūdo parētes.tertio filij.quarto
conſanguinei iuxta gradus cognationis.deinde illi qui non ſunt de progenie.deinde ini
mici.Deū em̄ debemus diligere toto corde ideſt intellectu ſine errore.tota anima.ideſt vo
luntate ſine contrarietate.tota mente ideſt memoria ſine obliuione.de iſta materia tracta-
ui ſatis in capitulis de preceptis ⁊ conſilijs ⁊ de elemoſyna.Tamen non eſt omittendum
ꝙ aliquid diligitur magis altero multipliciter.maiori affectu ſic ſuper omnia diligendus
eſt deus.inter homines magis ſunt diligendi parentes q̄ filij.deinde cōſanguinei ⁊c̄.ma
iori effectu plus diligendi ſunt filij q̄ parentes. tamen primum magis indigēti eſt ſuccur
rendum.quantū ad maiorem gratiam ſic magis ſunt diligendi qui magis ſe ad gratiam
abilitant.Ad maiorem gloriam ſic diligendi ſunt ſ̄m gradus participandi bonum gratie.
Si obijciatur illud apoſtoli ſecunda ad corinthios duodecimo capitulo.vbi dicit͛ ꝙ filijs
debent theſaurizare parentes non econuerſo.Dicēdū eſt ꝙ hoc dicit͛ de naturali dilectio
ne ſ̄m quā magis inclinatur affectus ad filios q̄ ad parētes. Ratio huius eſt ꝙ natura
appetit cōſeruari in ſuo ſimili.ſ3 ſ̄m ius diuinū magis tenemur ꝓcurare ſalutē parētum
ꝙ filioꝝ. Ratio huiꝰ eſt:q2 amor gratuitus facit memorare cauſe bn̄ficioꝝ ꝓpterea dn̄s
p̄cepit honorare parentes.q2 plura bn̄ficia recipimus a parentibꝰ q̄ a filijs. Sup h̄ no-
tatur per doc.ſup.iij.li.ſen.⁊ ꝑ.b.Aug.in li.de doc.chriſtiana.ꝙ aliquis dr̄ magis diligē-
dus quattuor modis,vno mō maiori affectu,ſcd̄o maiori effectu,tertio ad maiorē grām;



quarto ad maiorē gloriā. Maiori affectu magis diligēdi ſunt parētes q̄ filij cū naturali
rō ꝯſiderat ꝙ tot bn̄ficia ſuſcepit filius a parentibus ⁊ ꝙ tot paſſi ſunt parentes ꝓ filijs.
Maiori effectu magis diligendi ſunt filij:q2 filij naſcunt͛ paruuli ⁊ iō magis indigent ex
terioris bn̄ficij exhibitione.vn̄ in extrema neceſſitate poſitis patre ⁊ filio ceteris paribus
ſi non poſſum vtrīq3 ſubuenire teneor ſubuenire potiꝰ filio q̄ patri.q̄tū ad maiorē grām
oēs eq̄liter ſunt diligendi.q̄tum ad maiorem gloriā magis boni diligendi ſunt. Tamen
quidā ſunt effectus quos potiꝰ debemꝰ exhibere parentibꝰ q̄ filijs. vt puta.timor.reuerē
tia.honor ⁊ hmōi.⁊c̄.Querit͛ vtrū mali parētes ſint ꝑferēdi bonis extraneis i dilectiōe.
So.magis debeo ꝓcurare ⁊ deſiderare vt pater meꝰ ſit bonus ⁊ in charitate ꝑmaneat ⁊
hic amor dr̄ amor bn̄ficētie.facta tn̄ patris mei nō debeo approbare q̄diu ē i ſtatu pecca
ti:⁊ ſic amore ꝯplacētie debeo magis diligere bonū extraneū q̄ patrē meū malū. Querit͛
vtrū i patria obſeruet͛ ordo charitatis ſicut i via. So. ſ̄m Anſel. in illa charitate ꝑfecta i
numerabiliū angelorū ⁊ hoīm beatoꝝ vbi nullus minꝰ aliū q̄ ſeipm diligit.nō aliter gau
debit quilq3 ꝓ ſingulis alijs q̄ pro ſeipſo. ⁊ Augu. videtur idē ſentire in li.de di.nobus
Et ſi obijciat͛ ſic.ſi quilibet gaudet tm̄ de bono ꝓximi ſicut de bono ꝓprio fruſtra aggre
ditur homo opa perfectionis cū tm̄ gaudeat ille qui non fecit quantū ille q̄ fecit. So. di-
cendū eſt ꝙ ad q̄titatē gaudij duo concurrunt.ſ.virtus.dilectionis q̄ facit gaudere ⁊ ma-
teria de qua quis gaudet q̄tū eſt ex parte materie equaliter gaudebit quilibet de bono ꝓ
ximi ⁊ ſuo ſi eſt equale ⁊ magis gaudebit ſi maius eſt bonū ꝓximi q̄ ꝓprium. Sed quā-
tū ex parte virtutis per quā gaudet magis gaudebit q̄ maiorē charitatē habebit. vn̄ non
ſeq̄t͛ ꝙ nō martyr tm̄ gaudeat de bono martyris q̄tū ipſemet martyr.q̄a merito martyrij
aucta eſt martyrij virtus gaudendi.hō em̄ dilectiōe naturali magis diligit ſe q̄ deū ſ3 ecō
uerſo eſt in dilectione gratuita.Tria em̄ generaliter diligunt͛.vtile delectabile.⁊ honeſtū.
propter primū diligenda eſt tribulatio.q2 vtilis. propter ſ̄m diligēda eſt virtus ꝑampliꝰ
q2 honeſta.ꝓpter tertiū diligendꝰ eſt deꝰ q2 delectabilis imo ꝓpt͛ hec oīa diligendus eſt
deus q2 ipm diligere eſt vtile honeſtū ⁊ delectabile.Q̄ꝺ hoīes mutuo ſe habeant diligere
p3 primo q2 ſunt mēbra vnius corpis chriſti miſtici.ſecundo q2 vno ſpūſancto viuificantur
ſpūaliter:q2 vniunt͛.tertio q2 vnā fidē hn̄t.quarto q2 vnū baptiſmū receperūt. q̄nto quia
vnū hn̄t patrē ⁊ dn̄ꝫ.ſexto q2 ad vnū tendūt regnū.dilectionē em̄ ꝓximi nobis ſuadet ius
nature.vnde Mat.vij.q̄cunq3 vultis vt faciant vobis hoīes.ius ſcripture Mat.xxij.di
liges dn̄m deū tuū ⁊ proximū tuū ſicut teipm. Exemplū creature quia omē ſimile diligit
ſibi ſimile.Eccle.xxx.Melius eſt enim diligere q̄ diligi.primo quia ꝙ diligimus ſcimus.
ſed ꝙ diligimur neſcimus ſed credimus . Secundo quia ꝙ diligimus proprie virtutis
eſt ſed ꝙ diligimur aliene.tertio quia cum diligimus alios obligamus. cū vero diligimur
alijs obligamur.quarto q2 cū diligimꝰ meremur nobis.cū autē diligimur alij merent͛ ſibi
ꝑ dilectionē em̄ ꝓximi efficimur imitatores chriſti. Jo.xv.hoc eſt em̄ preceptū meū vt di-
ligatis inuicē ſicut dilexi vos.efficimur ſaluatoris diſcipuli. Jo.xiij. Jn h̄ cognoſcēt hoīes
q2 mei eſtis diſcipuli ſi dilectionē habueritis adinuicē. Jtē ꝑ dilectionē efficimur cōtēpla
tores dei.i.Joh.iiij.qui diligit fratrem ſuum ex deo natus eſt.Querit͛ vtrū deꝰ magis di
ligat angelos q̄ homines.Solutio.deus dicitur diligere creaturas effectu.dupliciter au
tem eſt effectus dei reſpectu nature rationalis.ſ.effectus cōditionis ⁊ reparationis.quā-
tum ad effectū conditionis plus dilexit angelos.quia meliora eis cōtulit naturalia ⁊ ma
gis potentes fecit ⁊ magis manifeſtatur in eis diuina potentia.quantum ad effectū repa
rationis magis dilexit homines.ad Hebreos primo capitulo. Nuſq̄ eni angelos appre
hendit ſed ſemen abrahe. Joh.xv. Maiorē charitatē nemo h3 q̄ vt aīam ſuā ponat q̄s
pro amicis ſuis.Et in hoc effectu principalit͛ manifeſtat͛ diuina mīa. in vtroq3 tn̄ manife-
ſtatur diuina ſapientia. Si igit͛ queratur que iſtaꝝ dilectionū magis excedat. Reſpōde
tur ꝙ ſi loquamur q̄tū ad ſtatū pn̄tem ſic magis dilexit angelos.ſi auteꝫ loquamur quan
tum ad ſtatū finalē videt͛ ſatis rōnabiliter dici ꝙ magis diligat hoīes q2 de pluribꝰ gau-
debit homo i paradiſo vn̄ gratus ⁊ deuotius deo exiſtat,tum propter bn̄ficiū incarnatio-

nis.tum propter beneficiū reparationis.tum ꝓpter beneficiū eminentis gloꝛificationis
que non tantū manifeſtant erga nos diuine charitatis magnitudinē ſed nimietatē ſm ꝙ
dicitur Ephe.ij.deus qui diues eſt in mīa propter nimiā charitatē qua dilexit nos.charis
tas veſtis nuptialis ē de qua Math.xxij.amice quomodo huc intraſti non habēs veſtē
nuptialē.quaſi admiratur dn̄s inueniens aliquē in eccleſia ſine veſte charitatis cuius ad
mirationis quinq̄ poſſunt eſſe cauſe.Prima cū chriſtus dn̄s noſter tm̄ expendit vt ſpon
ſa ſua eccleſia hanc veſtē haberet.ſ.charitatē cui veſti dedit materiā in paſſione quaſi de
viſceribus ſuis cū lateris ſui apertione ſm Ber.amorē ſuū nobis oſtendit vt eius amore
ad eū tenderemus.Secunda cā admirationis eſt ꝙ eccleſia ſcit hanc veſtē ſumme place
re ſponſo ſuo.ſ.chriſto.que figurata fuit per veſtē inconſutilē que non valuit diuidi.Jo.
xix.licet corpus ſuū ꝑmiſerit xp̄s ꝑforari quare mēbrū eccleſie ꝑmittit hāc veſtē a ſe ſepa
rari.vn̄ Aug.tunicā hoīs in cruce pendentis carnifices pylati non ſunt auſi incidere ⁊ tu
niteris charitatē dei:immo charitatē q̄ deus eſt ſeparare.Tertia cā admirationis eſt iō ꝙ
iſtā veſtē.ſ.charitatē oſtenſura eſt eccleſia in illa magna curia ⁊ neſcit qua hora.Mathei
xxv.⁊.xxiiij.media nocte clamoꝛ factus eſt ⁊c̄.Et vos eſtote parati q2 qua hora nō puta
tis ⁊c̄.Sed ſunt plures q̄ tunc primo volūt oꝛdiri hanc veſtez qn̄ deberet ſuccidi ⁊ iō de
cipiunt.Yſa.xxxviij.dū adhuc oꝛdirer ſuccidit me.⁊ p̄s.idē.Quarta cā admirationis ē eo
ꝙ ſi hec veſtis defuerit turpitudo hoīs illius toti mūdo manifeſtabit.puer.x.vniuerſa de
licta operit charitas.⁊ apoc.xvi.beatus q̄ cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus ambulet ⁊ vi
deant hoīes turpitudinē eius.Quinta cā admirationis eſt ideo ꝙ non licet aliter q̄ cum
hac veſte intrare regnū celoꝝ vt p3 Math.xxij.de illo qui intrauerat ſine hac veſte q̄ fuit
deiectus ⁊ miſſus in tenebras exteriores.De hoc habet exēplū [illegible].iiij.c.vbi legit ꝙ
non licebat intrare aulā regiā regis aſſueri indutū ſacco.⁊ glo.Eſt ſacc9 timoꝛ ſeruilis cū
quo nemo intrat regnū celoꝝ.ideo regina heſter induit precioſius veſtimētū ſuū qn̄ acceſ
ſit ad regē ⁊ placuit regi ⁊c̄.charitas veſtis nuptialis dici pōt quia matrimoniū quo fili9
dei vnitus eſt humane nature ſoroꝛi noſtre multū requirit vt veſtē charitatis habeamus.
Si eīn matrimonia que facit quotidie inimicos amicos efficit.quare non illa veſtis que
eſt charitas cū ſit quid excellentius p3 q2 ꝓpter hāc veſtē.ſ.charitatē nuptie filij dei ⁊ hu
mane nature facte ſunt ⁊c̄. Queritur q̄d dicendū de dilectione inimicoꝝ ſup quo ē no
tandū ꝙ alia eſt dilectio affectus.alia effectus.Dilectio affect9 eſt duplex.q2 alia eſt inno
centie.alia bn̄ficentie.dilectione innocentie tenemur diligere inimicos:q̄a non debemus
eis optare malū inquantū malū:ſed inquantū eis expediens eſt vel reipublice.Affectus
dilectionis bn̄ficentie eſt duplex.ſ.principalis ⁊ ſecūdarius.principalis eſt velle inimicis
⁊ optare bona ſpūalia ſicut eſt gratia ⁊ gloꝛia.hac dilectione ſeu affectu tenemur diligere
inimicos.Affect9 ſecundari9 eſt optare bona tꝑalia inimicis.hoc mō non tenemur ſemꝑ
diligere inimicos:q2 non ſemꝑ expedit eis habere bona tꝑalia.eodē mō diſtinguendū eſt
de dilectione effectus qui ſimiliter eſt duplex.ſ.innocentie ⁊ beneficentie.primo mō tene
mur oēs diligere inimicos:q2 tenemur eis mala nō inferre niſi forte propter bonū ꝑſone
vel reipublice.dilectio effectus beneficentie eſt diſtinguenda:q2 ſi eſt beneficiū ſpirituale
neceſſariū ad ſalutē tunc tenemur inimicis illud impendere.ſicut oꝛare pro eis.nō quidē
in ſpeciali ſed in cōmuni.ita.ſ.ꝙ nō excludamus eos ab oꝛationib9 cōib9.ſi vero eſt bene
ficiū tꝑale ad hoc nō tenemur niſi in caſu neceſſitatis.Itē notādū eſt ꝙ duplicē poſſum9
habere inimicū.ſ.ꝑſone noſtre vel eccleſie.inimico ꝑſone bn̄facere ꝑfectionis eſt niſi inq̄
tū bn̄ficiū ipſi vel alteri occaſionaliter nociuū eſt:q2 in tali caſu ſubtrahere bn̄ficiū vtile ē.
inimico aūt eccleſie bn̄ficiū ſubtrahere ꝑfecti9 ē ⁊ meli9 niſi ꝓpter bn̄ficiū ſpet recōciliāt9
eccleſie.Ex p̄dictis p3 ꝙ optare bona tꝑalia inimicis eccl'ie imꝑfectōis ē niſi ꝑ accn̄s.ſ.qn̄
credūt ꝑ h̄ ↄuertēdi.inimicis vō ꝑſone optare bona tꝑalia ꝑfectōis ē niſi ꝑ accn̄s.ſ.qn̄ pu
tant eis vel alijs eē nociua.Itē ē notādū ꝙ l3 amicū diligere ſit magis debitū:tm̄ inimicū
diligere magis ē remiſſiōis pene merit oꝛiū ⁊ ad multa alia val3.primo q2 magis accedit ad
ꝑfectionē maioꝛis etiā virtutis eſt.q2 magis gratuitū.ſecūdo q2 mot9 charitatis ad inimi



cū magis eſt meritoꝛi9 remiſſionis pene.⁊ hoc rōe difficultatis.tertio q2 diligere inimicū
expreſſius ſignum charitatis eſt q2 contra motum nature eſt.idcirco valde difficile eſt niſi
aſſit gratia per quam vincatur natura.Signa dilectionis ſunt q2 amicus amicū libenter
audit libēter de illo loquitur:ſepe de ipſo cogitat ſine tedio ſibi obſequitur corpus ⁊ res
pro illo exponit offenſam cauet:offenſum placat:cōgaudet proſperitati.cōdolet aduerſi
tati.gaudet de ſua preſentia.dolet de abſentia ⁊c̄.Signa diuini amoꝛis ſunt cū aliquis li
benter cogitat de deo.cū aliquis libenter eſt in domo dei.cū aliquis de deo vel cū deo li
benter loq̄tur.cū quis libenter deū audit:⁊ audita retinet memoꝛiter.cū q̄s libēter dat ꝓ
deo.cū quis pro deo libenter patit.cum mandatis dei libenter quis obedit.cū q̄s amat
que deo placent.⁊ odit ea que diſplicēt deo.cū quis frigeſcit a ſollicitudine ⁊ amoꝛe mūdi
cū aliquis magnū honoꝛem exhibet miniſtris dei.Hec in ſumma de virtutib9. Que
rit.vtrū oꝛdo charitatis attendat penes affectū vl' penes effectū vel penes vtrunq̄.So
lutio.Affect9 qn̄q̄ ſumit ꝓ paſſione.⁊ hec paſſio d2 quedā muliebꝛis cōplacētia.de hoc
affectu dicit ꝓuer.xviij.vir amicabilis ad ſocietatē magis erit amicus q̄ frater.⁊ hunc
affectū minime reſpicit oꝛdo charitatis:q2 ille affectus plus reſpicit ſenſibilē experiētiaz
q̄ rationis eligētiā.ſicut p3 cū aliq̄s plus delectat loq̄ cū amico q̄ cū deo vel cū patre ſuo
licet multo plus diligat deū vel patrē ſuū.qđ p3 q2 multa maioꝛa faceret pro deo vel pro
patre ſuo q̄ pro amico.Quis autē hic affectus ſit tolerabilis in hijs qui huic mūdo dedi
ti ſunt.tamē ſpūalibus quoꝝ eſt experiri q̄ ſuauis eſt dn̄s eſt multū reprehenſibilis.alio
modo accipit affectus pro motu qui motus dicitur quedā ratio elicitiua.⁊ ille motus eſt
duplex.vnus a charitate elicitus.alius a charitate imperatus.Primus eſt quo opto ali
cui ſummum bonū ⁊ oꝛdo charitatis principalit' reſpicit hunc ⁊ mihi debeo plus optare
beatam vitam q̄ patri meo.⁊ ſic de ſingulis.Affectus vero a charitate imperatus eſt cu3
q̄s optat alicui bonū tēpoꝛale quod eſt oꝛdinatū ad cōuerſationē nature.⁊ hūc affectum
reſpicit oꝛdo charitatis minus principaliter.Similiter ex parte effectus dicēdū eſt quia
quidā eſt q̄ reſpicit cōmunē vtilitatē ſicut collatio eccleſiaſtici bn̄ficij.Et hūc minime reſpi
cit oꝛdo charitatis.q2 ibi attendenda eſt meriti dignitas ⁊ parū aut nihil ſanguinis ꝓxi
mitas ne ſub pallio charitatis lateat affectus carnalitatis ⁊ dicat de tali ꝑ ꝓphetaz Ve
qui edificant ſyon in ſanguinib9.Alius effectus eſt q̄ reſpicit ſingularē ꝑſonā.Et hic eſt
duplex q2 vnus reſpicit aīe ſalutē ⁊ hūc p̄icipalit' reſpicit oꝛdo charitatis.Alius effectus
eſt releuatio tēpoꝛalis neceſſitatis.⁊ hūc reſpicit oꝛdo charitatis minus p̄icipaliter.quia
ſm diuerſas opoꝛtunitates d3 ⁊ pōt hō magis ⁊ min9 beneficio eē in collatiōe alicui9 cō
modi tēpoꝛalis.Bonauē. Querit qualit' quis poteſt ſcire vtꝝ habeat charitatē.So.
quidā ſciūt ſe nō habere charitatē vt qui ſunt in actu peccandi vel in ꝓpoſito.q̄dā dubi
tant ſe habere charitatē.q2 rōnes habēt ꝓ vtraq̄ ꝑte.vt ſunt illi qui incipiūt facere qđ ī ſe
eſt.quidā putant ſe habere ſicut q̄ multa bona opera fecerūt ⁊ diu abſtinuerūt a peccato.
adhuc tamē ſuſtinēt mot9 tentationū ⁊ ymaginant turpia.q̄dā experiunt ſe habere cha
ritatē vt illi q̄ guſtāt diuinā dulcedinē in quibus fere fomes extinctus eſt ⁊ ſemꝑ bona fa
ciūt vel affectāt.quidā certi ſunt ſe habere vt quib9 dn̄s reuelauit qualis fuit paulus.

Querit vtrū creature irrationales ſint diligēde ex charitatē.So.ſm bonauen.tripli
cit pōt aliq̄d diligi ex charitate.vno mō ꝙ charitas ponere faciat affectionē ⁊ finem circa
dilectū ⁊ ſic ſolus de9 diligit ex charitate.alio mō ꝙ charitas faciat ponere affectionē cir
ca dilectū nō tm̄ finē ⁊ ſic diligit ꝓxim9 ex charitate.q2 circa ꝓximū afficimur affectu chari
tatis optando ei ſummū bonū nō ꝓpter ſpm ſed ꝓpter deū.alio mō d2 aliq̄s ex charita
te diligi ita ꝙ charitas circa illud nō ponit finē nec affectū intuitu ſui ſ3 ſolū rōne ei9 ꝓpt
qđ diligit.⁊ hoc mō diligunt creature irrationales in q̄b9 deus relucet.q2 de9 diligitur ī
illis ꝑ quē modū d2 diligere canē amici ſui.nō q2 afficiat circa canē ſpāli affectōe ſ3 circa
amicū.ꝓprie tm̄ loquēdo nō ſunt diligēde ex charitate.q2 charitas q̄ eſt amoꝛ dei extendit
ſe ad illos q̄ ſunt nati eē eius filij ꝑ grām adoptionis nō ad creaturas irrationales.vn̄ d̄
Aug.ſolū ex charitate diligēda ſunt q̄ nobiſcū ſocietate q̄dā referunt in deū vt eſt homo

angelus ⁊c̄. No. ꝙ ſeptē ſunt que faciunt vt aliquis ametur a deo. Primū eſt ſapiētia. ſa
pien. vij. Sapiētia infinitus theſaurus eſt hoībus quo qui vſi ſunt participes facti ſunt
amicicie dei. ⁊ in eodē neminē diligit deus niſi eū qui cū ſapiētia inhabitat. ⁊ ꝓuer. xiiij.
acceptus eſt regi miniſter intelligens. Aliud eſt mundicia q̄ effectus eſt ſapientie Jaco. iij
que de ſurſum eſt ſapientia primū quidē pudica eſt. i. pudicum faciens. propt̄ mundiciaꝫ
vocatus eſt Johannes diſcipulus quē diligebat ieſus. Jo. vlti. ⁊ ꝓuer. xxij. q̄ diligit cor
dis mundiciam ꝓpter gratiam labioꝝ ſuoꝝ amicū habebit regē. Tertium eſt māſuetudo.
vnde moyſes ꝓpt̄ manſuetudinē fuit ſpecialis amicꝰ dei. Nume. xij. ⁊ eccle. xlv. dilectꝰ
deo ⁊ hoībꝰ moyſes. Quartū liberalitas q̄ multū aſſimilat deo q̄ ex liberalitate fecit que
cunqꝫ fecit. vnde Seneca q̄ dat bn̄ficia dn̄m imitat̄ maxime pauperibus. iō ſcribit̄ ſcd̄a
coꝝ. ix. hilarē datorē diligit deus. Quītū eſt humilitas. Sextū eſt dilectio. vn̄ Ber. in epi
ſtolis diligit enī dn̄s eos qui ſe diligūt alioquī eēt infidelis. ideo nemo ſe amari diffidat
qui iam amat. Septimū eſt tp̄aliū contemptus. Math. xix. ſi vis perfectus eſſe ⁊c̄. ⁊ Se
neca. nemo dignus eſt deo qui opes non cōtempſerit. ⁊ Aug. in libro ſoliloquioꝝ. qui in
bonis contemptibilibus amorē ſuū ponit dei amore eſt indignus. No. illa que incitāt ho
minē ad amādū ⁊ diſcurre ꝑ oīa beneficia que deus ꝯtulit homini confert ⁊ conferet ⁊c̄.

Querit̄ vtrū demones ⁊ damnati ſint ex charitate diligendi. Solu. ſicut irrationales
creature non ſunt diligēde ex charitate elicienda q꞉ non ſunt ordinate ad aſſecutionem il
lius ſummi boni ſic etiam demones ⁊ damnati. charitas enī nullos facit elicitiue diligere
niſi eos quos optat ad futuram beatitudinē peruenire. Si vero ex charitate diligere ac
cipiat̄ large ꝓut actus diligendi eſt ex charitate imperante ſic ſunt diligendi rōne nature
ſunt enī ymago dei ſed odiēdi ſunt rōne culpe. verūtamē q꞉ culpa inſeparaliter adheret
ipſorū nature ⁊ poſſidet eā. ideo caritas magis affectū naturalē hꝫ ad diligēdū irrationa
lia q̄ demones vel damnatos. Querit̄ vtrū mali homines ſint diligēdi ex charitate.
So. odiendi ſunt ratione inordinationis culpe. vnde ps. Nonne qui oderūt te domine
oderam. ſed rōne nature diligendi ſunt q꞉ ſunt ad beatitudinē ordinati. vn̄ ſapientie. xi.
Nihil odiſti domine hoꝝ que feciſti. ⁊ Math. vi. diligite inimicos veſtros ⁊c̄. ꝯſtat enim
ꝙ inimici iuſtorum ſunt mali. ⁊ hoc eſt qd̄ dicit Greg. Si indignationē debemꝰ viciꝫs cō
paſſionē debemꝰ nature. ⁊ yſi. totum chriſtum non diligit qui hominē odit. Bonum eſt
non odire naturaꝫ ſed culpam. vnde glo. ſuꝑ illud ps. perfecto odio oderā illos. i. iniqui
tates eorum odi non naturam. Queritur vtrū omnes teneantur inimicos diligere
quantum ad affectum. So. ſꝫ Bonauē. duplex eſt affectus. vnus a charitate elicitꝰ aliꝰ
a charitate īperatus. primo affectu tenemur omnes diligere etiam ipſo actu inimicantes
glo. ſuper illud Math. xxij. diliges ꝓximum tuum ſicut teipſum ſm̄ beatū Aug. nomine
ꝓximi ⁊ amici intelligit̄ omnis homo. q꞉ non te perſequitur quod fecit deus ſed malicia.
ſecundo affectu non tenemur diligere ſed ſufficit non odiſſe. hos duos affectus exprimit
Ambro. d. ſufficit ꝙ inimicos diligamus ⁊ non odio habeamus. Unde non ad obedien
dum inimicos nec gaudendū malis eorum omnes tenemur ꝓuer. xv. cū ceciderit inimicꝰ
ne gaudeas. ⁊ Eccle. ix. noli de inimico tuo mortuo gaudere. diligere tn̄ inimicos quoad
vtrunqꝫ affectum perfectionis eſt Luce. v. diligite inimicos veſtros. glo. hoc eſt ꝑfectorum
Item glo. ſuꝑ illud ps. Reuela opera mea nihil mirabilius in mandatis q̄ diligere ini
micos. Queritur vtrum omnes teneantur diligere inimicos quantū ad effectū. Sol.
ſm̄ Bonauen. tribus modis peccamus ꝯ eccleſiam odio. verbo. corporis cruciatu. econ
tra eccleſia tria facit. diligit. benefacit ⁊ orat. diligit inimicos cū exhibitione operis exte
rioris qn̄cūqꝫ ſe offert oportunitas ⁊ cumulus perfectionis. ⁊ ad hoc non tenemur ſꝫ dili
gere cum effectu quando incumbit neceſſitas: hoc eſt neceſſarie obligationis. q꞉ q̄ habue
rit ſubſtātiā hmōi ⁊ viderit fratrē ſuū neceſſitatē habere ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo quo
mō manet charitas dei in eo. pria Jo. iij. Itē nota ꝙ dimittere rācorē eſt neceſſitatꝭ dimit
tere vero ſigna rancoris nō eſt neceſſitatis niſi qn̄ venia petit̄ humilit̄ ⁊ deuote. tn̄ ſi q̄s
dimittit ſigna hoc eſt ꝑfectionis qn̄ venia nō petit̄. De dilectiōe int̄ virū ⁊ vxorē. colo. iij.



viri diligite vxores veſtras ⁊ nolite eſſe amari ad illas. ⁊ aſſignant̄ plures cauſe ad h̄ mo
uentes. vna eſt exemplū xp̄i. ephe. v. viri diligite vxores veſtras ſicut ⁊ xp̄us dilexit eccle
ſiam ⁊ ſemetipſum tradidit pro ea. Alia cā. q꞉ corpꝰ mulieris eſt ipſius viri. iō dꝫ amare il
lud tanq̄ ſuū. pria ad coꝝ. vij. Mulier nō habꝫ ꝑtātē ſui corporis ſꝫ vir. Alia cā q꞉ vir et
vxor ſunt ſicut vna planta ⁊ ramus qui plante inſeritur vnam arborē efficit ⁊ vnū fructuꝫ
facit ⁊ neuter illoꝝ ſufficiens eſt ad generādū prolē. vnde debent amorē inuicē habere ſic
ramus inſitus adheret plante Mathei. xix. iam non ſunt duo ſed vna caro. Alia cā q꞉ mu
lier de coſta viri eſt formata vt vir amaret ipſam ſicut ſeipſum. Gen̄. ij. Hoc nūc os ex oſſi
bus meis ⁊ caro de carne mea. vnde Ephe. v. qui vxorē ſuā diligit ſeipſum diligit. vxor āt
timeat virū ſuū. Alia cā eſt propter ꝓmiſſionē cū anulum in manu eius poſuit ⁊ oſculum
in ſignum amoris ⁊ pacis dedit. Alia cā eſt q꞉ cōſanguinei coniugū ꝓpter coniugiū eoꝝ
mutuo ſe amāt. ergo fortiori rōne debent ſe cōiuges mutuo amare. Alia cauſa eſt q꞉ vxor
patrem ⁊ matrem ⁊ alios ꝓpinquos ſuos propter virum dimittit ⁊ marito adheret. ideo
infideliter agit vir ſi hanc non amet. Jere. ij. d. dominus ad ſponſam ſuā recordatus ſuꝫ
tui miſerans adoleſcentiam tuam ⁊ charitatem deſponſationis tue quando ſecuta es me
in deſerto. ⁊ gen̄. ij. c. relinquet homo patrē ⁊ matrem ⁊ adherebit vxori ſue. Alia cauſa ē
q꞉ niſi vir ⁊ mulier diligant ſe in magna miſeria erunt. ꝓuer. xvij. tecta ſtillantia in die fri
goris ⁊ litigioſa mulier adinuicem comparantur. vnde philo. vxor eſt perpetuale refrige
rium aut perenne tormentū. Alia cauſa eſt quia amor coniugū multum placet deo ⁊ hoī
bus. Eccle. xxv. in tribus beneplacitū eſt ſpiritui meo que ſunt ꝓbata corā deo ⁊ hoībus
Concordia fratrū: amor ꝓximoꝝ vir ⁊ mulier ſibi bene conſentientes. Alia cauſa q꞉ vxor
eſt ſolatiū viro a deo datū. Gen̄. ij. non eſt bonū hominem eſſe ſolū ⁊c̄. Alia cā eſt q꞉ vxor
eſt quoddā ornamentum hoſpitij. Eccle. xxvi. ſicut ſol oriens in mundo in altiſſimis dei.
ſic mulieris bone ſpecies in ornamentū domus eius. Alia cauſa eſt cōmunicatio vxoris
cum viro in prolis procreatione ⁊ educatione ⁊ hoſpitij gubernatione in bonorum tem
poraliū multiplicatione ⁊ conſeruatione ⁊ in ſaluatione vtriuſqꝫ aīe. Eccle. xxxvi. q̄ poſſi
det mulierem bonam inchoat poſſeſſionem. vbi innuitur ꝙ quaſi nihil hꝫ qui tenet hoſpi
tium ſine bona muliere. Alia cauſa eſt ſacramenti matrimonij dignitas. De quo videat̄ ī
capitulo de matrimonio. Queritur vtrū charitas ſemel habita poſſit amitti. Sol. di
cēdū eſt ꝙ ſic. De hoc habetur exēplū de Saul. de quo dicit̄ in lib. reg. ꝙ nō erat vir me
lior ī Iſrael: Similit̄ de Dauid. Similit̄ habet̄ Math. vlti. Luce vlt. ⁊ apo. iij. Johā. vi. ꝙ
multi de apoſtolis dubitauerunt in fide vbi dicit̄ habeo aduerſum te pauca. q꞉ charitatē
tuā primā repuliſti. pria coꝝ. ix. c. etiā pꝫ de paruulis baptizatis q̄ habēt charitatem: ⁊ tn̄
multi amittunt proceſſu temporis ergo. ⁊c̄. Querit̄ vtrū cadēs a charitate reſurgat ī
equali vel maiori vel minori. So. dicēdū eſt ſm̄ Bonauē. ꝙ pōt in equali ⁊ maiori ⁊ mi
nori gratia reſurgere ſm̄ ꝙ homo magis vel minus peccatū deteſtatur ⁊ p̄parat ſe ad gra
tiā. qd̄ enim reſurgat in equali pꝫ Malach. iij. ⁊ placebit deo ſacrificiū iuda ⁊c̄. ſicut dies
ſeculi ⁊ anni antiqui glo. quomō in principio placuerint ita poſt peccatū per penitētiam
placere ceperūt. Itē Leuiti. vi. Hec eſt hoſtia ꝓ delicto glo. eque placet deo virtus iuſtoꝝ
⁊ penitētia digna peccatoꝝ. Et ſi obijciat̄ illud amos. v. nō adijciet vt reſurgat virgo iſra
el ⁊c̄. glo. nō negat quin reſurgat: ſed ſi reportet̄ humeris paſtoris non habet tātā gloriā
cū eo qui nunq̄ errauit intelligendo de gloria accidentali qua quis gloriatur ſe nunq̄ pec
caſſe. ꝙ autē quis reſurgat cum minori pꝫ q꞉ multi negligentes ⁊ tepidi ſunt ad p̄paran
dū ſe ad gratiā ⁊ deus amplius non dat q̄ ſe homo diſponit. ꝙ autem quis reſurgat ī ma
iori patet per exēplum de dauid qui poſt homicidium ſurrexit deuotior. Petrus poſt ne
gationē magiſtri ſui ſurrexit fortior ſicut aſſerūt ſancti docto. Nota ꝙ charitatis tres
ſunt gradus. incipiens. ꝓficiens. ⁊ perficiens. Aug. ſuꝑ epiſto. Jo. perfecta charitas hec
eſt vt quis ſit etiam paratus pro fratribus mori. charitas operibus pietatis nutrit̄. tribu
lationibus roborat̄. conſilijs perficit̄. Si enī aliquis velit ꝓficere in charitate dꝫ intēdere
doctrine. q꞉ ſicut paruulus abſqꝫ cibi ſumptione nō pōt creſcere, ſic nec aīa ſine doctrina

ꝓficere. Item tribulatio iuuat ad proficiendum in charitate. Greg. in mora. electorum
deſideria deprimuntur aduerſitate ⁊ ꝓficiunt. ſic ignis flatu premit̃ vt creſcat. ⁊ vnde q̃ſi
extingui cernitur roboratur inde. Querit̃ cũ ſpũſſanctus ſit charitas ⁊ donũ dei vtꝝ
ſit charitas qua diligimus deũ ⁊ proximũ. So. dicẽdũ eſt ꝙ charitas dicit̃ triplicit̃. effe
ctiue: ⁊ ſic ſpũſſanctus dr̃ charitas q2 operat̃ in nobis habitũ ⁊ motũ virtutis quo diligi
mus deũ ⁊ ꝓximũ. Alio mõ exẽplariter. ⁊ ſic. ſſ. eſt exẽplar charitatis qua diligim9 deũ ⁊
ꝓximũ. Alio modo formaliter hoc eſt ꝑ modũ inherentie ⁊ ſic eſt habitus virtutis in aĩa
Itẽ. ſſ. dicitur amor tripliciter eſſentialiter cũ ipſe cum patre ⁊ filio ſit vnus deus qui dili
gunt ſe amore eſſentiali qui appropriatur. ſſ. Perſonaliter q2 . ſſ. eſt nexus amboꝝ. p. ⁊ filij
qui diligunt ſe amore ab eis procedente qui non eſt pater nec filius ſed ſpũſſanctus. Exẽ
plariter. ⁊ ſic nõ ſolũ eſt cauſa efficiens amoris noſtri ſed exemplar ⁊ finis ſm Al. in prio
li. ſui cõpen. Queritur vtrũ charitas euacuetur in patria. Sol. dicendum eſt ꝙ non.
prima ad coꝝ. xiij. charitas nunq̃ excidet gloria nec in hoc ſeculo nec in futuro: ⁊ ſi opera
eius ceſſent. Queritur vtrũ charitas in patria habeat dilatari. So. latitudo charita
tis duplicit̃ accipit̃ ſm liberalitatis latitudinem ⁊ diligendoꝝ multitudinẽ: prima dilatat̃
q2 creſcit eius bonitas ⁊ cõmunicationis liberalitas ⁊ amplius inuiſcerabit ſibi charitas
omnes beatos q̊ modo poſſit homo vnum affectuoſiſſimum diligere. q̃tum autem ad ſe
cundã latitudinem charitatis reſtringetur quia nunc omnes qui ſunt in ſtatu vie ſunt di
ligendi ex charitate ſed poſt conſummationẽ electoꝝ ipſi tãtũ electi erunt diligẽdi. Bo
naueu. Querit̃ vtrũ deus velit omnes hoĩes ſaluos fieri. So. in deo duplex eſt volũ
tas. ſ. antecedens ⁊ cõſequens. pria eſt ex ipſo ſolũmõ. ſecũda pendet ex merito nr̃o. Vo
luntate ergo antecedẽte vult omnes ſaluos fieri. volũtate autẽ cõſequẽte que reſpicit me
rita finalia non vult omnes ſaluos fieri. De hac dicit mag. ſen. xp̃us tm̃ electos dilexit ⁊
eoꝝ ſalutẽ optauit. Queritur vtrũ deus eternaliter dilexerit creaturas. Solu. dicẽdũ
eſt ꝙ deus dicitur diligere creaturas ſeu aliquẽ quia actu cõicat ei bonũ vel q2 proponit
cõicare. Et q2 effectus cõicandi eſt in tp̃e ꝓpoſitũ cõicandi eſt ab eterno. hinc eſt ꝙ dilige
re de deo dicit̃ aliquando eternaliter aliquando tẽporaliter. Queritur vtrũ deus dili
gat generaliter omnes. So. deus nõ dicitur diligere creaturã ratione affectionis animi
ſed rõne cõicationis alicuius boni. Cõicatio aũt diuine bonitatis attendit̃ in duplici ge
nere effectus. ſ. nature ⁊ gratie. Effectus nature eſt oĩbus communis. Sapien. xi. diligis
oĩa dñe que ſunt ⁊ nihil odiſti coꝝ que feciſti. Effectus vero gratie nõ eſt omnib9 cõis ⁊
q̃tum ad illum quoſdam diligit quoſdã odit. Bonauen. Queritur vtrũ deus diligat
omnia equaliter. So. ex parte actus volẽdi omnes equalit̃ diligit. ex parte vero boni vo
liti non q2 mai9 bonũ vult vni q̃ alteri. huic videt̃ ſententie concordare Aug. d. q̃s digne
exprimet q̃ deus membra vnigeniti filij ſui diligit q̃to amplius ipm vnigenitũ ⁊c̃.

Sequitur de virtutibus cardinalibus

P Er virtutes cardinales rectificatur aĩa in ſuis viribus. Nã prudẽtia rectificat ra
tionalẽ que eſt diſcernere inter bonum ⁊ malũ vel inter duo bona quod melius vl̃
inter duo mala quod maius vel peius. Fortitudo rectificat iraſcibilẽ. Temperẽtia
cõcupiſcibilẽ. Juſtitia rectificat oẽs vires prout nomẽ iuſtitie cõprehendit nõ ſolũ iuſti
ciam ſpecialẽ que eſt in communicationibus vel diſtributionibus. ſed etiam iuſticiã lega
lem que eſt omnis virtus prout eius actus ad proximum ordinatur. ⁊ iuſticiam genera
lem que eſt omnis virtus : prout eius actus pertinet ad debitã obedientiam p̃ceptorum.
Ipa eni iuſticia cõprehendit virtutes ordinantes ad ꝓximũ vt eſt equitas liberalitas et
ordinantes ad ſeipſum ſicut eſt Innocẽtia ⁊ pueritia ⁊ ordinantes ad deũ. ſicut eſt latria
pietas ⁊ obediẽtia. propter hoc iuſtitia dicit̃ circuire omnes vires : nõ tantũ eni eſt virt9
ſpecialis ſed etiam generalis cõprehendens totius anime rectitudinem cum ipſa dicat̃
rectitudo voluntatis ſm cõpen. theolo. ⁊ in glo. ỹſi. ſuper geneſim. Sed q2 fit mentio de
iraſcibili ⁊ concupiſcibili Eſt notandum ꝙ vis motiua ſenſibilis mouet ſpũaliter ⁊ corpo
raliter, ſi ſpũaliter ſic diuidit̃ in iraſcibilem ⁊ concupiſcibilem a quib9 ꝓcedunt quattuoꝛ



affectiones: gaudium. ſpes timor ⁊ dolor quando concupiſcimus bonũ quod preſens ẽ
gaudemus. ⁊ quando abſens eſt ſperamus. quando iraſcimur contra malum quod pñs
eſt dolemus. quando abſens eſt timemus. Actus enim concupiſcibilis eſt velle bonũ dele
ctabile. Actus iraſcibilis eſt aggredi ardua ⁊ ſuſtinere quod eſt difficile ad ſuſtinendum.
Iſte eni due vires. ſ. iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis frenantur ratione cui coniunguntur. etiã
regũtur virtutibus que in eis ſunt. ſ. temperentia in concupiſcibili ⁊ fortitudine in iraſci
bili. quando autem vis motiua ſenſibilis mouet corporabiliter ſic diuiditur in virtutẽ na
turalem vitalem ⁊ animalem. prima ſitum habet in epate. ſecunda in corde. tertia in capite
Virtus eni naturalis eſt motiua humanoꝝ mediantibus arterijs que radicantur in ca
pite ſm galienum ⁊ ſm ariſtotelẽ in corde. ⁊ hoc per ſpiritum naturalem quiquidẽ ſpũs
naturalis eſt ſubſtãtia ſubtilis ⁊ aerea i corde vi caloris generatiua que ſanguinẽ ad ſin
gula membra impellit ex quo corpus vegetatur. virtus vitalis eſt motiua pulſuum medi
antibus arterijs que radicantur in corde. Virtus animalis eſt motiua membroꝝ mediã
tibus neruis qui radicantur in capite ⁊ hoc ꝑ ſpm̃ animalẽ. per virtutes cardinales hõ ĩ
operibus inſtruit̃ ⁊ cõtra vicia armat̃. Primũ fit duplicit̃. Nã homo inſtruit̃ quoad ſe ꝑ
prudẽtiam ⁊ quoad proximum per iuſtitiam. Secundum fit etiam dupliciter q2 homo ar
matur in proſperis per temperantiã ⁊ in aduerſis per fortitudinẽ. ideo dicit Aug. ꝙ pru
dentia eſt in eligendis. fortitudo in tolerandis. temperentia in vtẽdis. iuſtitia in diſtribuẽ
dis. Alio mõ ſm eundẽ aug. prudentia eſt in precauendis inſidijs. iuſtitia in ſubueniẽdo
miſeris. fortitudo in ſufferendis moleſtijs. tẽperentia in cohercẽdis delectationibus pra
uis. Iſte quattuor virtutes vocantur cardinales q2 ſicut hoſtium vertitur cardine ita hyſ
quattuor virtutibus vertitur. ſ. regitur vita hominis. Vocantur etiã politice q2 homines
poliunt ⁊ ornant. dicuntur etiam humane q2 humano ſtudio acquiruntur. Iſte quattuor
virtutes habent gradus perfectionis ſm quos alit̃ eas poſſident incipientes aliter ꝓfici
entes ⁊ aliter perfecti. Dicuntur etiã politice ſm qd̃ regunt vitam hominis quoad opera
exteriora prout pugnant contra vicia ⁊ hoc modo incipientium ſunt. Purgatorie dicunt̃
ſm qd̃ iam ſunt in victoria vicioꝝ ⁊ conſiſtunt partim extra ⁊ partim intra ⁊ ſunt ꝓficiẽ
tium. Dicuntur purgati animi ſm ꝙ iam deuictis vicijs quieſcit hõ ita ꝙ raro primi mot9
inſurgunt ⁊ hoc modo pertinẽt ad perfectos. Qd̃ ſint quattuor virtutes cardinales ha
betur ſap. viij. vbi dicitur ꝙ ſapientia docet ſobrietatem prudentiam iuſtitiam ⁊ fortitudi
nem. ⁊ geñ. ij. vbi dicit̃ ꝙ fluuius qui egrediebat̃ habuit quattuor capita per que ſꝫ glo.
intelliguntur quattuor virtutes cardinales: Queritur vtrũ virtutes cardinales mane
ant in patria. So. quedã virtus manet in patria ita ꝙ ipſa ſibimet eſt premiũ que vt eſt
in via imperfecta meriti eſt principiũ. ſed conſummata in patria erit premij complemẽtuꝫ
Quedam ſunt virtutes que manent q̃tum ad premiuꝫ ita ꝙ nec ſunt ſibi premium nec cũ
premio ſuo ſeipſas cõpatiuntur. ſicut fides ⁊ ſpes. premiũ eſt videre deũ ⁊ hoc repugnat
fidei. ⁊ premium eſt tenere deũ ⁊ hoc repugnat ſpei. fides eni eſt de non viſis. ſpes eſt de
futuro. quedã ſunt virtutes que manent medio modo. q2 manent quantũ ad premiũ ⁊ cũ
premio ipſe tamen non ſunt ſibi premiũ. ⁊ ſic manent virtutes cardinales. Omnes enim
actus noſtri erunt ſicut dicit aug. fortes iuſti prudẽtes ⁊ caſti. ita ꝙ iuſtitia excludet omnẽ
obliquitatẽ. prudẽtia omẽ errorẽ. fortitudo omnẽ moleſtiã. tẽperantia oẽm libidinũ repu
gnãtiam. ⁊ ſic cardinales virtutes excellẽtiori modo manebũt in patria q̃ in via ⁊c̃.

Sequitur textus de prudentia

C Onſtat iudiciis prudentia vera tenendis
Ac diſponendis ſapienter rebus agendis
Preſens diſpone tranſactum mente repone
Proſpice ventura ſicut prudens tua cura
Cum quid vis agere debes bene primo videre.

An tibi conueniat liceat ſimul vtile fiat
Omnia prudenter fac finem cerne frequenter
Primo metire quid poſſit et inde venire.

In iſto capitulo ac. noſter determinat de prudentia que eſt vna virtutū cardinaliū Pro quo eſt notandū ꝙ prudentia quãq; ſumitur pro eo quod apparet eſſe prudē tia cū nō ſit ſicut ſumit ad Ro. viij. vbi dicit prudētia carnis mors eſt. quãq; ſumitur prudētia pro ſapientia apparēte. vñ ſubdit in eodē capi. Sapientia carnis inimica ē deo. Et prima ad cor. iij. ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud deū. quãq; tamē ſapientia dicitur diuinar atq; humanar rer cognitio. ſm verbum ſenece in epiſtolis ⁊ Tullij in libro de officijs. Et illa cognitio diuidit in tres partes. moralē. naturalē. ⁊ rationalē. ſm Senecā vero prudētia dr ſciētia operādor. Damaſ. dicit ꝙ ſapiētia pertinet ad contēplatiuam. prudentia vero ad actiuā. Tamen aliquando videntur capi pro eodē. vñ. puerb. xvi. qui ſapiens eſt corde appellabitur prudens. Tamen ſm communē modū dicendi ſapientia ſumitur pro cognitione diuinor ⁊ prudentia humanorū ſz glo. ſup illud ps. Os meum loquitur ſapientiam. ⁊ meditatio cordis mei prudentiam. Alio modo poteſt ſic diffiniri. prudentia eſt cognitio rerum vitandar ⁊ appetendar ſm Greg. ⁊ pōt eſſe ſumpta illa diffinitio ex verbis Tullij in libro de officijs. in libro de requie mentis. prudētia diffinitur ſic. Prudentia eſt rer bonar ⁊ malar cū alterar dilectione ⁊ reliquarū deteſtatione ſcientia. Circa hoc poſſet queri quomodo prudētia ſit virtus cum ſit ſcientia. Solu. prudentia gratuita virtus eſt q; eſt radius viuus a vero ſole procedēs non ſolū lumē illuminans intellectū ſed calefaciens affectum. Non ſolum enī oſtendit quid quomō ⁊ qualiter ſit agendū. ſed etiam mouet voluntatē vt appetat bonū poſt iudicium vel fugiat malum: ſic prudentia virtus conſuetudinalis ex frequentia operū relicta non eſt idez cū ſcientia q̄ eſt cōmuniter de hijs que ſunt circa operationes voluntarias. vnde non eſt aliquis prudens prudentia virtute eo ꝙ ſit prudens ſolum intellectu imo oportet ꝙ ſit prudens in intellectu: affectu ⁊ opere. Differūt enī ſcientia ⁊ prudentia ſicut magiſter qui legit muſicam i ſcolis neſciens cantare. differt ab illo i quo non ſolum eſt relictus habitus ad cantādū q̄tum ad vim apprehēſiuā ſed etiā quantū ad vi motiuā ⁊ imperantē motū ⁊ exequētez prudentie enī ptinet ne aliquid leuiter inchoetur ⁊ ne inchoatū añ pfectionē de facili relinquatur. Seneca ⁊ alibi ſcito in quibuſdaz te debere perſeuerare que incepiſti. quedam vero nec incipere in quibus perſeuerare ſit nociū. Itē ꝙ opus agēti ſit fructuoſum. deo grato nec incipere ... Prudentia ſm cōpen. theolo. eſt quadruplex pur tum. primo lucens per bonum exemplū. prudētia ſm cōpen. theolo. eſt quadruplex ... primo ... purgati animi ⁊ exēplaris. Prudentia purgatoria ſm Macrobium eſt gatoria. politica. purgati animi ⁊ exēplaris. ... in mundo ſunt diuinor contemplatiōe deſpicere. Omnē aīe cogitationem in ſola diuina dirigere ſeu erigere. Prudentia politica eſt ad rationis normā que cunq; cogitat quecunq; agit vniuerſa dirigere ac nihil preter rectum velle vel facere. Prudentia purgati animi eſt ſola diuina noſcere ⁊ ea tanq̄ ſi nihil aliud ſit intueri. Prudētia exemplaris ē ipſa mens diuina cui nuda ſunt omnia ⁊ apta. Prudētia habet regere oēs virtutes ſm oēs partes philoſophie moralis q̄ ſunt ethica ſiue monoſtica yconomica et politica. ethica regit mores quoad ſeipſum. yconomica familiam diſponit. politica vrbes ⁊ regna regit. Itē ſm Tullium prudētie partes ſunt intelligentia. puidētia ⁊ memoria Intelligentia eſt per quā animus reſpicit ea que ſunt. Prouidentia eſt virtus p quā videtur aliquid futurū anteq̄ factū ſit. Memoria eſt per quam repetit q̄s ea que fuerunt. recordatur ⁊ reminiſcit. vnde ſi prudens eſt anim⁹ tuus tribus temporib⁹ diſpenſet pñtia ordina. futura puide. preterita recordare. ſm aūt cōpen. theolo. ⁊ bonauē. prudētia vna eſt cordis alia oris alia operis. prima eſt in diſpoſitione pñtium. in recogitatione pteritorum ⁊ in premiſſione futuror. Deut. xxxij. Gens abſq; conſilio ⁊ ſine prudētia vtinā ſaperent. ſ. preſentia ⁊ intelligerēt. ſ. pterita ac nouiſſima puiderent. ſ. futura. Secūda que eſt oris eſt in moderatione ſermonum. puer. xvij. q̄ moderatur ſermones ſuos doctus ⁊







prudens. ⁊ eodem. x. qui moderat labia ſua prudentiſſimus eſt. Tertia que eſt operis conſiſtit in fuga mali ⁊ electione boni. ps. declina a malo ⁊ fac bonū. Sed q; ſit in littera actoris mentio de iudicijs eſt notandum ꝙ duplex eſt iudicium rationis. ſ. diſcretiuum ⁊ diffinitiuum. Judicium diſcretiuum eſt quo ratio iudicat aliquid eſſe faciendū. Circa tale iudicium eſt ſcientia ⁊ non virtus. Judicium vero diffinitiuum eſt illud quo ratio imperat aliquid fieri vel non fieri. ⁊ circa illud eſt bene virtus. vnde in primo iudicio ſe hz ſcientia ad oppoſitiones bonas vt conſiliarius. In ſecundo iudicio ſe hz virtus vt imperator. Si enim prudentia defuerit peruertitur iudicium. puer. xxviij. Dux indigens prudentia multos opprimet p calūniam. Ipſa eni prudentia eſt lucerna in viam paradiſi dirigens qui enim nō hz prudentiā licet ſit magne ⁊ alte ſcientie ſimilis eſt homini in altū reſpicienti ⁊ vbi pedem ſuum ponat non videnti qui de facili pōt corruere. Aug. ſup illō prime ad cor. viij. Scientia inflat dicit preponenda eſt prudentie ſcientia. In ſumma de virtutib⁹ animalia irrationalia ⁊ minima docent nos prudētiam vt ſerpentes formice ⁊c. vñ Seneca. Pudeat ab animalibus exiguis non trahere mores ſed quia de ſerpente fit mentio

Notandū eſt ꝙ quinq; aſtutie reperiunt in ſerpente quibus prudentia ſanctor debz aſſimilari. vna aſtutia eſt ꝙ caput ſuum ſumme cuſtodit. p eo cetera membra exponendo nec immerito cū capite illeſo viuat q̄uis cetera membra ledantur ſic ſancti pro xpo qui ē cor caput ſe ⁊ ſua exponere non timent. puer. xij. qui nō negligit damnum pro amico iuſtus eſt. nō eſt enī mirū ſi ſancti p xpo oīa exponūt. quia eo ſaluo oīa ſunt ſalua. Math. x. Capilli capitis noſtri numerati ſunt. Alia aſtutia eſt ꝙ cū vult deponere veterem pellez ſe in arto foramine ponit ſicut prudentes in arta via penitētie ſe ponunt. vt pellē veteris hominis deponant. ad ephe. iiij. Deponite vos ſm priſtinam cōuerſationem veterē hominē q̄ corrūpitur ſm deſideria erroris. Alia aſtutia eſt ꝙ ſerpēs vnā aurē terra obſtruit ⁊ aliam cauda ne vocem incantatoris audiat. iuxta illud. ps. ſicut aſpidis ſurde ⁊ obturantis aures ſuas. ſic viri ſancti vnam aurem obturant memoria mortis: ⁊ aliam cōſideratione proprie fragilitatis ne ſuggeſtioni diaboli acquieſcant. Eccle. vij. memorare nouiſſima tua ⁊ in eternum non peccabis. Alia aſtutia eſt ꝙ ſerpens calcaneo inſidiatur. Gen. iij. ſic ſancti viri fini qui cōſequit opera carnis inſidiantur ex eo oſtendentes deſideria carnis fatua eſſe. Job. ij. quaſi vna ex ſtultis mulieribus locuta es. Et Aug. delitie carnis hic nō ſatiant ⁊ in futuro dānant. Hinc Greg. q̄ pñti ſuauitate capit quaſi per amena prata ad interitum ducit. Alia aſtutia ſerpentis eſt ꝙ propter inimicicias quas habet cuz homine habitat in deſerto vel latet ſub ſpinis vel herbis ⁊c. ſic ſancti viri agnoſcētes inimicicias quas habet mundus cū eis fugiunt ad deſerta latebras ⁊ loca aſpera. Exēplū de Johā. baptiſta Helya beato Anthonio ⁊c. ꝙ mundus odio habeat ſanctos. habet pria Johā. iij. Nolite mirari ſi vos odit mundus quia priorem me odio habuit. Johā. xv. ⁊c.

Sequitur textus de iuſtitia.

Sto vir iuſtus cunctis reddendo ſuum ius.
Redde creatori tibi maiori q; minori.
Serua dulcorem iuris moderando rigorem
Seuit iuſticia niſi ſit pietas tibi iuncta.
Vt bene procedas non vera nimis cito credas.
Te prius informa ne ledas quem ſine norma.
Qui ſubito credit alios et ſe pde ledit.
Qui cito procedit a iuſto ſepe recedit
Turbant ſepe metus odium dilectio munus
Judicium rectum cur eſt vtrumq; cauendum

**Non licet iniuſtam te cauſam dicere iuſtam.**
**Dicas prudenter ſeruando iura decenter.**

In iſto capitulo ac. noſter determinat de iuſticia que ē vna virtutū cardinaliū di
cens ꝙ iuſtitia eſt conſtans ⁊ perpetua voluntas ius ſuū vnicuiqꝫ tribuens. inſti.
de iuſti. ⁊ iu. vñ Aug. in libro de libe. arbi. quid dicā eſſe iuſtitiam niſi virtutez qua
ſua vnicuiqꝫ tribuūtur. Queritur hic quare dicitur iuſtitia perpetua. So. Iuſtitia di
citur perpetua q2 perpetuat animam ſtabiliendo eam in loco debito. ſ. ſub deo ⁊ ſup cor
porales creaturas. Item dicitur perpetua quia manebit in patria ſm eſſentiā ⁊ ſm vſum
Alie vero cardinales ſi maneant in patria ſm eſſentiam non tamen ſm omnem vſum.
Nā tēperantia nō refrenabit motus illicitos. Prudētia in patria nō cauebit ab inſidijs
Fortitudo non aggredietur terribilia ſm compen. theologie. ſm beatū Aug. iuſtitie ſunt
due partes ſcilicet declinare a malo ⁊ facere bonum. ſm vero Macrobium partes iuſti
tie ſunt ſex. ſ. religio. pietas. gratia. vindicatio. obſeruantia. ⁊ veritas. Religio eſt cuiuſ
dam ſuperioris nature quam diuinā vocant curam cerimoniamqꝫ affert. Pietas eſt per
quam coniunctis ſanguine ⁊ beniuolentie officium diligens tribuitur cultus. Gratia eſt
in qua amiciciarum ⁊ officiorum alterius memoria ⁊ remunerandi voluntas continetur.
Vindicatio eſt virtus per quam vis iniuria ⁊ omne quod obfuturū eſt defendendo atqꝫ
vlciſcendo propulſatur. Obſeruantia eſt virtus per quaz homines alia dignitate antece
dentes cultu quodam ⁊ honore dignantur. Veritas eſt per quam immutata ea que ſunt
aut fuerunt aut futura ſunt dicuntur. Unde dicit Seneca in libro de quattuor virtutibus
ꝙ duo pertinēt ad iuſticiā. ſ. velle omnibꝰ prodeſſe ⁊ nulli obeſſe. Proch dolor iuſticia
peruertitur pluribus modis. ſ. amore. odio. munere. timore. ⁊c. Iudex enim non debet de
clinare ad dexteram nec ad ſiniſtram in iudicando ſed debet dicere ius ſeu illud quod eſt
iuridicū ⁊ rationabile. vnde Sapi. vi. Diſcite iudices finium terre quoniam cū eſſetis mi
niſtri iuſticie non recte iudicaſtis. ideo iudicium duriſſimum fiet vobis. Talibus enim iu
dicibus peruerſis infert dominus maledictionem per os Yſaie. v. Ve qui iuſtificatis im
pium pro muneribus. Iuſtitia enī nobis cōmendatur per ſacram ſcripturaz in pluribus
paſſibus. primo ſapi. primo diligite iuſticiā qui iudicatis terram. Eccleſiaſtici quarto vſqꝫ
ad mortem certa pro iuſticia. Ezechielis. xlv. Rapinas intermittite ⁊ iudicium ⁊ iuſticiā
facite. Iuſtitia in pñti vita a malo pene cuſtodit. Dani. vi. Concluſit ora leonū ⁊ non no
cuerunt mihi quia coram eo iuſticia inuenta eſt in me ⁊c. Effectus enī iuſticie eſt multiplex
vnus quia a malo pene in preſenti cuſtodit vt in auctoritate immediate precedēte. Tēpo
ralia bona tribuit. ꝓuer. xiiij Iuſtitia eleuat egentem. ecōuerſo iniuſtitia reddit egenum
Eccle. x. regnum a gente in gentem transfertur ꝓpter iniuſticias. Iuſticia enim beatificat.
Math. v. Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſticiam. ⁊ prima pe. iij. Si quid patimini ꝓpter
iuſticiam beati. Iuſticia exaltat. Eccle. xx. qui operatur iuſticiam exaltabitur. econuerſo di
cit pſal. ꝓpter iniuſticias ſuas humiliati ſunt hoc eſt dicere ꝙ ſicut iuſticia exaltat ita iniu
ſticia humiliat ⁊ ſupprimit. Iuſtitia appetitū concupiſcētie refrenat Yſa. xi. erit iuſtitia ci
gulum lumborum eius. Iuſticia locum deo preparat. ps. iuſticia ⁊ iudicium ꝑparatio ſe
dis tue. Iuſtitia a morte eterna liberat. ꝓuer. x. Nō ꝓderūt theſauri iniquitatis. Iuſticia
vero liberauit a morte. ⁊ ſecunda ad thymo. iiij. Repoſita eſt mihi corona iuſticie. Iuſti
tia remunerat. ps. Et retribuet mihi dominus ſm iuſtitiam meam.

**Sequitur textus de fortitudine**

**Fortis ſis animo ſemper peccata cauendo**
**Sis conſtans fortis cum te tentat malus hoſtis**
**Si quoqꝫ meſto vexeris fortior eſto**
**Nam poſt aduerſa dominus bona dat vice verſa.**



**Ut non deficias conſtans in turbine fias.**
**Tunc debes eſſe mage fortis quando neceſſe**
**Semper magnanimus aduerſis fortior eſt plus.**

In iſto capitulo actor noſter determinat de fortitudine que eſt virtus cardinalis
Pro quo eſt notandum ꝙ fortitudo alia eſt corporalis. ⁊ illa conſequitur naturā
Alia eſt ſpiritualis ⁊ illa eſt duplex. nam quedam eſt virtus cardinalis. Alia eſt
donum. ſſ. ſed hic intelligit actor de fortitudine virtute. Pro quo adhuc eſt diſtinguendū
quia fortitudo ſpiritualis poteſt ſumi large pro omni vi. ⁊ ſic omnis virtus habet fortitu
dinē reſpectu vicij ſibi cōtrarij. alio modo ſumitur minus large. ⁊ ſic attenditur circa diffi
cilia in paſſionibꝰ ſiue ſint paſſiones exteriores ſiue interiores. paſſiones interiores ſunt
ille circa quas certamen habet temperantia vt ſapor circa guſtū ⁊c. ſic accipitur fortitudo
ſuper ꝓuer. vlt. Mulierem fortem quis inueniet. mulier fortis eccleſia eſt que pro amore
proſpera contemnit ⁊ aduerſa fortiter tolerat. Tertio modo ſumitur fortitudo ſtrictius. ꝓ
fortitudine que attenditur circa ea que ſunt difficilia ī paſſionibus exterioribus ita ꝙ nō
cōprehendit temperantiā ⁊ ſic ſumitur ab Augu. in libro de moribus eccleſie ſic dicente.
fortitudo eſt amor facile tolerans omnia propter illud quod amatur quequidē diffinitio
Auguſtini cōpetere videtur charitati ſpei fidei ⁊ timori. De fide patz prima pe. vltimo cui
reſiſtite fortes in fide. De ſpe patet ad Hebre. vi. fortiſſimū ſolatium habeamus qui cuz
fugimus ad tenendā propoſitam ſpem. De charitate can. vlti. fortis vt mors dilectio. De
timore. Iob. iiij. vbi eſt timor tuus ibi eſt fortitudo tua. glo. fides. ſpes. charitas. ⁊ timor
aliter faciunt aliquē fortez ⁊ aliter fortitudo quia actus illi fiunt a fortitudine originaliter
⁊ fortitudo facit fortē formaliter ad aggrediendum terribilia ⁊ ſuſtinenduz difficilia. alio
modo fortitudo ſumitur ſtrictiſſime ſm ꝙ non attenditur circa quodcunqꝫ difficile in paſ
ſionibus exterioribus ſed tm̄ circa paſſiones exteriores que corpori infliguntur ⁊ nō ex
tendit ſe ad dāna rerū ſic videtur Ariſtoteles in ethicis capere fortitudinē. ſm vero Ma
crobium fortitudo nihil aliud eſt niſi turpia metuere: proſpera ⁊ aduerſa fortiter tolerare.
ſm vero glo. ſuper illud Mathei. xiiij. quattuor milia hominum qui manducauerunt ⁊c.
Fortitudo eſt firmitas animi contra moleſtias ſeculi. Partes fortitudinis ſunt ſm Tulliū
quattuor. ſcilicet magnificentia. fiducia. patientia. ⁊ perſeuerentia. Magnificētia eſt ma
gnarum ⁊ excellſarum rerum cogitatio atqꝫ adminiſtratio cum quadam animi ampla ꝓpo
ſitione. Fiducia eſt virtus per quam in magnis ⁊ honeſtis rebus in ſe animus ex ſpe cer
taqꝫ fiducia collocatur. Patiētia eſt honeſtatis ⁊ vtilitatis cauſa rerum arduarū atqꝫ diffi
cilium voluntaria atqꝫ diuturna perpenſio ſeu permanſio. Perſeuerantia eſt virtus ī rōe
bene conſiderata ſtabilis ⁊ ꝑpetua permanſio. Alij aſſignant fortitudinis ſex partes ſcꝫ
magnanimitatē. fiduciam. ſecuritatem. patientiam. cōſtantiam ⁊ magnificentiam: ⁊ illud
videtur ſatis rationabile qa fortitudo expellit debilitatē animi ⁊ magnitudinē efficit. De
bilitas animi eſt triplex. prima eſt nimia paſſibilitas a malo futuro que timiditas vocari
poteſt que diſſuadetur nobis. Eccle. vij. Noli eſſe puſillanimis ī animo tuo. ⁊ Mat. viij.
quid timidi eſtis modice fidei. Secunda eſt nimia paſſibilitas a malo preſenti que eſt q̄ſi
quedam teneritudo ⁊ mollicies cuius ſignum eſt facilitas dolendi. Tertia eſt inſtabilitas
q̄ ſimilis eſt debilitati virge ſubtilis que de facili in omnem partem flectitur. Contra has
tres infirmitates ſunt tres partes fortitudinis. ſcꝫ ſecuritas contra timiditatez. patientia
contra dictam teneritudinē. conſtantia contra inſtabilitatez. Fortitudo inquantū magni
tudinem efficit tres habet partes ipſa enim q̄tum ad actus ſuos habet principiū mediuz
⁊ finem q̄tum ad principiuz pertinet ad eam magnanimitas que eſt rationabilis aggreſ
ſio terribilium. Super quo eſt notanduz ꝙ magnanimitas qñqꝫ ſumitur pro fortitudine
⁊ attenditur non ſolum in aggrediendo terribilia. ſed etiam in ſuſtinēdo ⁊ pertinet ad eā
non ſolum aggreſſio arduorum ſed etiam proceſſus ⁊ conſummatio eorum ſm ſummam
de virtutibus. Alio modo dicitur magnanimitas terribiliū ſpontanea ⁊ rationabilis ag

greſſio ⁊ ſic ſumitur a Macrobio. Homo enim non dicitur magnanimus ſi aggrediatur terribilia vel difficilia propter cupiditatem vel glorie vanitatem. ſed propter cōmunē vtilitatem vel propter honeſtatem. vnde Tullius. nihil tam anguſti animi eſt tanq̃ parui ꝙ amare diuitias. Non enim debet homo abſq̃ cauſa ſe offerre periculo in tranquillo tēpeſtatem optare demētis eſt. tempeſtati autē cū euenerit ſubuenire ſapientis eſt. Vñ poeta vis conſilij expers mole ſua ruit. Et Seneca in libro de quattuor virtutibus. Eris magnanimus ſi pericula non appetas vt temerarius nec formides vt timidus. Magnanimitas videtur diſtingui in tres partes. ſ. in cordis altitudinē latitudinem ⁊ longitudinem. Cor altum eſt quod in aduerſis nō deijcitur ſed eleuatur. vnde Seneca in epiſtolis nō eſt mirum in tranſquillitate nō cōcuti illud mirare ſcꝫ ibi extolli aliquem vbi omnes deprimuntur ibi ſtare vbi oēs iacent vel cor altū eſt cor deſpiciens honores tranſitorios. Cor latū eſt cor deſpiciens latitudinē diuitiarū Seneca in epiſtolis ille ingentis animi eſt qui diuitias circunfuſas ſibi multum diuq̃ miratus vnde venerunt reſpiat ⁊ ridet eas deſpiciēs Cordis longitudo eſt per quam vincitur tedium longe expectationis vel longitudo moleſtie ⁊ laboris. Quantum ad medium ad eam pertinet fiducia que eſt certa ſpes perducendi ad finem rem que inchoata eſt. Quantum ad finem pertinet ad eam magnificētia que eſt rerum que geruntur felix conſummatio. Securitas enim ſm Ariſtote. in ethicis eſt intimiditas mali. vnde prouerbi. xxviij. Iuſtus vt leo confidens abſq̃ timore erit ꝙ leo ſit ſine timore habetur prouer. xxx. Leo fortiſſimus beſtiarum a nullius pauebit occurſu. Securitas enim cōmendatur. prouer. xv. ſecura mens quaſi iuge cōuiuiū. ⁊ Gre. in mora. quaſi continuatio refectionis ⁊ trāſquillitas ſecuritatis. E conuerſo ſecuritas temeraria eſt reprehenſibilis ſicut contingit his qui ita ſecuri ſunt in mari huius mundi ſicut ſi eſſent in portu. de quibus Auguſtinus in libro confeſſionum nemo ſecurus debet eſſe ī iſta vita q̃ tota tentatio nominatur. De hac reprehenſibili ſecuritate legitur Geñ. in pluribus capitulis tempore diluuij ⁊ deſtructionis ſodome ⁊ gomorre ⁊c̄. quomodo homines edebāt ⁊ bibebant ⁊ repentinus aduenit concuſſus ⁊ periclitati ſunt. ⁊ prima ad Theſſal. v. De illa reprehenſibili ſecuritate dicitur cum dixerint pax ⁊ ſecuritas tunc repentinus ſuperueniet interitus. Fortitudo enim commendatur ſm Tullium quia nomen virtutis antiquitus fuit ſolius fortitudinis. Item commendatur quia fortitudo multuꝫ competit ſtatui in quo ſumus. Mūdus enim iſte locus eſt laboris ⁊ certaminis ideo in vita preſenti valde neceſſaria eſt nobis fortitudo. ad Galatas ſexto. dū tempus habemus operemur bonuꝫ ad omnes. ⁊ Eccleſiaſtes. ix. Quodcunq̃ poteſt facere manus tua inſtanter operare quia nec opus nec ratio nec ſcientia nec ſapientia erūt apud inferos quo tu propas. vñ Ber. In mundo iſto quaſi in ſtadio certaminis poſiti ſumus. Alibi per Senecaꝫ cōmendatur dicens. facilius eſt gentem vnam q̃ virum vnum vincere in quo eſt animi fortitudo. Similiter cōmendatur in aggreſſione arduorum. pſal. viriliter agite ⁊ confortetur cor veſtrū Item in contemptu terrenorum ad Hebreos vndecimo. Moyſes negauit ſe filium filie pharaonis magis eligens affligi cum populo dei. Item in ſuſtinentia tribulationū. canti. vltimo. fortis eſt vt mors dilectio. Item in reſiſtentia tentationū. ſecunda ad Thymoteū ſecundo. Nemo coronabitur niſi qui legitime certauerit. Item in impugnatione viciorūꝫ Iob ſeptimo. Militia eſt vita hominis ſuper terram. Effectus enim fortitudinis eſt multiplex de hoſtibus triumphat. ij. Machabeoꝝ duodecimo. Vir fortiſſimus iuda hortabatur populum ſe conſeruare ſine peccato ⁊c̄. Et ſecundo Regum viceſimo ſecundo. Accinxiſti me fortitudine ad prelium ⁊ incuruaſti reſiſtentes mihi ſubtus me. Itē homini bona ſua ſeruat. Luce vndecimo. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuuꝫ in pace ſunt omnia que poſſidet. Item regnum celorum expugnat. Mathei vndecimo. Regnum celorū vim patitur. Item fortitudo ornat. Prouerbiorum vltimo. fortitudo ⁊ decor indumentū eius. Item hominem ditat. prouerbiorum vndecimo. Robuſti habebunt diuitias. Et eodem decimo. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa. manus autem fortiuꝫ diuitias parat De conſtantia patientia ⁊ perſeuerentia declarabitur inferius.



## Sequitur textus de temperantia.

Cum domino gratus viuas eſto moderatus
Non vult ſobrietas rationis frangere metas.
Quando plus poteris in cunctis te modereris
Vincere cor proprium magis eſt q̃ vincere mundum
Temperet exceſſus qui non vult eſſe repreſſus
Semper adeſt vitium ſi non ſit temperamentum.
Quanto maior eris moderatior eſſe teneris
Nam cito ſtultus eris niſi velle tuum modereris.

In iſto capitulo actor noſter determinat de temperantia. pro cuius declaratione eſt premittendum ſm ꝙ habetur in gloſa ſuper decimūquintum capitulū Math.

Temperantia eſt refrenatio cupiditatis ab hijs que temporaliter delectāt. cui cōcordat Auguſtinus dicens. temperantia eſt in cohercendis prauis delectationibus. ſm vero Macrobiū temperantia eſt nihil appetere non appetendū. in nullo legem moderationis excedere ſub iugo rationis cupiditatem domare. Et ſunt temperantie tres ſpecies ſcilicet ſobrietas. continentia ⁊ modeſtia. Prima conſiſtit circa guſtū in quo ponit modū ſcilicet ſobrietas. Sobrietas ſm Tullium eſt refrenatio gule ab exceſſu cibi ⁊ potus. Secunda ſcilicet continentia conſiſtit circa tactum q̃tum ad vim potentie generatiue in quo ponit modum caſtitas habet enim homo vehementem appetitum conſeruandi ſe in eſſe indiuidui per nutritiuam ⁊ conſeruandi ſe in eſſe ſpeciei per generatiuam. iſti autēꝫ appetitus reſtringuntur per ſobrietatem ⁊ continentiā. Continentia eſt virtus per quam cupiditas conſilij gubernatione regitur. Tamen quia cupiditas habet duas ſpecies. ſcilicet inordinatum appetitum delectandi ⁊ inordinatum appetitum habendi ſic continentia videtur habere duas partes vnam que refrenat appetitum voluntatum ⁊ aliam que refrenat appetitum diuitiarum ſm gloſam ſuper ſextum capitulum Luce ⁊c̄. Tertia ſcilicet modeſtia cōſiſtit in dictis ⁊ factis. factum autē prout accipitur pertinet ad tres ſenſus. viſum auditum. ⁊ olofactum, etiam hoc factum pertinet ad tactuꝫ non quidem qui eſt in generatiua. ſed ad alios tactus quorum organa ſunt manus ad percutiendum vel capiendum ⁊ pedes ad ambulandum in omnibus iſtis modum ponit modeſtia. Modeſtia eſt virtus per quam pudor honeſtus caram ⁊ ſtabilem comparat auctoritatem. Tullius tamen dicit ꝙ clementia eſt pars temperantie. ideo ſm eundem debet annumerari cum predictis tribus. ⁊ eſt clementia ſm eundem virtus per quam motus animi in odium alicuius temere concitatus benignitate continetur. ſm vero Senecam clementia eſt temperantia animi in poteſtate vlciſcendi vel leuitas ſuperioris aduerſus inferiorē in penis cōſtituendis licet enim clementia neceſſaria ſit omnibus maxime tamen principibus. vnde dominus primum principem populi ſui conſtituit Moyſem qui erat vir mitiſſimus. Numeri. xij. ⁊ tertio Regum viceſimo legitur ꝙ reges domus iſrael clementes erāt. ⁊ heſter. xiij. volui nequaq̃ potentem abuti magnitudine: ſed clementia ⁊ leuitate gubernare ſubiectos. Exemplum habemus Mathei viceſimoprimo de ſaluatore noſtro dicens per prophetam alibi. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus: in cuius clementie ſignū inūgunt reges xpiani ⁊ eccleſie prelati. vnde Seneca nullum ex hominibus clementia magis q̃ regem aut principem decet. Ille enī qui preeſt quandoq̃ dꝫ parcere quandoq̃ vltionem capere. De hoc habemus exemplū Heſter octauo quomodo virga aſſueri regis extenta ſignum erat clementie non extenta ſignum erat vltionis. Temperantia enim animam decorat: quia ſicut in naturis forma eſt decentior materia ſic ⁊ in moribus plus cōmendatur modus q̃ ipſa actio. Oratius. Eſt modus ī rebus ſunt certi deniq̃ fines. quos vltra citraq̃ nequit cōſiſtere rectum, ⁊ alibi poeta. Auro quid melius, iaſpis, quid iaſpide, ſenſus, quid ſenſu, ratio.

quid ratione modus. igitur omnibus adde modum modus eſt pulcherrima virtus. Temperantia enim propter hoc comparatur ſoli qui medius planetarum eſt ⁊ decentioꝛ inter omnes. Unde Hieronymus cõmendans temperantiã ait. qui temperantie virtutem habet viuit vt homo qui vero eam non habet viuit vt bꝛutum. qui enim poſt carnem ambulant in ventrẽ ⁊ libidinem pꝛoni quaſi irrationabilia iumenta reputantur. De continentia viduali modeſtia ⁊ ſobꝛietate plura dicentur inferius.

Sequitur de donis ⁊ pꝛimo timoꝛis

Rẽ cunctis timeas dominum ſimul ⁊ reuerere.
Ni dominum metuis e ẽ opus eſt te cuncta timere.
Si dominum metuis contraria nulla timebis
Si quis amet dominum ſemper reuerebitur ipſum
Humano moꝛe non eſt amoꝛ abſq; timoꝛe
Non ſibi ſeruili ſed amicabli reuerenti
Non timeas hominem nec mundum te tribulantem
Sed dominum metue qui regnat ſemper vbiq;.
Qui valet in patria te ponere ſiue gehenna
Si chꝛiſtum metuis ſemper peccare cauebis
Si metuis dominum tibi donabit paradiſum.

N iſto capitulo actoꝛ noſter determinat de dono timoꝛis. ſed quia fit mentio de donis in rubꝛica eſt pꝛemittendu; ꝙ licet omnes habitus poſſint dici generaliter dona dei ſpecialiter tamen ⁊ appꝛopꝛiate ſunt ſeptem dona ſpiritusſancti ſcilicet timoꝛ. pietas. ſcientia. foꝛtitudo. conſilium. intellectus. ⁊ ſapientia. vbi eſt notandũ ꝙ differentia eſt inter donum ⁊ datum. quia donum cõnotat effectũ in habitu ſicut miſericoꝛs datum autem cõnotat in actu ſicut miſeratoꝛ ſm docto. ſuper. xv. diſtincti. pꝛimi ſententiarum. Iſta eni; dona dantur vt per ea expellantur ſeptem vicia: per timoꝛem ſuperbia: per pietatem inuidia: per ſcientiam ira: per foꝛtitudinem accidia. per conſilium auaritia: per intellectum gula: ⁊ per ſapientiam luxuria. ſicut ſcribitur ad Epheſios quarto. Aſcendẽs chꝛiſtus in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus. hec ſeptem dona dicuntur ſeptifoꝛmis gratia. ſ. ſeu ſeptem effectus quequidẽ dona dicũtur dari ibi in gloſa contra ſeptem mala. ſcilicet ſapientia contra ſtultitiam. intellectus contra hebetudinẽ. cõſilium contra pꝛecipitationem. foꝛtitudo contra timoꝛem. ſcientia contra ignoꝛantiã. pietas contra duritiam. timoꝛ contra ſuperbiam. Alio modo dicuntur illa ſeptem dona dari propter expediendas vires naturales. nam iraſcibilis indiget expediri tam in pꝛoſperis ꝙ̃ in aduerſis. In pꝛoſperis quidẽ per timoꝛẽ. in aduerſis per foꝛtitudinem. concupiſcibilis indiget expediri q̃tum ad effectum reſpectu dei qđ fit per guſtum ſapientie etiam q̃tum ad effectum reſpectu pꝛoximi qđ fit per pietatem. ratio indiget expediri in veritatis ſpeculatione qđ fit per donum intellectus ⁊ veritatis electione qđ fit per donũ conſilij. ⁊ in electi executione qđ fit per donum ſcientie. Item dicuntur ſepte; dona pꝛopter regimen actiue vite ⁊ contemplatiue. Contemplatiua debet habere timoꝛem ad reuerẽtiam maieſtatis. Intellectum ad intelligentiam veritatis ſapientiam ad guſtum bonitatis. Actiua vita debet habere pietatem ad agendum. ſcientiam ad directionem pietatis. conſilium ad directionem foꝛtitudinis. foꝛtitudinem in pꝛoſperis ⁊ aduerſis recte conducendis vt dictum fuit ſupꝛa in capitulo de foꝛtitudine. Plura enim dona ſunt ad intellectum ſpectantia quia lux cognitionis multum expedit ad dirigendos pedes noſtros in viam rectam. dicit enim Greg. ſuper Ezechiel. ꝙ per ſapientiã ſumus maturi per intellectũ puidi. per ꝯſiliũ cauti. ꝑ foꝛtitudinẽ aioſi. ꝑ ſciẽtiã diſcreti. ꝑ pietatẽ miſericoꝛdes. ⁊ ꝑ timoꝛẽ hũiles.



hec de donis in generali. Queritur vtrũ ſit differentia inter virtutes ⁊ dona. Solo. Grego. ſuper Iob. dicit ꝙ ſic quia virtutes ſunt ad agendum recte. Habitus donoꝛum ad agendum expedite. Habitus beatitudinum ad agendum vel patiendum perfecte.

Sequitur in ſpeciali de dono timoꝛis.

Imoꝛ ſm Auguſtinum ſuper Iohan. eſt fuga mali ne perdat homo quod amat. ſapiens enim timet ⁊ declinat a malo. ſtultus autem tranſilit ⁊ confidit. pꝛouerbioꝛ. xiiij. ⁊ enumerantur cõmuniter ſex ſpecies timoꝛis. ſc; naturalis. humanus. mundanus. ſeruilis. initialis. ⁊ filialis. naturalis eſt timoꝛ quo quilibet timet naturaliter nocumentu; nature ⁊ ille timoꝛ nec eſt meritoꝛius nec demeritoꝛius: quia non ſubiacet libero arbitrio. Et dicitur naturalis non a natura inſtituta ſed deſtituta. quia ille timoꝛ eſt pena pꝛo peccato pꝛimoꝛum parentum inflicta. hoc timoꝛe chꝛiſtus naturaliter moꝛi timuit Marci. ix. cepit ieſus pauere. ⁊ Math. xxvi. eadem ſententia habetur. Pꝛo quo eſt notandum ꝙ duplex voluntas fuit in xp̃o. ſcilicet increata ⁊ creata. de increata ſuperſedeo. ſed de voluntate creata eſt dicendum ꝙ eſt duplex. ſ. rationis ⁊ ſenſualitatis: Item voluntas rationis eſt duplex. ſcilicet rationis vt ratio eſt. ⁊ voluntas rationis vt natura eſt. Voluntate rationis vt ratio eſt confoꝛmauit ſe voluntati increate. ſed voluntate rationis vt natura eſt ⁊ volũtate ſenſualitatis voluit aliquid pꝛopꝛium quod nõ voluit voluntate rationis vt ratio eſt. ſ. nõ moꝛi. nec in hoc fuerunt ille voluntates ꝯtrarie l; volita fuerint ꝯtraria quoniã ſm voluntatem diuinam quod iuſtum erat voluit. ſm voluntatem rationis iuſte conſentit. ſm voluntatem ſenſualitatis penam recuſauit. Et ſic quelibet volũtas quod ſuum erat tenuit. ſcilicet diuina voluntas tenuit iuſticiam. voluntas rationis tenuit obedientiam. voluntas ſenſualitatis tenuit naturam. ſm Albertum in pꝛimo libꝛo ſui compendij theologie ⁊c. Timoꝛ humanus eſt quo quis timet pelli ſue ⁊ ille timoꝛ naſcitur ex nimio amoꝛe pꝛeſentis vite ⁊ eſt quandoq; actus eius moꝛtalis. ſcilicet cum potius quis peccaret moꝛtaliter ꝙ̃ amitteret vitam ſuam. de quo Iohan. xij. qui amat animam ſuam in hoc mundo perdet eam. Quãdoq; actus iſtius timoꝛis eſt venialis: vt cũ quis faceret pꝛius veniale peccatum ꝙ̃ permitteret ſe occidi. Mundanus timoꝛ eſt quo quis timet nimis rebus ſuis ille timoꝛ naſcitur ex nimio amoꝛe rerũ temporaliũ ⁊ eſt quandoq; moꝛtalis ⁊ quandoq; venialis vt ſupꝛa. Iſte timoꝛ fuit in iudeis qui occiderunt xp̃m. Iohã. xi. Si dimittimus eum ſic omnes credent in eum: ⁊ venient romani ⁊ tollent locũ noſtru; ⁊ gentem. Timoꝛ ſeruilis eſt quo timet quis peccare pꝛopter gehennã pꝛincipaliter: ⁊ iſte timoꝛ non eſt cũ charitate. vnde Auguſtinus. Inaniter putat ſe eſſe victoꝛem peccati qui timoꝛe non peccat. Timoꝛ initialis eſt quo quis timet gehennam ⁊ dei offenſam. Unde quaſi habet duos oculos. vnum ad penam alium ad deum ⁊ hic vltimus oculus d; eſſe pꝛincipalioꝛ. Iſte timoꝛ eſt cũ imperfecta charitate. de quo pꝛima Iohan. iiij. Perfecta charitas foꝛas mittit timoꝛẽ quoniam timoꝛ penam habet. glo. timoꝛem illum de quo dicitur Initium ſapientie timoꝛ domini. Eccleſiaſtici pꝛimo. quo timet quiſq; inſipiẽs opa iuſtitie ne veniat diſtrictus iudex ⁊ ſe minus caſtigatũ dãnet q̇ eũ ſic timet non eſt perfectus in charitate. Et ſi dicatur ꝙ ſancti maxime timuerunt gehennã. reſpondetur ꝙ maxime timuerunt ⁊ cauerunt ea que ad gehenna ducunt. Greg. ſuper Iob. notando q̇ ſit perfecta charitas que nõ patitur ſecum timoꝛe; dicit ꝙ duplex eſt perfectio charitatis ſcilicet vna eſt neceſſitatis ⁊ ſufficientie. Alia eſt pꝛeuiligiate ſanctitatis ⁊ excellentie quas perfectiones tangit pꝛoſper libꝛo tertio de contemplatiua vita dicens. perfecti ſunt illi qui perfecte deum diligunt qui volendo quod vult deus nullis peccatis quibus offenditur deus acquieſcunt ⁊ ſemper ad virtutes diligendas ⁊ habendas ſe extendunt. perfectionem neceſſitatis tangit cum dicit quod deus vult. hec perfectio charitatis bene compatitur ſecũ aliquos timoꝛes. Perfectionem excellentie charitatis tangit cum dicit ⁊ ſemper ad virtutes diligẽdas ⁊ habendas ſe extendunt. ⁊ hec perfectio charitatis foꝛas mittit omnẽ timoꝛem quiquide; timoꝛ h; penam vt ait aug. ſuperius. Timoꝛ filialis eſt quo quis timet offenſam dei vel ſeparationẽ a deo talis enim cauet offenſam patris celeſtis ſicut bonus

filius etiam ſi ſciret ex illa offenſa nihil mali ei accidere cum tali timore eſt ſecuritas cuz aſ
ſit perfecta charitas.prima Johan.iiij.in hoc perfecta dei charitas eſt nobiſcum.Eſt ad
huc alius modus timoris qui dicitur timor reuerentie qui ſolus inter alios erit in patria
ſicut dicit ps.Timor dñi ſanctus permanet in ſeculū ſeculi.Et talis reuerentia eſt reſilitio
a conſiderata magnitudine dei in propriā paruitatez.quia dictum extitit ꝙ timor eſt fuga
mali.Eſt notandum ꝙ malum diuiditur in malū pene ⁊ malum culpe.Timor filialis fugit
malū culpe.ſ.dei offenſam.timor naturalis naturaliter fugit malum pene. Fuga mali pe
ne voluntaria pertinet ad alias quattuor ſpecies timoris.Adhuc malum pene diuiditur
in penam ſenſus ⁊ penam damni.Et vtraqꝫ diuiditur in temporalem ⁊ eternam penam.
Fuga pene ſenſus temporalis pertinet ad timorē humanū. Fuga pene ſenſus eterne per
tinet ad timorem ſeruilem.Fuga damni tꝑalis pertinet ad timorem mundanum.Fuga dā
ni eterni pertinet ad timorem initialem ſm ſummam de virtutibus.Multa enim debent
nos incitare ad timorem.vnuz eſt conſideratio culpabilitatis noſtre.Ber.qui memor eſt
malorum ſuorum ⁊ diuini iudicij ſemper triſtis erit.Aliud conſideratio miſericordie quā
deus exhibet hominibus in preſenti ⁊ iuſticie in futuro.Unde Augu.ſm magnitudinem
mie in preſenti erit magnitudo iuſticie in futuro.Aliud conſideratio iuſticie quam legitur
dominus feciſſe in hoc mundo.primo de lucifero ⁊ ſuis complicibus.Luce.x.videbam ſa
thanā quaſi fulgur de celo cadentem.De pena inflicta primis parentibus pro pctō eoꝝ
de diluuio propter peccatum carnis ⁊c.Aliud conſideratio dñice paſſionis.Ber.ex cōſi
deratione remedij periculi mei eſtimo ꝗtitatē.Aliud exemplum ſaluatoris qui fleuit vi
dens ſtatum noſtrum periculoſum. Luce. xix. Videns ieſus ciuitatem fleuit ſuper illam.
Aliud conſideratio diuini iudicij auſteritatis.Deut.xxxij.Si arripuerit iudiciuz manus
mea:reddam vltionem hoſtibus meis. Et his qui oderunt me. Timor enim multa bona
facit.peccatum expellit.Eccle.primo. Initiū ſapientie timor domini. Negligentiā abijcit
Eccleſiaſtes.vij.qui timet deum nihil negligit.Mentem ſtabilit.puer.xvi. In timore dñi
declinatur a malo.Spūaliter ditat.ps. Non eſt inopia timentibus deum.⁊ alibi.timenti
bus deum nihil deeſt.Timor bona opera cumulat.Eccleſiaſtici.xv.qui timet deum faciet
bona.cor delectat.Eccle.primo.timor domini delectabit cor. vitam prolongat. in eodem
eccleſiaſtico.timor domini apponit dies.Deuotionē irrigat.puer.xiiij.timor dñi fons vi
te.Eternaliter remunerat. Eccle. primo.timentibus deum bene erit in extremis. ⁊ in die
bus defunctionis ſue benedicetur.Timor eñi ſeruilis donum ſpūſſancti eſt nec tñ cum.ſ.
eſt ſicut aurora eſt a ſole nec tamen eſt cum ſole.Timor ſeruilis ſic ſpūiſancto locū prepa
rat vt eum ſicut ſeta filum introducat. Seta autem ſic filuz introducit vt ipſum precedat:
ſed cum ipſo non permanet ſicut ait Auguſti.timor ſeruilis eſt bonum quo nemo beneviti
tur quia licet habitus timoris ſeruilis ſit bonus in ſe ſm quem etiam donum.ſſ. eſt tamē
actus eius eſt quandoqꝫ pctm̄.timor ſeruilis duo facit.preparat viaz charitati.retrahit a
pctō metu pene tm̄.ratione primi bonꝰ eſt.ratione ſecundi diſtinguitur.quia vſus ſeruilis
timoris eſt duplex.ſ.cum quis vtitur eſſentia habitus vel cum quis vtitur ſeruilitate.pri
mo mō vſus eſt bonus:nam eius vſus eſt abhorrere penas eternas quod bonū eſt: cum
ſit etiam in timore initiali.Secundo modo vſus eius eſt malus:quia ſic vſus eius eſt vi
tare malum ex coactione per penam.cuius tamen affectus haberet in voluntate.⁊ ſeque
retur effectus ſi ſepararetur impunitas vt ait Auguſtinus dicens.Timor ſeruilis bonus
eſt. Non tamen qui timet ſeruiliter bene agit quia agere bonum eſt ex bonitate facti. Sꝫ
agere bene.ideſt meritorie eſt ex bonitate agentis qui agit ex virtute charitatis ⁊ gratie.
Timor initialis ſic dictus eſt quia eſt primo incipientium qui adhuc in anguſtia ſunt ſup
peccato ſuo quod cōmiſerunt:ſed hec anguſtia mittitur foras quando cōſcientia ſerenat
ad plenum. Perfecta dei charitas dicitur foras mittere timorem initialem inquantuz ha
bet naturam timoris ſeruilis:ſcilicet ſm hoc quod habet oculum ad penam.Timor enim
initialis habet duos oculos.vnum ad gloriam qui eſt ei eſſentialis. Alterum oculum ha
bet ad penam qui eſt ei accidentalis.Sed timori ſeruili eſt eſſentialis. Preterea timor ini



tialis abſtinet a peccato veniali propter penam purgatorij quo caſu poteſt conuenire cuz
perfecto qui etiam timet penam purgatorij inquantum eſt dilatoria glorie ſiue ſeparatiua
ad tempus. Pro vlteriori declaratione premiſſorum eſt notanduz ꝙ duplex eſt amor
ſcilicet filialis quo deum diligimus propter ſe tantum. Et mercennarius quo diligimus
deum principaliter propter ſe ⁊ ſecundario habito reſpectu ad mercedem. Huic duplici
amori reſpondet duplex timor ſcilicet filialis ⁊ initialis.Filialis timor reſpondet filiali a
mori. Initialis timor reſpondet amori mercennario.Timor filialis proprie timet offende
re deum qui etiam ſi propter peccatuz non ſeparetur a deo tamen a peccato abſtineret ne
ipſum deum offenderet.⁊ in hoc differt filialis timor ab initiali. Alia differentia eſt quia
timor initialis eſt imperfectorum.ſed timor filialis eſt perfectorum. Alia differentia eſt
quia cum in timore pene duo ſunt ſcilicet punctio ⁊ cautela . ipſa punctio pertinet ad ti
morem initialem.Talis enim punctio eſt ex conſcientia peccati de quo neſcit an ſit dimiſ
ſum.Cautela vero pertinet ad timorem filialē ſicut enim perfectus cauet peccatum ⁊ de
um offendere ita per conſequens cauet penam ſed tamen per accidens. Timor enim dei
ſeu filialis eſt ſanctus ⁊ caſtus.

Sequitur textus de dono pietatis ⁊ miſericordie:

Si vis gaudere ſemper miſeris miſerere
Si pius es miſeris pietate dei potieris.
Utilis eſt pietas pluſꝗ terrena poteſtas.
Nemo poteſtate ſaluatur ſed pietate
Septem corporea fac pauperibus pia facta
Paſce fameſcentes pota nimium ſitientes.
Indue nudatos redimas de carcere captos
Egros conforta peregrinos collige porta
Defunctos ſepeli ſic ſumes gaudia celi.
Corrige peccantes ac inſtrue pauca ſcientes.
Conſule non doctis exora pro tribulatis
Conforta meſtos porta patiens oneroſos
Offenſas ſponte ledenti corde remitte.

In iſto capitulo actor noſter determinat de dono pietatis ⁊ miſericordie . ꝓ quo
eſt notandum ſm Gregorium ſuper Job.ꝙ pietas prout eſt vnum de ſeptez do
nis ſumitur pro miſericordia dicit enim pietas opus miſericordie docꝫ;glo.vero
ſuper quintum capitulum Math.videtur velle ꝙ pietas ſumatur pro cultu dei ſeu ꝓ ve
neratione rerum ſacrarum. Unde Greciſmus culturā domini pietatē dicimꝰ eſſe.Qui ei
pie querit honorat ſancta. Unde Auguſtinus cum Grego.pietas hominez ſub iugo dei
ſubijcit tanꝗ animal manſuetum ⁊ ſic pietas facit deum coli ⁊ venerari.Tamen ſm veri
tatem miſericordia ⁊ veneratio ſanctorum communicantur ſe. Miſericors enim deum
veneratur in paupere.immiſericors deum in paupere deſpicit.ꝓuer. decimoquarto. qui
calumniatur egentem exprobrat factori ſuo. Honorat autem eum qui miſeretur paupe
ris. Honorantur enim angeli in pauperibus cum pauperes honorentur ꝓpter angelos
eis ad cuſtodiam deputatos ⁊ angeli contemnuntur in contemptu pauperum . Mathei
decimooctauo. Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis. Dico enim vobis quia an
geli eorum in celis ſemper vident faciem patris mei.Aliquibus tamen doctoribus vide
tur ꝙ pietas prout eſt donum differt a mia in hoc ꝙ pietas reſpicit ſpūalē neceſſitatem ⁊
mia reſpicit corporalē neceſſitatē ⁊ ſumūt occaſionez talis diſtinctionis ex eo ꝙ dicit glo.
ſuper prime ad Thymo.iiij.capitulum pietas ad omnia vtilis eſt omis ſumma diſcipline

chriſtiane conſiſtit pietate ⁊ miſericordia ibi pietas ⁊ miſericordia cōnumerāt tanq̄ di-
uerſa. Aliquibus tamen alijs videt ꝙ pietas releuādo miſeriā ꝓximi ꝓcedat ex pricipijs
fidei. Miſericordia vero ꝓcedit ex principijs iuris naturalis. miſericordia dat pauperi
elemoſynā: quia frater noſter eſt naturalis eiuſdē ſpeciei nobiſcū. pietas vero dat elemoſy
nam q̄a filius dei eſt per adoptionē vel membrū corporis chriſti vel q2 chriſtus reputat
ſibi fieri quod fit pauperibus. Mat.xxv. q̄diu feciſtis vni ex minimis meis mihi feciſtis
Latria eſt honor deo exhibitus ⁊ q̄ ſoli deo ꝯpetit. glo. ſuper illud Math.iiij. dn̄m deum
tuū adorabis ⁊ illi ſoli ſeruies. ⁊ vocat a tullio religio. latria de tali latria ſeu adoratione
legitur Lu.xxij. poſitis genibus orabat. d. ⁊c. ⁊ Mat. vlt. de diſcipulis quomō videntes
ieſum adorauerūt eum. ⁊ Apoc.iiij. de .xxiiij. ſenioribus q̄ ꝓcedebant antecedentē in thro
no ⁊ adorabant viuentē in ſecula ſeculoꝝ. Et eodem .xij. omnes angeli ſtabant in circuitu
throni ⁊ adorauerunt deū dicentes amen. ꝙ ſoli deo ꝑtineat latria ſeu adoratio ambob9
genibus flexis pz Yſa.xlij. Gloriam meam alteri non dabo. glo. ſuper .xx. capitulū Exo.
vbi dicitur nō adorabis ea neq3 coles. ponit differentiā inter adorare ⁊ colere. nam quis
inuitus poteſt adorare adulando regibus ydolatris. ſ3 colere eſt toto animi affectu ⁊ ſtu
dio mācipari. Et reperit triplex cultus deo debitus. cordis. oris. ⁊ operis. Auguſtinus
loquens de theoſobia ſiue pietate que eſt cultus dei dicit ꝙ ꝯſiſtit in cognitione dei ⁊ dile
ctione cū debita ſubiectione. ⁊ hoc ſpectat ad cultū cordis. Cultus oris eſt vocalis profeſ
ſio maieſtatis diuine quā fideles faciūt deum orando laudando bn̄dicendo regratiando
⁊c. Cultus operis eſt quando aliquis opere recognoſcit ſingulare dn̄ium dei qđ eccleſia
recognoſcit. d. chriſto tu ſolus dn̄s ⁊c. Ad cultū operis ꝑtinebant aīalia quoꝝ imolatiōe
oſtendebant ſe deo ſubiectos ⁊ oſtendebant deū poſſe eos occidere. ſed hodie ſacrificiū
deo ſpūs ꝯtribulatus. Dulia eſt honor exhibitus creaturis q̄ preſunt vt angeli ſancti ⁊ ſu
periores q̄ preſunt in hoc mundo ⁊c. Reuerentia vero eſt que debetur rebus deo dedica
tis vt loco ſacro. tamen ſm aliquos talis reuerentia dicitur timor eo ꝙ reputamus nos
indignos: geñ.xxviij. Terribilis eſt locus iſte non eſt hic aliud niſi domus dei ⁊ porta celi
Non legitur enim chriſtum tantam iram oſtendiſſe in hoc mundo ſicut quando eiecit ven
dentes ⁊ ementes de templo eo ꝙ reuerentia debita templo non exhibebatur. Mat.xxi.
⁊ Johan.ij. premiſſis concordat compen. theologie dicens ꝙ donū pietatis ꝯſiſtit in tri
bus. in cultu dei. in veneratione ſacre ſcripture. ⁊ in honore proximi. Cultus dei cōſiſtit i
ꝓfeſſiōe diuine maieſtatis. hoc eſt theoſobia. veneratio ſacre ſcripture cōſiſtit in hoc vt ei
firmiter credatur vt ſollicite cuſtodiatur vt fideliter diſpenſetur. Honor proximi conſiſtit
in reuerentia ſuperiorū. in cōformitate equaliū. ⁊ in ſubuētiōe inferioꝝ. De miſericordia
notandum eſt ꝙ eſt virtus per quam animus ſuper calamitate afflictorum mouetur. Da-
maſcenus dicit ꝙ miſericordia eſt triſticia in alienis dāniſ. Miſericordia filiū dei in mun
dum fecit deſcendere: ⁊ eadē miſericordia homines in celum aſcendere ad ſignificandum
hoc. xp̄us a mōte oliueti i celū aſcēdit i mōte oliueti eminētia mīe deſignatur. mīa eñ ſup
exaltat iudicium. Jacobi ſecundo. Superexaltat miſericordia iudiciū. Compaſſio enim
eſt magna virtus. Unde Grego. ſuper illud Job triceſimo Compatiebatur anima mea
pauperi dicit ꝙ plus aſt compaſſio q̄ datū. Sequitur textus de dono ſcientie.

Multi multa ſciunt ⁊ ſe bene ſcire relinquunt
Temet cognoſce dominum cognoſcere poſce
Tu melior fieres ſi te prorſus bene ſcires
Q̄ ſi negligeres ⁊ cetera corde teneres.
Diſcere ne ceſſes ſi doctor maximus eſſes
Nam per doctrinam poteris vitare ruinam
Non curans ſcire merito quod ſcire tenetur



Si ſuper hoc erret non excuſatus habetur
Eſt quaſi vile pecus ignorans et quaſi cecus
Precipue regere qui debet ſiue docere
Cecus agens cecum facit ipſum ſternere ſecum

In iſto capitulo ac. noſter determinat de dono ſcientie dicens ꝙ donū ſcientie eſt
ſeipſum cognoſcere primo. Pro declaratione iſtius eſt premittendū ꝙ donū ſciē
tie eſt idem in eſſe ſicut prudentia: ſed differūt rōne agendi. nā prudentia procedit ex prin
cipijs iuris naturalis. ſcientia vero ex principijs fidei. Proprius actus doni ſcientie ē do
cere recte conuerſari in medio praue nationis ⁊ peruerſe. Ad hoc autem q̄ aliquis cō
uerſetur in medio praue nationis ⁊ peruerſe tria requiruntur. primū eſt ꝙ habeat rōnes
quibus ſe defendat ab impugnātibus fidē ſuā. vnde ſcientie donum non tantum ſuppo
nit ea que ſcripta ſunt in libris theologie. ſed etiam que ſcripta ſunt in tota philoſophia
quibus iuuat ad probandum fidem. Secundum eſt ꝙ a malo abſtineat. Tertiū eſt ꝙ bn̄
⁊ prudenter temporalia adminiſtret. Scientia eni prout eſt donū poteſt ſic deſcribi. Sci
entia eſt humanarum reꝝ cognitio ſaluberrime fidei deſeruiens. Et ſumitur hec diffinitio
ex verbis auguſtini .xiiij. de trini. Sapientia vero eſt diuinaꝝ atq3 humanaꝝ rerū ſciētia.
vt videbitur. Ego quoq3 ⁊ diuinaꝝ ⁊ humanaꝝ rerū ⁊ ſapientiā ⁊ ſcientiā dici poſſe non
nego. Uerūtamē ſm dictū apoſtoli primo ad coꝝ.xij. Alij dat ſermo ſapientie. alij ſermo
ſcientie ⁊c. quare ſuperior diffinitio d3 ſic intelligi. videlicet vt diuinarum rerum cognitiō
proprie ſapientia nuncupet. humanarū vero ꝓprie cognitio ſcientie nomē obtineat. vñ
Augu. ſup illud prime ad coꝝ.xij. ſapientia eſt in contēplatione eternoꝝ. ſcientia eſt in ac
tione temporaliū. Donū ſcientie eſt habitus infuſus quo homo h3 iudicium circa creden
da ⁊ agenda. Ad donum ſcientie pertinet cognoſcere que ſint vera bona ⁊ mala. ⁊ q̄ ſint
vmbre bonorū ⁊ maloꝝ. Jtē ad donum ſcientie ꝑtinet diſcernere inter maiora bona ⁊ mi
nora. ⁊ maiora mala ⁊ minora ſiue hec mala veniant ex parte anime ſiue corporis ſiue de
monum ſiue ꝓximorū ſiue reꝝ temporaliū. Donum ſcientie proprie pertinet ad malum ⁊
bonum inquātū mouēt affectū noſtrū. Unde a tali malicia denominat. geñ.ij. cū d2 lignū
ſcientie boni ⁊ mali eodē .iij. ca. eritis ſicut dij ſcientes bonū ⁊ malū: Jtē ad donū ſcientie
pertinet cognoſcere deceptiones quas bona preſentia ⁊ mala que nō ſunt vera bona nec
vera mala faciunt hominibus. Propter has deceptiones cupiunt homines nō vera bo
na pro veris bonis. ⁊ fugiunt mala pene preſentis que non ſunt vera mala pro veris ma
lis que ſunt mala culpe. Aug. Ad donū ſcientie pertinet agnoſcere breuitatem preſentis
vite que eſt ſicut vapor modicū parens. Ja.iiij. Jtē agnoſcere amaritudinē hui9 vite pſen
tis de qua Job.xiiij. Homo natus de muliere breui viuens tpe replet multis miſerijs Et
eccleſiaſtici .xxx. melior eſt mors q̄ vita amara. ⁊ requies eterna q̄ languor perſeuerās. do
num eni ſcientie oſtendit ſpūalem cōpaſſionē preferendā eſſe corporali ⁊ prius occurren
du3 eſſe moleſtijs ⁊ damnis ſpūalibus q̄ corporalib9 prius paſcendas eſſe animas ⁊ ve
ſtiendas q̄ corpora ⁊c. minima tamē bona propter hoc non eſſe negligenda. Mat.xxiij.
hec oportuit facere ⁊ illa non omittere. Donum ſcientie eſt dirigere opera ad normam ra
tionis ⁊ ad conformitatem dei. Per illud enim donum ſcientie ſcit ne ſub ſpecie boni ma
lum lateat. Scientia eni regit pietatem propter quod etiam hec duo dona combinantur
Per donum enim ſcientie ſct homo quid ſit: a quo ſit: ⁊ ad quid ſit. Sed q2 in littera ac.
fit de duob9 mentio. ſ. de addiſcendo ⁊ ignorantia intendo hic de vtroq3 aliquid elucida
re. Et primo de hijs q̄ poſſunt valere ad hoc vt aliquis addiſcat maxime ſacrā ſcripturā
Unū eſt vt homo bene viuat vnde quiſquis veritatē ſe cognoſcere poſſe putat: ſi adhuc
non nequiter viuat. Ber. ⁊ Eccle. cōcupiſcens ſapientiā ſerua iuſticiam ⁊ domin9 tibi ea3
prebebit. Secūdū eſt ꝙ pōt valere. ſ. conſiderare ꝙ ſcientia ſeu ſapientia eſt donū dei. idō
nō eſt ſcientia rapienda violentia ſtudij deo irrequiſito. Ja. primo. ſi quis veſtrum indi
get ſapientia poſtulet a deo qui dat oībus affluenter. Tertium eſt humilitas ⁊ hoc q̄tum

ad quattuoꝛ.ſ.ꝙ nullam doctrinam contemnat vt a nullo erubeſcat doceri vt homo non
erubeſcat confiteri ſe neſcire quod neſcit.vt humilem modum loquendi quem habꝫ ſacra
ſcriptura non contemnat. Aug. ⁊ Seneca. Quartum principale eſt vt libꝛoꝝ eruditioni
intendat Aug.in lib.de doc.chꝛiſtiana.d.codicibus emendandis pꝛimitus dꝫ inuigilare
ſollertia eoꝛum qui ſcripturas diuinas noſſe deſiderãt. Quintum eſt vt homo addiſcẽs
ſit diligens indagando ſcripturas ſacras ad quod pꝛimo neceſſarius eſt timoꝛ dei.ꝓuer.
pꝛimo.timoꝛ dñi pꝛincipiũ ſapientie. Secundo ꝙ ſit mãſuetus vt cedat auctoꝛitati ſacre
ſcripture. Aug.in lib.de doc.xpiana ante opus eſt dei timoꝛe ad cognoſcendã eius volun
tatem. Deinde miteſcere opus eſt pietate nec cõtradicere diuine ſcripture. Sextum princi
cipale eſt vt homo ſit aſſiduus ſtudendo. Jeronimus diuine ſcripture ſemper in manib⁹
⁊ iugiter in mente voluantur. Septimũ eſt vt de ſapientia a deo accepta addiſcens non
ſit ingratus:ſed datoꝛem ſuum gloꝛificet eccle.vlti.danti mihi ſapientiam dabo gloꝛiam.

Quantum ad ſecundum quod eſt de ignoꝛantia eſt notandum ſub bꝛeuibus ꝙ igno
rantia quedam eſt ſimplex quam habet ille qui neſcit quod teneẗ ſcire ⁊ laboꝛat vt ſciat.⁊
talis ignoꝛantia excuſat non a toto ſed a tanto. Ignoꝛantia craſſa eſt quã habet ille qui
neſcit qð tenetur ſcire.⁊ illud ſcire ſeu addiſcere negligit ⁊ illa eſt bene culpabilis. Alia eſt
ignoꝛantia aſtuta.⁊ illa eſt duplex.ſ.determiata ⁊ indetermiata. Indeterminatã hꝫ ille ꝗ
affectat neſcire qð teneẗ ſcire.ſed nõ eſt determinatũ apud eũ ꝙ teneaẗ illud ſcire hec fuit i
paulo pꝛima thymo.pꝛio.eccleſiã dei perſecutus ſum ſed miam conſecutus ſum qꝛ igno
rans feci.hec excuſat nõ a toto ſed a tanto. Determinatã hꝫ ille ꝗ affectat neſcire illud de
quo determiatũ eſt apð ipm ꝙ illud teneẗ ſcire.⁊ talis ignoꝛantia nullo mõ excuſat. Iſte
ignoꝛãtie ſunt ꝓpꝛie ignoꝛãtie iuris. Ignoꝛantia facti excuſat a toto adhibita debita dili
ligentia ⁊ ſufficiẽtia.vñ nõ peccat cui ſupponũtur nõ ſua ꝓ ſuis Bonauẽ.dicit ꝙ ſi tanta
ſit ignoꝛantia ꝙ oĩno pꝛiuet rõnem voluntarij ⁊ rõnez cõtẽptus ex toto excuſat. Si vero
non pꝛiuet oĩno excuſat a tanto ſed nõ a toto iuxta dictũ apoſtoli miam cõſecut⁹ ſum ⁊c.

Sequitur de dono foꝛtitudinis de quo actoꝛ non fecit textum.

Foꝛtitudo donũ.ſſ.eſt que ſe habet reſpectu mali pene ſm dictamẽ ſupernaturaliũ
pꝛincipioꝝ legis eterne ſequẽdo.ſſ.ſpecialẽ inſpirationẽ qua mouentur aliqui vl
tro ad ſe offerendũ vt ſuſtineant penam. Ex quo patet ꝙ donum foꝛtitudinis eſt
habitus exiſtens in voluntate ſicut in ſubiecto inq̃tum negociaẗ circa ardua quo volũtas
habilitatur ad volendũ moꝛtem ſuſtinere pꝛo defenſione fidei ſm dictamen legis eterne
ſequendo.ſſ.motiuam inſpirationem ⁊ melius q̃ per aliquam virtutem moꝛalez.⁊ ideo ꝑ
iſtã foꝛtitudinẽ ſancti fecerũt mira opera foꝛtitudinis ſuper humano modo ſuſtinendo ta
lia cũ gaudio ⁊ exultatione.vt patet actuũ.xij.de beato petro.⁊ eodẽ.vij.de beato ſtepha
tranſitur ad contemplatiuam. Yſi.in li.de ſummo bono. Qui in hac vita prius ꝑficit bñ⸗
ad contemplationem cōſcendit. Grego.Qui ad artē contēplationis aſcendere deſiderat
prius neceſſe eſt vt in campo actionis ſe exerceat.De hoc exemplum de Lya que prius in
troducta fuit ad Jacob q̄ Rachel.Beñ.xxix.

## Sequitur textus de verecundia.

Sto verecundus ſi vis fore crimine mundus.
Erubeas fari res turpes ac operari
Cuſtos virtutum pudor eſt contra mala ſcutum
Uirtutum florem perdis perdendo ruborem
Non tamen erubeas tantum q comoda linquas.
Que debent fieri ſeu crimina cuncta fateri
Nam rubor hic ſtultus eſt crimen non bona virtus
Sepe rubor generat ſcabiem quaſi neſcius extat

Erecūdia ⁊ erubeſcentia differunt: q2 verecūdia eſt timor in turpi facto. erubeſcē
tia in expectatione cōuicij. Tamē in littera actoris nō videretur habere diſtinctio
nē. De erubeſcētia ſeu verecūdia dicit. Ioh. damaſ. ꝙ eſt optima paſſio. Seneca
in epiſtolis. Verecūdia in adoleſcēte bonū ſignū eſt. ⁊ Tulli⁹ i lib. de officijs. Sine vere
cundia nihil rectū eſſe poteſt nihilq; honeſtū. ⁊ Bern. ſuper can. Neſcio ſi quidq̄ gratius
verecūdia in moribus hoim deprehendi queat. Verecundia eſt omniū ornatus etatū. ſz
in tenera etate amplius pulcriuſq; eniteſcit. q̄ pulcra hec. ſ. verecundia. ⁊ q̄ ſplendida gē
ma mox in vultu adoleſcētis q̄ vera ⁊ minime dubia bone ſpei nūcia bone indolis index
quid ita turpiloquij ⁊ omnis deinceps turpitudinis fugitiuum ſoror eſt continentie. nul
lum eſt eque manifeſtum ſignū colūbine ſimplicitatis. ⁊ ideo teſtis eſt innocentie. lampas
ignorantie. teſtis pudice mentis. verecundia ſpecialis gloria eſt ꝯſcientie. fame cuſtos. vi
te decus. virtutis ſedes. virtutū primicie. nature laus. inſigniū totius honeſti. Verecūdia
enī eſt duplex. bona ⁊ mala. iuxta illud Eccle. iiij. eſt cōfuſio adducēs peccatū ⁊ ꝯfuſio ad
ducens gloriam. Erubeſcentia bona eſt quoddam frenū quo aliquid regitur in via para
diſi. Unde ſapiens erubeſcentia eſt ſalua res. Verecundia enī multū laudaƚ in mulierib⁹
Eccle. vij. gratia verecūdie mulieris ſenſate ſuper aurū. multū enim placet deo verecūdia
in penitentibus. vnde Ber. quantum diſplicet deo impudicicia peccatorum: tantū placet
ei erubeſcentia penitentis. Breuiter enim verecundia multum laudatur in his qui male
agunt. Erubeſcentia autem mala eſt quando homo erubeſcit confiteri reſtituere ⁊ facere
alios actus ſalubres: ⁊ propter talem erubeſcentiam omittit ea facere.

Sequitur textus de veritate.

Is verax opere ſis cordeq; verus ⁊ ore
Verax laudatur ſed mendax vituperatur
Verus doctrina ſis iuſtitia quoq; vita:
Hec ſemper teneas nec propter ſcandala linquas
Nunq̄ mentiri debes nec falſa tueri
Et mala ꝟitentur aliquando vera tacentur.
Sed cum iurabis ꝙ quicquid ſcis reſerabis
Verum non celes nunq̄ nec falſa reueles

Eritas eſt duplex: increata ⁊ creata. Veritas increata eſt verbū diuinū in quo de⁹
ab eterno ſpeculatur. ⁊ illa veritas eſt adequatio ſapiētie diuine ad intellectū diui
nū ⁊ ſic dr̄ ꝙ filius qui eſt ſapiētia patris eſt equalis patri. Veritas creata eſt tri
plex. quedā eſt veritas rei. ⁊ illa eſt rei entitas. Alia eſt veritas ſigni ⁊ talis eſt adequatio
ſigni ad ſignatū. Alia eſt veritas vtentis ſignor: ⁊ hec veritas videƚ eē pars iuſtitie. Et de
ſcribiƚ ſic a tullio in prima rethorica. Veritas eſt qua immutata ea q̄ ſunt aut añ fuerunt
aut futura ſunt dicunƚ. A veritate enī nullo modo recedendū eſt ꝗcunq; inde debeat ſcan
dalizari. Glo. ſuper illud Math. xviij. qui ſcandalizauerit vnum de puſillis ⁊c. dicit inq̄
tum poteſt ſine peccato, debes vitare ſcandalū proximi tui. vnde Catho. Product⁹ teſtis
ſaluo tamen ante pudore. Quantumcūq; potes celato crimen amici. qḋ ſi de veritate ē ꝑ
ſcandalo veritas relinqui nō debet. ⁊ intelligas hoc de triplici veritate vite iudicij ⁊ do
ctrine. Ad amorē veritatis mouemur. Eccle. xxxvij. ante oīa opera verbū verax precedat
te. Ad perhibendū enī teſtimoniū veritati venit filius dei in mundū. Ioh. xviij. Ego ad
hoc veni in mundum vt teſtimonium perhibeā veritati. Sed prochdolor hodie veritas
odium parit. ad Gala. iiij. ego inimicus vobis factus ſum verū dicēs vobis. vñ Dauid.
Hodie diminute ſunt veritates a filijs hoim. Veritas hodie a pluribus vili precio ven
ditur. puer. xxviij. q cognoſcit i iudicio faciē nō bene facit vt deſerat veritatē. Plures enī
ſunt q falſitatē ꝑponūt veritati, iuxta illud Yſa. lix. corruit in platea veritas; vix enī inuen



tur qui velit veritatē dicere. ad Ro. primo. veritatem in iniuſtitia detinent. Vanitatē pre
ponūt veritati amatores temporalium que temporalia vana ſunt. ps. vt quid diligitis va
nitatem ⁊ q̄ritis mendaciū. Quotiēſq; enī modo quis mentiƚ occidit aīam ſuā. in. c. Nec
artificioſo. xxij. q. ij. ⁊ ſapientie primo. os quod mentitur occidit aīā. ⁊ Aug. in li. de doc.
chri. omnis qui mentiƚ inique agit. nemo enī mentiens in eo qḋ mentitur ſeruat fidē oīs
autē fidei violator iniquus eſt. ergo miſericordia ⁊ veritas non te deſerant. deſcribe eas
in tabulis cordis tui ⁊ inuenies gratiam ⁊ diſciplinam coram deo ⁊ hominibus. Prouer
biorum tertio capitulo.

Sequitur textus de modeſtia.

Um ſis infeſtus in cunctis eſto modeſtus
Optima res modus eſt nam ſemper ad omnia prodeſt
Noli laxare linguam quoniam reuocare
Non poteris verbum quod dicis forſan acerbum.
Coram quo dicas quid quomodo quando requiras
Dicas dicenda docte ſileas reticenda
Sero reſponde pulcre taceas verecunde
Ut ſic placetur quando te maior habetur
Cum de maiore loqueris ſis cautus in ore
Utere ſermone moderato cum ratione
Qui ſpuit in celum ſputum fedat ſibi vultum.

Odeſtia a tullio in prima rethorica deſcribitur ſic. Modeſtia eſt per quā pudor
honeſtatis purā ⁊ ſtabilē cōparat auctoritatē. In hac deſcriptione innuiƚ cauſa ⁊
effectus modeſtie. Pudor enī qui eſt timor turpitudinis vel fuga rei indecētis or
dinando indecentiā in exterioribus efficit ordinationē exteriorē que modeſtia eſt. ⁊ ſic cō
paratur auctoritas ſeu grauitas pura non habens admixtionem ſui contrarij. ſ. vilitatis
Dicitur ſtabilis: quia non eſt momentanea ſed permanens. Et eſt notandū ꝙ ordinatio i
terior que eſt cū ratio preeſt ⁊ appetitus obtemperat eſt cauſa exterioris ordinatiōis. In
ordinatio vero interior que eſt cū appetitus non ſubeſt rationi cauſa eſt exterioris inordi
nationis. Inordinatio vero exterior ſignū eſt interioris. eccle. xix. amictus corporis riſus
dentiū ⁊ greſſus hominis enūciat de eo. Gregorius in paſtorali. Intus eſt cuſtodia que
compoſita ſeruat exterius membra. que ergo ſtatum mentis perdidit foris in incōſtantiā
motionis fluit atq; exteriore mobilitate indicat ꝙ nulla interius radice ſubſiſtat. Item no
tandum eſt ꝙ modus a quo modeſtia dicitur eſt tenere decorem; ⁊ eſt decor ille reſpectu
aſpectus hominum. Unde decor eſt in homie quod eſt conſentaneū nature excellēti. ali
quid enim eſt indecens in homine quod non eſſet indecens in bruto. Item aliquid diciƚ
indecens quod non eſt de congruentia tēporis. ſm illud eccle. xx. Ex ore fatui reprobatur
parabola quia non dicit eā in tēpore ſuo. ratione loci etiam aliquid dicitur indecens. vt
ſi in ſacro loco aliquid fit indecenter quod alibi fieret decenter. Modeſtia indecentiā ca
uet in verbo in riſu in motu corporis in membrorum ſitu in habitu in cultu in actu. De in
decentia in verbo riſu ⁊ motu tangit Seneca in libro de quattuor virtutibus dicēs a ver
bis turpibus abſtineto: quia licentia eorū imprudentiā nutrit. ſermones vtiles facetos ⁊
affabiles ama. ⁊ rectos interdū miſcebis ſerijs iocos. ſ. temperatos. ⁊ ſine detrimento di
gnationis ⁊ verecundie. Riſus reprehenſibilis eſt ſi immoderatus. ſi pueriliter effuſus.
ſi muliebriter factus. Si enī tempus iocos exigit hoc cum dignitate ſapientie gere. ⁊ erit
grata vrbanitas. Ioci tui fiant ſine vilitate: riſus ſine cachinno: vox ſine clamore: inceſſus
ſine tumultu: non ſis alior curioſus ſcrutator; neq; acerbus reprehenſor: ſed ſine reproba
tione corrector. ita vt admonitionem preuenias hylaritate ⁊ errori facile veniā dato, nec

ſur
extollas quenq̄ nec deĳcias. requirenti facile reſponde. contendenti facile cede. nec in ſur
gia execrationeſq̄ʒ vadas rari ſermonis ſis ſed loquentium ſis patiens. circa motū corpo
ris cauenda eſt nimia tarditas ⁊ nimia celeritas. De indecentia in motu corporis vel ſitu
membrorum tangitur Yſa. ſecundo. pro eo inquit ꝙ eleuate ſunt filie ſyon ⁊ ambulauerūt
extento collo ⁊ nutibus oculorum ibant ⁊ plaudebant ⁊ ambulabant pedibus ſuis com
poſito gradu incedebant decaluauit dominus verticem filiarum ſyon. Et Prouerbiorum
ſexto. ſex ſunt que odit dn̄s ⁊ ſeptimum deteſtatur anima eius oculos ſublimes Job. xv.
Cucurrit aduerſus dominum erecto collo. De habitu loquitur Seneca dicens. nō ſplen
deat toga nec ſordeat. prima Thy. ſecundo. Uolo mulieres orare in habitu ornato cū ve/
recundia ⁊ ſobrietate ornantes ſe. debent enī iuuenes ſe ſubĳcere auctoritati ſenū: ⁊ ſenes
vereri conſilio eorum regi ⁊ exemplo bono informari. per magi. ſentē. xxiiĳ. diſtin. quarti.

Sequitur textus de fidelitate

I vis in celis fore gaudens eſto fidelis
Cunctis prefertur vir cum legalis habetur
Legalis domino ſis ipſum ſemper amando
Ac ſibi parendo necnon ipſum reuerendo
Et diſpenſando domini bona multiplicando
Legali probior non eſt nec nomine maior
Tanq̄ perfectus legalis ſtat bene rectus
Non vult fraudare quenq̄ nec damnificarē.

Et eſt fides virtus qua ꝑmiſſa cō
Equitur de fide prout fides idē eſt ꝙ fidelitas.
plentur. Et eſt notādū ꝙ ſicut veritas ſeruat hoīez ne quē fallat ī verbis. ſic fides
ſeruat hoīem ne aliquē fallat ī factis. vñ grecism⁹. Nā dol⁹ eſt linguaq̄ʒ fides fa/
cti ſolet eſſe. Fides tñ aliquando ſumitur large ⁊ tunc ad eā pertinet ſeruare hoīem ne fal
lat aliū verbo aut facto. ⁊ ſic ſumit Aug. fidē ī li. de doc. chriſt. d. nemo mentiēs ī eo ꝙ mē
titur ſuat fidē. Nō fidelis ꝯfidentē de ſe nō fallit. Fides ꝑut eſt virt⁹ theologica diffinita
fuit ſupeři⁹. ſʒ fides ꝑut de ea hic loqmur eſt virt⁹ cui bona nr̄a in pn̄ti credim⁹. ad hanc
virtutē mouemur Apoc. ĳ. Eſto fidelis vſq̄ʒ ad mortē ⁊ tibi dabo coronā vite. Hec virt⁹
cōmendabilis eſt multū. puer. xxviĳ. vir fidelis multū laudabit. Exēplū de abrahā. eccle.
xliiĳ: Abrahā in tentatiōe inuent⁹ eſt fidelis. moyſes. Nume. xĳ. Moyſes inqt dn̄s in oi
domo mea fideliſſimus eſt. fidelitas virt⁹ eſt valde cara ⁊ valde rara. puer. xxĳ. virū fidelē
quis inueniet. ⁊ i. Cor. iiĳ. Jam q̄ritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniat. que/
ritur inq̄ ⁊ vix inueniť modernis tēporib⁹. Huic virtuti dat dn̄s augmentū gr̄e. Lu. xix.
Euge ſerue bone q: ī modico fuiſti fidelis: eris poteſtatē hn̄s ſup decē ciuitates. Itē huic
virtuti dat dn̄s gloriā ſuā. Mat. xxv. q̄a ſup pauca fuiſti fidelis ſup̄ multa te ꝯſtituā intra
in gaudiū dn̄i tui. eccle. vi. amico fideli nulla eſt cōparatio medicamentū vite ē. Cōmēda
bilis fidelitas eſt ī ſeruo. eccle. xxxiĳ. Si ē ſeru⁹ fidelis ſit tibi q̄ſi aīa tua q̄ſi fratrē ꝯcta eū
⁊ puer. xiĳ. Legat⁹ fidelis ſanitas eſt ei qui miſit eū. Nota ꝙ aliquis dʒ fidē alteri in qua
tuor. primo in hoc vt eū verbo nō fallat. aug. ī li. de doc. chri. oīs q̄ mentiť inique facit. ſecū
do vt archanū eius non denudet. pucr. xi. qui ambulat fraudulenter reuelat archana: qui
aūt fidelis ē celat amici cōmiſſum. eccle. xxvĳ. q̄ denudat archana amici ꝑdit fidē. tertio vt
in aduerſis eū nō deſerat. eccle. xxĳ. Fidē poſſide cū amico ī paupꝑtate illius vt ⁊ in bonis
illius leteris. in tpe tribulatiōis illius ꝑmane illi fidelis. Quarto vt in adminiſtratiōe bo/
norum ſibi cōmiſſorum fideliter ſe habeat. Fidelitas quantū ad bona cōmiſſa ī quinq̄ʒ attendi
tur. Primū ē vt ipa bona ſibi cōmiſſa nō diſſipet. Secūdū vt ea ſtudioſe multiplicet. Ter
tiū vt eū q̄ tradidit parte lucri q̄ ad eū pertinet non defraudet. Quartū vt bona ſibi cōmiſ
ſa ꝑditiōe ſua nō faciat. Quintū vt inimico ei⁹ qui ſibi ea cōmiſit illa nō tradat. De prio



legitur luce. xvi. hic diffamatus eſt apud dominū ſuū eo ꝙ diſſipaſſet bona illi⁹. Triplicter
autē fit diſſipatio hec. Uno modo quando aliquis vitam ſuam quam debuit expendere
ad honorē dei ⁊ vtilitatē aīe ſue expēdit in dei cōtumeliā ⁊ dānationē anime cōſumēdo eā
in ſeruitio dyaboli. puer. v. Non des alienis honorē tuū ⁊ annos tuos crudeli. Idē intel
ligendum eſt de hĳs qui res ſuas in ſeruitio dyaboli expendunt. Secundo quādo aliq̄s
deſiſtit a bono opere incepto ante conſummationē eius. puer. xviĳ. qui mollis eſt ⁊ diſſo
lut⁹ frater eſt ſua opera diſſipantis. Tertio qñ aliquis qd̄ edificat verbo deſtruit exēplo
Eccle. xxxiĳ. vnus edificans ⁊ alius deſtruens quid prodeſt illis niſi labor. Quantū ad
ſecundum quod eſt circa multiplicationē Eſt notandum ꝙ triplex poteſt eſſe infidelitas.
Una uʒ pecunia dn̄i abſcondiť. vnde Math. xxv. reprehendeť ſeruus malus ⁊ piger q̄
pecuniā domini ſui abſcōderit. Scd̄a infidelitas eſt cū domini pecunia in mercibus que
minoris lucri ſunt poniť. Hec infidelitas eſt illis qui legē dei per quā animas lucrari poſ
ſent cōtemnunt ⁊ phiſicam vel leges ꝑ quas tꝑalia lucrantur addiſcūt. ſeruus ſeu nunci⁹
eſſet bene ꝑditor q̄ pōt habere ſcarlatā precio burelli groſſi ſi dimitteret ſcarlatā ⁊ expen
deret pecuniā domini ſui in panno burello. Tertia infidelitas pōt eſſe in eis qui merces
dn̄i vendūť vbi minus vēdibiles ſunt. ſicut accidit hĳs q̄ pariſius docēt vbi doctrina eorum
vix auditur ⁊ alibi nolunt docere vbi doctrina eorum cara habeť. Circa tertium eſt notandū
ꝙ lucrū bonorum operū in tres partes diuidiť. prima pars eſt gloria q̄ ad deū ꝑtinet. iuxta
illud apoſtoli ad Ro. xvi. ſoli deo honor ⁊ gloria. ſcd̄a pars eſt exēplū bonū quod ꝑtinet
ad proximum. vñ Math. v. ſic luceant opera veſtra corā hoībus vt videant opera veſtra
bona. Tertia pars eſt vtilitas mercedis que ꝑtinet ad eum qui operať bona dn̄i: ergo de
fraudat parte ſua lucri q̄ gloriā q̄rit de bonis operibus q̄ agit. Ber. Circa quartū no/
tandū eſt ꝙ illi qui bona ſibi cōmiſſa ꝑditioſe ſua faciunt cū infideliter ſe habuerīt ī pau
cis ipſi non cōſtitueněť ſuper multa. vñ Luce. xvi. ſi in alieno fidelis nō fuiſtis qd̄ veſtrum
eſt q̄s dabit vobis. glo. alienū vocat bonū tranſitoriū. veſtrū vocat eternū. ⁊ ibidē. q̄ fide/
lis eſt in minimo fidelis eſt in maiori. ⁊ qui in modico iniquus eſt in maiori iniquus eſt.
Circa quintū eſt notandū ꝙ velut caſtrū noſtre bone fidei cōmiſſum eſt corpus noſtrum
⁊ aīa noſtra. Uulgariter diciť ꝙ bonū caſtrū cuſtodit qui corpus ſuū cuſtodit. ſed melius
caſtrū cuſtodit q̄ animā ſuā cuſtodit. Hoc caſtrū corporis dyabol⁹ q̄rit ſibi reddi cū pec
catū carnis ſuggerit. Caſtrū vero aīe ſibi reddi q̄rit quando peccata ſpūalia ſuggerit. qñ
enī nos ſuggeſtioni eius cōſentim⁹ caſtrū nobis a deo cōmiſſū hoſti eius tanq̄ ꝑditores
tradimus ⁊ valde infideles ſum⁹. ſi nō ꝑmittamus nūciū ad dn̄m noſtrū ꝓ ſuccurſu cum
ipſe poſſit nobis ſubuenire ⁊ etiā velit. Nō enī vult exheredītari. prima ad cor. x. fidelis
deus qui non patitur vos temptari ſuꝑ illud quod poteſtis. Nuncius vero q̄ ad dominū
mittendus eſt eſt oratio. vnde ſuꝑ illud ps̄. Intret in cōſpectu tuo oratio mea. d. glo. ma
gna virtus oratiōis oſtēdiť: q̄ quaſi quedā perſona ad deum intrat ⁊ illic mandatū ꝑagit
quo caro ꝑuenire neq̄t. ergo inexcuſabilis eſt q̄ pri⁹ caſtrū ſuū reddit q̄ ꝓ ſuccurſu miſerit
vel q̄ nō expectat ſuccurſum ꝓ quo miſit.

Sequiť de ingratitudine.

On ſis ingratus ſi vis domino fore gratus
Redde vices danti plus que dat cuncta creanti
Sumens donatum debes te reddere gratum
Grates reddendo verbis: factis recolendo:
Dicitur ingratus benefactori male gratus.
Obliuiſcendo non reddendo ve nocendo
Debita ſolue cito: ne damnum detur amato.
Si cito non ſoluis te cito crimine voluis
Soluere ſi tardas fieri tibi grata retardas.

Ngratitudo ſm Ber.eſt ventus vrens ſiccans ſibi fontē pietatis.rorē n ie.fluē-
I ta gratie ingratitudo irrecognitio eſt beneficioꝝ ⁊c.⁊ econtra. Gratitudo eſt reco
gnitio beneficioꝝ acceptoꝝ.oēs eni tenemur ad gratiaꝝ actiones principaliter ⁊
precipue deo.deinde ceteris benefactoribus.Et ad hoc octo ſunt que mouent nos.Pri-
mum āmonitio ſacre ſcripture.Ber.Diſce in referendo gratias non eſſe tardus.diſce ad
ſingula dona gratias agere.diligenter conſidera que tibi apponuntur vt nulla dona dei
debita gratiarū actione fruſtrenť.thob.iiij.omni tēpore benedic dñz ad colo.iij.oē quod
cunq; facitis in verbo aut in opere oīa in nomine dñi noſtri ieſu chriſti facite gratias agē
tes deo ⁊c. Scdm eſt āmonitio creaturaꝝ que inceſſanter nos inuitant ad gratiaꝝ actio
nes.beneficiū eni alicui datū inuitat eū vt danti gratias agat. ergo cū oīa que videmus
hōi data fuerint ſm illud Geñ.i Faciamus hoiem ad imaginē ⁊ ſimilitudinē noſtrā ⁊ p-
ſit piſcibus maris et volatilibus celi et beſtijs terre vniuerſeq; creature oīa que videmus
ad gratiaꝝ actiones nos inuitant.Tertiū eſt ipm tempus in quo ſumus.ſ.tempus gratie
cui nulla opatio magis ɔgruere videť q̄ gratiaꝝ actio.ideo valde bonū videť grāꝝ actiōi
inſtare.puer.xv.Aug.ad ſcm̄ aureliū.qd melius aio geramus ⁊ ore pmamus ⁊ calamo
exprimamus q̄ deo gratias.Quartū eſt qꝛ gratiaꝝ actio opatio eſt q̄ exercetur in paradi
ſo in ps.mias dñi ineternū cantabo.hoc canticū ſm glo.erit grāꝝ actio. Vñ. bonū eſt aſ
ſueſcere huic opationi quā in futuro exercebimus.Quintuz eſt vtilitas multiplex que ex
hoc opere ſequitur.ipſa eni hominē in tribulatione cuſtodit deū ſibi adeſſe faciens.quod
figuratū eſt Dañ.iij.in pueris qui in fornace poſiti gratias agentes deo ab igne leſi non
fuerūt:⁊ quartus apparuit eis ſimilis filio dei.Gratia que diuinā largitatē prouocat ad
dandū.prouer.xi.aīa que benedicť impingabiť.⁊ Eccle.xliiij.benedicentes dñm exaltate
illū quantū poteſtis exaltantes aūt replebimini virtute.Tertiū eſt qꝛ hec opatio.ſ.gfaruz
actio multū placet deo.adeps eni dr̄ ſpiritualis.Leuitici.iij.oīs adeps dñi erit iure perpe
tuo.Quartū eſt quia ingratitudo que gratiarū actioni contraria eſt ruſticitas eſt magna,
Ruſticitas eſt ſi quis non regratiatur illi qui potuz vini ſibi dedit.ergo maior ruſticitas
eſt non agere gratias illi qui inceſſanter nobis tribuit bona ſua.ſcilicet deo. Unde Gre-
gorius.Dignū eſt ſemper gratias agere:quia deus nunq̄ ceſſat benefacere. Ultimum eſt
multiplex malū quod prouenit ex ingratitudine. Primū malū vel vnū eſt q̄a bona iam a
deo accepta auferri facit.Aug.ſuper illud Ro.primo.qui cuz deū cognouiſſent dicit q̄ de
us dederat gratis tulit ingratis.Secundū malū ē quia ingratitudo impedit ne deinceps
aliquid detur.Grego.non eſt dignus dandis qui non agit grates de datis. Tertiū malū
eſt quia ingratitudo non ſolū priuat hoiem bonis:imo etiā penā addit. Unde Ezechias
punitus eſt de ingratitudine.cū eni dediſſet ei dñs triumphum ⁊ percuſſiſſet.clxxxv.milia
in caſtris ſenacherib.non tamen digne gratias egit ⁊ canticuz non cantauit ſicut in hmōi
patres conſueuerant facere.Et ideo egrotauit ad mortē.Yſa.xxxviij. Deo eni debemus
grāꝝ actiōes referre.vnde Ber.Agamus fratres gratias factori noſtro bñfactori noſtro
redēptori noſtro remuneratori noſtro. Secūdo qꝛ deus patienter peccatores expectat ad
penitentiā. Itē propter iuſtificationē qñ diu expectatos cōuertit infundendo ſuā gratiā.
Itē qꝛ cōuerſos in bono ſtatu cōſeruat.ſic bene dz homo mirari diuinā miam q̄ tot ⁊ tā-
ta bona ſibi fecit. Itē dz homo cogitare ad quanta bona deus elegit hoiem videlz ad re
gnū eternū vbi plenitudo oim bonoꝝ.Itē quomodo deus ɔſeruat hoiem a dyabolo cui
hō debilis eſt reſiſtere de ſe. Unde Job de dyabolo non eſt poteſtas ſuper terrā q̄ ei cō-
paretur Job.xi.⁊ Geñ.iij.ſerpens erat callidior cunctis animantibus terre. Itē debet deo
regratiari de euaſione periculoꝝ que ſunt infinita in hoc mundo ⁊c. Ingratitudinē que
eſt grē contraria enumerat apoſto.ſecunda thymo.iij.inter magna mala que erunt nouiſ-
ſimis tēporibus dicens.hec ſcio q̄ in nouiſſimis diebus inſtabunt tpa periculoſa ⁊ erunt
homines ſeipſos amātes.cupidi.elati.ſuperbi.blaſphemi.parentibꝰ nō obediētes.ingra
ti.Si eni volueris gratus eſſe primo caue ne obliuiſcaris beneficij. vñ Sene. ingratꝰ eſt
qui beneficij accepti eſt immemor.⁊ Catho,beneficij accepti memor eſto. propter eniz in



gratitudinē homo traditur tortoribus puniendus.Math.xviij.de illo ſeruo cui dñs di-
miſerat vniuerſum debitū.⁊ quia noluit conſeruis ſuis miſereri ſicut dñs eius ſui miſertꝰ
fuerat propter ingratitudinez ſuā fuit traditus tortoribus puniendus quouſq; redderet
vniuerſum debitum. Sequitur textus de diſcretione,

Irtutum nutrix diſcretio dicitur eſſe.
Inſuper eſt tutrix quare non debet abeſſe
Eſto diſcretus rerum libamine fretus
Non bene diſcernes niſi te ratione gubernes
Omnia diſcerne que ſunt bona vel mala cerne
Elige que bona ſunt ſed reſpue que bona non ſunt
Sis circunſpectus vt nunq̄ ſis male rectus
Et ſint directa per te que ſunt male recta.

N iſto capitulo actor noſter tractat de diſcretione pro quo ē notandū q̄ diſcretio
I dicitur a diſcerno.nis.qꝛ diſcretus debet diſcernere inter bonū ⁊ malū.verū ⁊ fal
ſum.⁊ eligere bonū ⁊ verū.cetera abijciendo que ſunt nociua. Diſcretus eni dz
primo cōſiderare a quo ſit ex quo ſit quid ſit quid fuerit quid erit ⁊ ad quid.diſcernat ſin-
gula ⁊ remouetur circa ea contempletur celeſtia reflectat ſe ad inferiora ⁊ circunſpiciat q̄
fecit.que facit ⁊ que facturus ſit vt conſona ſint rationi ⁊ regulata matura deliberatione
voluntatis bene inſtitute ⁊ diuine voluntati q̄tū poſſibile eſt ɔformia que bona ſunt be-
ne continuando. que vero mala atq; dānabilia ſi perpetrata fuerint emendando. ſi vero
perpetrata minime fuerint euitando. C.primo.ergo conſideret diſcretus a quo ſit ⁊ inue
niet q̄ a deo Geñ.primo.creauit deus hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudinē ſuā. Sup quo
eſt notandū q̄ duplex eſt homo ſm Yſidoruz de ſummo bono.ſcilicet interior ⁊ exterior.
Interior homo dicitur aīa.exterior homo ⁊ interior ſimul dicitur aīal rationale.ſ.corpus
⁊ aīa vtrūq; tangitur.Geñ.ij.c.vbi dicitur formauit deus hoiem de limo terre ⁊ inſuffla-
uit ſeu inſpirauit in faciē eius ſpiraculū vite.Ex hijs apparet ex quo ſit homo:quia de ter
ra quo ad corpus.de ſubſtantia ſpirituali quo ad aīam. Itē ex hoc apparet quid ſit:quia
corpus ⁊ aīa.patet per diffinitionē eius. Homo eſt aīal rōnale. Hō eni quantū ad aīam
eſt nobilis ſubſtantia cū ipſa aīa dicať in.ij.di.primi ſen.imago trinitatis.Quantum ad
corpus eſt ſubſtantia fragilis multis dedita miſerijs:vt pz p experientiā ⁊c.qd fuerit pri-
mo ſm generationē ſperma vile ⁊ fetidū in vili hoſpicio locatū ibidē fetulenter nutrituz
⁊c.qd erit.cibus vermiū ⁊c.ad quid ad poſſidendū paradiſum.Math.xxv. Uenite bene
dicti patris mei pcipite regnum ⁊c. Idcirco diſcretꝰ hō dz facere opa ſalubria p q̄ mereať
hře pmiū eternū. Ja.i.cū probatꝰ fuerit accipiet coronā ⁊c. Se qť textꝰ de ꝓuidētia

Rouideas cura vigilanti ſepe futura
Ne noceant cura q̄ precaueas nocitura
Ac bona procura non ſpectans tempora dura.
Ne tibi quid deſit prouiſio prouida preſit
Qui de venturis non prouidet exit inermis.
Non confundetur qui premunitus habetur.
Neſcit prodeſſe qui neſcit prouidus eſſe
Prouidus eſt plenus:improuidus extat egenus.

N iſto capitulo actor noſter determinat de prouidentia. Pro quo eſt notandum
I q̄ prouidentia dicitur a procul ⁊ video vides quaſi procul videns . Et licet om-
nia ſubijciantur diuine prouidentie:tamen circa contingentia operabilia que per

hominē poſſunt conſiderari propter finē poteſt verſari prouidentia. Preterita enī in ne-
ceſſitatē quandā tranſeunt: quia impoſſibile eſt non eſſe quod factū eſt. per Ariſto. primo
periarme. preſentia enī inquantū hmōi neceſſitatē quandā habent neceſſe eſt enī ſorte
ſedere dū ſedet. per Ariſto. loco preallegato. omne quod eſt duz eſt neceſſe eſt eſſe ꝛc. hoc
tamen large capiendo. ergo apparet ꝙ futura ſunt contingentia. ſm ꝙ ſunt per hominez
in finez humane vite ordinabilia. ꝛ circa iſta proprie verſatur prouidentia. Et dicit̄ pars
prudentie principalior ſm beatū Tho. ſecunda ſecunde in recta ordinatione ad finez que
includitur in ratione prouidentie importatur rectitudo conſilij iudicij ꝛ precepti ſine quiꝫ
bus recta ordinatio in finē eſſe non poteſt. vnde Ber. qui nihil de futuro premeditatur
in omnia incautus decidit. Prouidentia autem vel mala futura vitat vel tēperat ſm Se
necā. Unde minus feriunt iacula que preuidentur. De hoc habemus exemplū Gen. xli.
quomodo Joſeph expoſito ſomno regis pharaonis prouidit toti patrie egypti ſeptem
annis futuris ne maceraretur fame populus egypti ꝛc. Ad prouidētiā nos mouent bru
ta animalia vt hericius. glis formica ꝛc. que in eſtate prouident ſibi de victualibꝰ pro hye
me. prouer. vi. vade ad formicā o piger ꝛ conſidera vias eius ꝛ diſce ſapientiā que cū nō
habeat ducē neqꝫ preceptorez parat eſtate cibū ſibi ꝛ congregat in meſſe quod comedat
hyeme ſupple ꝛc. Deus enī dimiſit hominē in manu conſilij ſui inquantū conſtituit eum
actuū prouiſorē. Eccle. xv. appoſuit tibi deus aquā ꝛ ignē ad quod volueris porrige ma
num tuā. nā deus ab initio conſtituit hominē ꝛ reliquit eū in manu conſilij ſui. tamen pro
uidentia hominis de ſuis actibus non excludit diuinā prouidentiā de eiſdē que eſt ipſa di
uina ratio in ſummo omnium principe conſtituta que cuncta diſponit ſm Boe. in. iiij. lib.
de conſola. ſicut nec virtutes actiue creaturarū excludunt virtutē actiuā diuinā ſm beatū
tho. in ſecunda ſecunde. Non enī ſolū prouidentia eſt in prouiſione temporaliū bonorū
ſed etiā ſpiritualiū vt precipue hō prouideat anime ſue taliter ꝙ dn̄s inueniat eā paratā
dū venerit. Mathei. xxiiij. Eſtote parati quia qua hora non putatis filius hominis ven
turus eſt ꝛc. prouideat ergo homo anime. deinde corpori debito modo ſine exceſſu ſeu ſu
perabundantia. prima ad thymo. vi. eſt enī queſtus magnꝰ pietas cū ſufficientia quoniā
ſufficientia non abundantia ditat hominē. Grego. Sequitur textus de largitate

Is largus parcus non vaſtator nec auarus
Stat medio virtus: extrema tenet vitioſus
Prodigus eſt dando nimium: cupidus retinendo
Largus dans danda: parcus retinens retinenda.
Prodigus inuanie conſumit cur fit inanis
Qui ſua conſumit eget ꝛ poſt vndiqꝫ ſumit:
Prodigus eſt prauus: ſed peior fertur auarus.
Nam quaſi ſemper abeſt alijs nunꝙ ſibi prodeſt.
Quilibet exceſſus malus eſt cur ſit bene preſſus
Tu medium retine modus eſt ſeruandus vbiqꝫ
Serua menſuram ſemper multum valituram
Da cito gaudenter gratis iuſte ſapienter
Nam donum decorant hec: ꝛ meritum meliorant.

In iſto capitulo actor noſter determinat de largitate. pro quo eſt notanduz ꝙ lar
gitas. parcitas. prodigalitas. ꝛ auaricia differunt. nā largitas eſt virtus que eſt in
ter prodigalitatē ꝛ auariciā ꝛc. Largitas enī attenditur dando danda. ꝛ parcitas
retinendo retinenda. prodigalitas exponendo vltra modū. auaricia retinendo vltra mo



dum ſeu citra modum. De prodigalitate loquit̄ Catho. d. Qui ſua ꝯſumūt cū deeſt aliēa
ſequuntur. Et Facetus qui plus expēdit ꝙ lucri ſumma repēdit. Non admiret̄ ſi paupta
tate grauet̄. De largitate. Luce. xvi. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis ꝛc. Et
deute. xv. ꝑcipio tibi vt aperias manū tuā egeno ꝛ pauperi. De parcitate pꝫ ꝙ hō debet
retinere ꝓ ſua neceſſitate ꝛ nō erogare. qꝛ in iſto caſu nemo ſibi ſecūdꝰ. De auaritia videa
tur in capi. ſuo in prin. libri. Auarus enī ceteris eſt deterior. qꝛ agit ꝯ oēm legem. vt in ca.
de auaricia. Omnia enī debēt fieri mediāte modo ſine quocūqꝫ exceſſu. quare ꝓdigalitas
ꝛ auaricia vicia ſunt cum non teneāt mediū. Hora. Eſt modus in rebus ſunt certi deniqꝫ
fines. Quos vltra citraqꝫ nequit cōſiſtere rectū. Cetera videant̄ in ca. de auaricia ꝛ elemo
ſina. Sed qꝛ fit mentio de medio virtutis queritur vtrum virtus ſit in medio. Et rn̄det̄
cum diſtinctione tali. Uirtutes ſunt triplices morales: intellectuales: ꝛ theologice. Mo-
rales conſiſtunt in medio. Pro quo eſt notandum ꝙ in virtutibus moralibus poteſt re-
periri duplex medium. Nā in hijs virtutibus moralibus que ſunt circa paſſiones mediū
accipit̄ ſm dictamē recte rōnis. ꝛ ſic habent mediū rōnis ꝛ non rei. pꝫ per exemplū. quia
ꝓuidemus ad ꝓſequendū ſupabundantias delectationum que ſunt circa tactū ꝛ guſtuz
ideo recta ratio iudicat ꝙ virtus obſeruans mediū circa delectationes predictas magis
deberet elongari a ſuperabundantia ꝓſequutionis taliū delectationū ꝙ̄ a defectu taliuz
Similiter quia difficile eſt aggredi terribile ꝛ proni ſumus ad reſiliendū. ideo recta ratio
iudicat ꝙ mediuz quod ſeruat fortitudo circa terribilia debet magis elongari a timore ꝙ̄
ab audacia ꝓpter quod philo. diffiniens virtutem moralē in ſcdo ethi. ponit hoc. ſ. in me
dio cōſiſtēs quo ad nos determiata rōne. ꝛ dicit Linconiēſis ibi ꝙ illa clauſula in medio
cōſiſtens quo ad nos ponit̄ ad differentiā medij ſm rē. ꝛ ibidez dicit phi. ꝙ ois ſciens. i.
prudens ſupabundantiā ꝛ defectū fugit: mediū aūt querit. ꝛ hoc deſiderat ſeu eligit. ſcꝫ
mediū non rei quo ad nos ponit̄ pro iudicio recte rōnis. tamē non tota bonitas virtutis
moralis eſt a rōne ſed magis a voluntate in hoc ꝙ volūtatis ptāte eſt ſe cōformare mēſu
re recte que eſt deus ꝛ generare in ſe virtutes ſm dictamen recte rationis. etiam in eius
poteſtate eſt ſe auertere ꝛ generare in ſe vicium ꝛ peccatū ꝛc. Circa virtutes intellectuales
eſt notādū ꝙ quedā ſunt practice quedā ſpeculatiue. Practice ſunt ars ꝛ prudētia. Spe-
culatiue vt ſciētia ſapiētia ꝛ intellectus. ꝛ ratio ſe hꝫ alit̄ in hijs ſpeculatiuis ꝛ in practicis
qꝛ materia practicarū ſunt paſſiones ꝛ operationes humane vel ipſa artificiata. Materia
aūt virtutū ſpeculatiuarū ſunt ipſe res in mente. modo ita eſt ꝙ circa ea que rō operat̄ ſic
in practicis rō eſt regula ꝛ mēſura. Ad ea aūt que ſpeculant̄ ſe hꝫ ratio vt menſuratū ꝛ re
gulatū ad mēſurā ꝛ ad regulā. qꝛ res ſcibiles ſunt menſura ſcie. bonū enī intellectꝰ noſtri
eſt verum qđ bonū cōſequit̄ qn̄ cōformat̄ rei ꝛ adequat̄ ei. Sicut ergo virtutes morales
in appetitu cōſiſtunt in medio determinato rōne. ita prudētia q̄ eſt virtus intellectualis:
Practica circa moralia hꝫ illđ ꝓ medio determiato qđ hꝫ virtus moralis. ſed differunt.
qꝛ illud mediū eſt prudētie vt ꝯſtituētis ꝛ determinantis ꝛ ponētis mediū recte cōſiliādo
appetitui. ꝛ eſt mediū virtutis moralis ſicut illiꝰ qđ ꝯſtituit̄ ꝛ determinat̄ a recta rōne agi
biliū. Similr̄ reſpectu artis. mediū eſt idē artis ꝛ artificis. ſꝫ huiꝰ vt ꝯſtituētis ꝛ imprimē
tis mediū artificiato. ꝛ illiꝰ. i. artificiati. ſicut illius cui impreſſuz eſt. De ſpeculatiuis dico
ꝙ mediū in ipſis erit ipm verū. qđ quidē verū cōſiderat̄ in eis ſm ꝙ attigūt ſuā mēſurā. ꝛ
cōformat̄ ei ſcꝫ ipſi rei ineſſe. quod quidē mediū non eſt mediū inter aliquā quātitatem q̄
ſit ex parte mēſure. Contraria enī inter q̄ accipitur mediū virtutis nō ſunt ex parte men-
ſure ſed ex parte mēſurati ſm qđ excedit vel deficit a menſura. Quāuis enim res ꝯrie nō
habeant verā contrarietatem in anima. qꝛ vnū eſt ratio cognoſcendi alterum ſm qđ dicit
cōmentator in. vi. metha. tamen in intellectu eſt ꝯrietas affirmationis ꝛ negationis. que
ſunt cōtraria. vt dicitur in fine primi periarmenias. Quis enī eſſe ꝛ non eſſe nō ſint ꝯria
ſed ꝯdictorie oppoſita. ſi conſiderant̄ ipſa ſignificata ꝓut ſunt in rebus. qꝛ alterū eſt ens
alterū pure non ens. tamē ſi referant̄ ad actū anime vtrunqꝫ ponit aliquid vnde eſſe ꝛ nō
eſſe ſunt ꝯdictoria. ſed opinio qua opinamur ꝙ bonū ē bonū: eſt ꝯria illi qua opinamur

ꝙ bonū non eſt bonū. ⁊ inter hm̄oi ꝯ̄ria ſunt virtutes intellectuales ſpeculatiue. ⁊ ſic inſ affirmationes ⁊ negationes oppoſitas accipit mediū in intellectualibus virtutib' ſpecu latiuis. De virtutib' theologicis eſt notādū ꝙ mediū accipit in ipſis per cōformita tem ad ſuam regulā ⁊ menſurā ſm ꝙ cōuenit ipſam tranſcēdere vel ab ea deficere. virtu tis cui theologice pōt accipi duplex mēſura. Una quidē ſm ipſam rōnē virtutis ⁊ ſic mē ſura ⁊ regula virtutis theologice eſt ipſe deus. Fides eni noſtra regulat ſm veritatē diui nā. Charitas aūt ſm bonitatē diuinā. Spes aūt ſm magnitudinē omnipotētie eius. ⁊ il la eſt menſura excellēs ⁊ excedēs omnē facultatē humanā. vnde nunꝗ̄ poteſt homo dili gere deū quantū diligi debet. nec tantū credere aut ſperare in ipſum q̄tū debet. ⁊ ſic mul tominus pōt ibi eſſe exceſſus. ⁊ ſic bonū talis virtutis non conſiſtit in medio ſed melius eſt q̄to magis accedit ad ſummū. Alia regula ⁊ menſura virtutis theologice eſt ex parte noſtra. qꝛ ⁊ ſi nō poſſumus in deū ferri quantū debem'. debem' tamē ferri in ipm creden do ſperādo ⁊ amando ſm menſuram nr̄e ꝯditiōis. vnd pōt actus in virtute theologica conſiderare mediū ⁊ extrema ex parte noſtra ſicut ſpes eſt mediū inter preſumptionem ⁊ deſperationē ex parte noſtra. ſ. inquantum aliquis preſumere dicit ex eo qd̄ ſperat a deo bonum quod excedit ſuam conditionē. vel non ſperat qd̄ ſꝫ ſuā ꝯditionem ſperare poſſꝫ qd̄ non poteſt eſſe ſuperabundantia ex parte dei cuius bonitas eſt infinita. ⁊ ſic dicit de ſperare. Similiter fides dicit eē media inſ duas hereſes ꝯ̄rias inq̄tū ipa opinio huma na eſt media inter ꝯ̄rias opiniones ⁊c̄. Cōpen. theo. ſub paucis v̄bis dicit ad iſtā qōnem ꝙ mediū virtutis cōſiſtit in trib' in agendis. ſ. inter citra ⁊ ſupra modū in habēdis. ſ. inſ ſupfluum ⁊ indigentiā. In ſuſtinendis. ſ. inter eleuari in ꝓſperis. ⁊ deijci in aduerſis ⁊c̄.

Sequitur de predicatione ⁊ doctrina.

Ut valeas eſſe doctor bonus iſta neceſſe.
Sunt tibi precipue que debes corde tenere.
Sitq̄ꝫ decens vita bona lingua ſcientia prudens
Conueniensq̄ꝫ modus intentio ſit tibi chriſtus.
Comoda dic verbaq̄ꝫ ſcientia lege probata.
Sint: vt ab errore doctor caueasq̄ꝫ pudore
Sancta fides culpa virtus et gloria pena
Hec ſunt precipue per te ſermone docenda
Sermo tuus gratus ſit verax premeditatus
Clare prolatus bona cernens et moderatus:
Utilis ornatus ſit congruus atqꝫ probatus.
Non tamen elatus ſit nec nimium phaleratus:
Semper ſermones fac iuxta conditiones:
Illorum qui ſunt preſentes nam mage proſunt
Uerba dei recita documentis facta marita.
Prodeſt doctor ita ſi conſtet ei bona vita.

Undecim reperiuntur que videntur facere ad hoc ꝙ aliquis debito mō doceat maxime doctrinā ſalubrē. Primū ē vt ipe laudabilit viuat. aug. in lib. de doc. chri. Nō libēter ſeu obdiēter audit q ſapiꝰ nō audit. Greg. in mora. cū impio docet qd̄ piꝰ agit ꝙ̄ dicit nam doctrine ſubtrahit q̄s fiduciā qn̄ cōſciētia prepedit linguā. vita eni oꝫ iuuare doctrinā nō impedire. Et prio debꝫ q docet ſe informare in doctrina poſtea alios puer. v. bibe aquā de ciſterna tua ⁊ fluēta putei tui. Et ſubdit poſt diriment fontes tui ſe



ras. Scōm eſt vt auctoritatē magiſterij deo non ſibi attribuat. aug. in lib. de doc. chri. q̄n̄ xp̄us ſemiat ego q ſum vir cophinus ſeminātis in meipo ponere dignat qd̄ velit ſpar gere. Nolite ergo attendere ad vilitatē cophini ſed ad caritatem ſeminis ⁊ poteſtatem ſe minatoris. idē Aug. in eodē xp̄s eſt qui docet cathedrā in celo habēs. ſcola eius in terra eſt. ſcola ipſius corpus eſt eius. caput docet mēbra ſua. lingua loquit pedib' ſuis. Sup capitulū ſequēs de predicatiōe ⁊ doctrina nota ꝙ appetitus magiſterij eſt culpabilis plu ribus de cauſis. vna ꝓpt ignorantiam. Jaco. iij. Nolite plures magiſtri fieri fratres mei Glo. niſi tm̄ diſcreti ⁊ in ſcripturis docti. Scda culpabilis eſt ꝓpt inhoneſtā vitā grego. indignū eſt celeſtē doctrinam eſſe in vaſe immundo. ⁊ alibi idē. qui verbū dei loquit pri' ſtudeat qualiter viuat ⁊ poſt ex actu colligat que ⁊ qualit dicat. qꝛ decens eſt magnum id cōplere opere qd̄ dicit ore. qꝛ ille qui aliud dicit ꝙ̄ facit multū deo diſplicet vt legit Mat. xxi. de ficulnea cui maledixit dn̄s glo. ficulnea habens ſola folia ſine fructu. Predicator ē habens verba ſine bonis operibus. vnde Greg. cuius vita deſpicit neceſſe eſt vt eius ꝑ dicatio cōtēnatur. Ipſa etiā veritas ſuſpecta reddit hoibus cū ꝯ̄rium videāt in operib' Itē culpabilis eſt qꝛ ſoli deo cōpetit vt legit Mat. xxiij. Nolite vocari rabbi vnus ē ma giſter veſter xp̄us. Alia cā qꝛ homo appetit eſſe ſuperior illo quē natura ſibi genuit eq̄lē vnde Aug. hominē homini ſubdi nō natura eſt hominis inſtituti ſed pena damnati. alia cā eſt ſi propt vanā gloriā appetat ſicut faciebāt ſcribe ⁊ pharīſei. de quibus Mat. xxiij. amant primos recubitus in cenis. ⁊ primas cathedras in ſynagogis ⁊ ſalutatiōes i foro ⁊ volūt ab hoibus vocari rabbi. Tertiū eſt vt oratione doctrine premittat. Augu. orōne melius ſoluunt dubia ꝙ̄ alia inquiſitione. idem aug. in lib. preallega. Si regina heſter ꝓ ſue gentis tēporali ſalute loqueretur apud regē orauit vt in os eius ꝯgruū ſermonē dn̄s daret. q̄to magis orare dꝫ vt tale munus accipiat q pro eterna hominū ſalute in verbo ⁊ doctrina laborat. Quartū eſt vt ſciētiā ſeu ſniam plus amet ꝙ̄ verba. Aug. bonoꝝ ingeni orū inſignis eſt indoles in verbis verū amare non verba. Quid ꝓdeſt clauis aurea ſi a perire quod volum' non pōt. qd obeſt lignea ſi pōt quando nihil querim' niſi patere qd̄ clauſum eſt. Quintū eſt vt in ſcripturis actoꝝ ſenſus requirat. Augu. in lib. de doct. chri. loquēs de illo q aliud in ſcripturis ſentit ꝙ̄ ille qui ſcripſit dicit ea tn̄ ſententia deceptus eſt q edificat charitatē. ⁊ ſequit per eundē aug. titubabit fides ſi diuinaꝝ ſcripturaꝝ vacil let auctoritas. Sextū eſt vt in ſcriptura ſacra non vbiq̄ꝫ miſteriū requirat. aug. xvi. lib. d ciui. dei. nō ſane omnia q geſta narrant etiā ſignificare aliq̄d putanda ſunt. ſꝫ ꝓpt illa q aliq̄d ſignificāt ⁊ ea q nihil ſignt attexunt ſolo vomere terra ꝓſcindit. ſꝫ vt etiā fieri poſſit cetera aratri mēbra ſunt neceſſaria. Et ſoli numeri in cytharis ⁊ in ſimilib' aptāt ad cātū ſed vt aptari poſſint inſunt ⁊ cetera q nō ꝑcutiunt a canentib'. ſed ea que ꝑcuſſa reſonāt hiis cōnectūtur. ita in ꝓphetica hiſtoria dicunt aliq̄ que nihil ſignt. ſed quib' adhereant ea q ſignt ⁊ quodāmō religentur. Septimū eſt vt diuidendo mediocritas ſeruet. vn̄ Se neca cōprehendere quēadmodū maxima illa minima difficile ē. Octauū eſt vt docēdo ve ritatē nō deſerat. Augu. in lib. de doc. chri. vera dicant ⁊ multa exēplo ſaluatoris noſtri q veritatē ſemper ꝑdicauit ⁊ docuit. Nonū vt doctrina facilis ſit ⁊ apta. aug. in eodē lib. qd ꝓdeſt locutionis integritas quā nō ſequit audientis intellectus. Loquēdi eni nulla eſt cā ſi id quod loquit nō intelligant hij propter quos loquimur ꝙ debeat eē facilis. pꝫ ꝓuer. xix. doctrina prudētium facilis. eccle. iiij. qd̄ debeat eſſe apta pꝫ pria ad coꝝ. xiiij. Nō ab ſcōdas ſapiētiam. Ambro. melius eſt vt vos intelligant populi ꝙ̄ vt cōmēdēt grāmatici Decimū eſt vt doctrina ſit breuis. eccle. xxi. verba ſapientū ſtatera pōderabūtur. Horatiꝰ q̄cq̄d ꝑcipies eſto breuis vt cito dicta ꝑcipiāt ai dociles teneātq̄ꝫ fideles. Oē ſupuacuuꝫ pleno d pectore manat. Undecimū vt doctria ſit vtilis. Seneca i epi. et ſi mltū eēt etatis ꝑce diſpēſandū erat vt ſufficerꝫ neceſſarijs. nūc q̄dā demētia ē ſupuacua dicere i tpis ege ſtate. Doctor. n. in doctria ſ11a dꝫ attēdere ad tria. dꝫ attēdere vt iſtruat. vt placeat. ⁊ vt ad agēdū moneat. vn̄ aug. in. iiij. lib. de doc. chri. docēdi neceſſitas i reb' eſt ꝯſtituta q̄s diſci mus ideo dr ꝙ docere eſt neceſſitatꝭ. Alia duo. ſ. docere vt placeat ⁊ delectet ⁊ vt moueat

⁊ aliꝫ ꝙ addiſcēs flectetur ſunt in modo quo dicim⁹. Duodecim⁹ eſt doctor ſacre ſcripture non ſit timidus vel remiſſus. Aug. in libro de diſci. chriſti. qui timuerit ne ſemen cadat in terram malā nō perueniet ad bonā: iactamus ſemina: ſpargimus ſemina: ſunt q̄ cōtēnūt ſunt qui apprehendunt. ſunt q̄ irridēt iſtos ſi nos timuerimus nihil habemus ſeminare. ⁊ ſic in meſſe habebimus eſurire. ſcđa ad thymo. iiij. predica verbū inſta oportune impor tune argue obſecra increpa in omni patientia ⁊ doctrina erit enī tēpus cū ſanā doctrinā non ſuſtinebunt ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros prurientes aurib⁹. tu āt vigila in omnibus labora opus fac euangeliſte miniſteriū tuū imple. Math. ix. circuibat ieſus oēs ciuitates ⁊ caſtella docēs in ſynagogis eoꝝ. ⁊ Lu. xi. ⁊ erat q̄tidie docēs i tēplo

Sequitur textus de correctione.

Fratrem corripere peccantem quiſq̄ʒ tenetur.
Et careat ſcelere niſi quando per illa timetur
Deterior fieri vel non correptus haberi.
Vel ſi ſperetur ꝙ proximus inde grauetur
Aut ſi tardetur ꝙ nondum tempus habetur
In ſimili peccans publice ſuper his prohibetur.
Ut bene corrigere valeas te corrige vere
Ut ſic correptus poſſis reprehendere rectus
Qui non corrigitur aliorum facta videndo
Corriget vt legitur alios malefacta ſequendo.
Prauos corrigere virtus eſt maxima vere
Iuſti vexantur niſi praui corripiantur

Correctio eſt pro meliorationis ſpe caſtigatio ad quam correctionē inuitamur faciendam. Math. xviij. ſi peccauerit in te frater tuus corripe eū inter te ⁊ ipm ſolū Ad gala. vi. Si ꝓoccupatus fuerit hō in aliquo delicto vos q̄ ſpūales eſtis iſtruite hūc eccle. vij. filij tibi ſunt erudi illos ⁊ curua illos a pueritia illoꝝ. ad ephe. vi. Educate filios veſtros in diſciplina ⁊ correctiōe dñi. Itē mouet nos ad correctioneʒ ſaluatoris noſtri exēplū ⁊c. Itē mouet nos ad correctionē faciēdā vtilitas ꝓueniens ex correctione. ꝓuer. xxvij. Melior eſt manifeſta correctio q̄ amor abſcondit⁹. Et i eodē Meliora ſunt vulnera diligentis q̄ fraudulenta odiētis oſcula. ⁊ eodē. xxviij. qui corripit hoīem grām poſtea inueniet apud eū magis q̄ qui ꝑ lingue blandimenta decipit. eccle. xxx. Qui diligit filiū aſſiduat illi flagella vt letetur in nouiſſimo ſuo. Vexatio dat intellectū Yſa. xxviij. Item mouet nos ad hoc malum prouenienſ ex defectu correctionis cum dicit̄ ſuſcitabo aduerſuʒ hely oīa que locutus ſum ſuꝑ dñm eius eo ꝙ nouerat idigne agere filios ſuos ⁊ nō corripuit eos. eccle. xxxij. cōfuſio patris eſt de filio indiſciplinato. ⁊ eodē. xli. de patre impio cōquerūtur filij qm̄ ꝓpter eū ſunt in tormētū. Yſa. xxiij. ſperate filios eius occiſiōi in iniquitate patrum eoꝝ. De mō faciendi correctionē nota ꝙ fieri debʒ ex amore. apoca. iij. ego quos amo arguo ⁊ caſtigo. Itē correctio debet fieri ex cōpaſſiōe. Greg. nequaq̄ iacentē erigit niſi qui ſtatus ſui certitudinē per cōpaſſionē flectit. Itē debet fieri correctō cū manſuetudine. ps. ſuꝑuenit māſuetudo ⁊ corripiemur. Item correctio dʒ fieri ſecreto ſi culpa ſit occulta. Math. xviij. ſi peccauerit in te frater tuus corripe eū inter te ⁊ ipſuʒ ſolum. Si vero ſit manifeſta culpa correctio poteſt fieri manifeſte. pria ad thymo. v. Peccātem corā oībus argue vt ceteri timorē habeant. ⁊ Yſi. manifeſta peccata non ſunt occulta purgatione purgāda ſed manifeſta. vt per hoc ſanetur hij qui eos imitando deliquerunt Dum enim vnus corripit̄ plurimi emendantur. Item attendend⁹ eſt ſtatus perſonarū q̄ corrigūtur, cū veterano parcius agendum eſt, vt Seneca ait prima thimo. iiij. ſeniorē ne



increpaueris ſed obſecra vt patrē ⁊c. Item nota ꝙ delinquentes debēt libenter recipere correctionē. vnde ps. Apprehēdite diſciplinā ne qn̄ iraſcat̄ dñs ⁊c. eccle. xix. qui odit correctioneʒ minuetur vita triplici nature gratie ⁊ glorie ⁊c. Nota ꝙ eſt vna diſciplina ꝓprij corporis vt ieiuniū. aſperitas veſtiū duricies lectoꝝ. peregrinatio vigilie. diſciplina verberum ⁊c. Eſt alia diſciplina q̄ pertinet ad eos qui preſunt. ⁊ illa eſt duplex. quedam eſt ſpūalis cū delinquentes feriunt̄ gladio ſpūali q̄ ſpūaliter pertinet ad prelatos eccleſie. Alia eſt tēporalis ſeu materialis cū deliquentes feriunt̄ gladio materiali. Sequit̄ de correctione dei. Pro quo eſt notandū ꝙ dei correctio eſt egritudo corporis q̄ cū gaudio recipienda eſt quia multum debilitat hoſtē familiarē. ſ. corpus. ⁊ ſubdit ſpūi ſecūda coꝝ. xij. in infirmitate experitur homo virtutem animi ſui. Legitur enī in vitis patrū ꝙ cū q̄dā peteret a Johanne heremita vt ſanaret eum a tertiana. rn̄dit rem tibi neceſſariam cupis abijcere. Anima enim languoribus ⁊ caſtigationibus purificatur. Egritudo corporis citatio eſt de pace facienda cum deo ſi fuerit ad mortem peremptoria. ſi vero fuerit ad mortem dilatoria. gaudere enim debet qui infirmatur de hoc ꝙ vilis domuncula eius incipit deſtrui cum ſpūs habeat domum regiam in celis. ſecūda coꝝ. v. ſcim⁹ qm̄ ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur ꝙ edificatione ex deo habemus domuʒ non manu factam ſed eternam in celis. Infirmitates enim veniunt aliqn̄ vt numer⁹ meritorū ꝑ patientiam iuſtis augeat̄ vt Job. ij. Secūdo ad cuſtodiā virtutū vt in paulo ſcđa coꝝ. xij Tertio ad corrigenda peccata. Numeri. xij. Quarto ad gloriā dei vt in ceco nato. Jo. ix. Quinto ad initium pene vt in herode ac. xij. ⁊c. Vide reſiduū in capitulo de elemoſina

Sequitur textus de perſeuerātia.

Si vis regnare ſtudeas bona continuare
Fac bona continue poteris ſic viuere recte
Omnes virtutes currunt querendo ſalutes
Continuans curſum ſcandit conſtantia ſurſum
Incipiunt multi non perficiunt bona ſtulti
Stultus mutatur vt luna cito variatur
Quolibet a vento giratur ſicut arundo
Sed prudens conſtat vt ſol ſua lumina preſtat
Quod bene cepiſti comple: nam premia donat
Chriſtus vincenti: finis non pugna coronat

Perſeuerantia eſt permanentia ſicut ⁊ conſtantia. tamen differunt q2 cōſtantia eſt permanentia in propoſito. perſeuerantia vero permanentia in bono ſiue continuatio boni. Conſtantia cauet leuem tranſitum a propoſito vno in aliud. perſeuerantia vero cauet diſcontinuationem ſiue defectum debiti finis. Et deſcribit̄ ſic perſeuerantia. Perſeuerantia eſt ſm̄ Tullium in prima rethorica in re bene conſiderata ratio ſtabilis ⁊ perpetua manſio. Et reperitur duplex perſeuerantia. ſ. generalis ⁊ ſpālis. generalis attenditur in continuatione boni ⁊ circuit omnem virtutem. ſpecialis vero attenditur circa terribilia ⁊ difficilia ad ſuſtinendū que ledunt naturā. ⁊ hec ꝑtinet ad fortitudinē ad quā mouemur. ad hebre. xij. In diſciplina ꝑſeuerāte. Item perſeuerantia eſt duplex. ſ. finalis ⁊ n̄ finalis. Non finalis eſt quando aliquis longo tempore perſeuerat in bono. tamen poſtea cadit per mortale. Finalis vero perſeuerantia dupliciter dicitur. Nam quedam eſt finalis in propoſito. alia finalis in actu. Finalis in propoſito fit finalis actu in hijs q̄ permanent in bono. De perſeuerantia finali actu dicit Augu. ꝙ multi eam habere poſſunt. nulli⁹ autem amittere. incipit enī eſſe finalis actu in termino vite. Perſeuerantia enim dat̄ homini per bona merita. vn̄ glo. ſuꝑ illud ps. retribuet mihi ſm̄ iuſtitiā meā ꝓ fide ⁊ ſpe. ⁊ alijs bonis operib⁹ reddet de⁹ perſeuerantiā. ideo dicit̄ regulariter ꝙ virtutes cōiter prio

dantur in aliqua qualitate.ſecundo per bona opera merentur augeri ⁊ tamen. perfic. ꝓpo
tamen date ſunt omnes virtutes in ſtatū ꝑfectionis que neq3 augentur neq3 intendunt
Ad commendationem perſeuerantie valet ammonitio ſacre ſcipture Judich.xviij.nolite
negligere.nolite ceſſare.⁊ apo.ij.id quod habetis tenete donec veniā. Secundo valet ꝓ
miſſio que fit perſeuerantibus apoc.ij.Eſto fidelis vſq3 ad mortem ⁊ dabo tibi coronam
vite.⁊ Mathei decimo. Deniq3 non qui ceperit ſed qui perſeuerauerit vſq3 in finem hic
ſaluus erit. Et idem Math.xxiiij.Bernardus in epiſtolis ſcias dyabolum ſemper ſoli
inſidiari perſeuerantie.quam ſolum virtutum nouit coronari.Tertio valet comminatio q̄
fit imperſeuerantibus.ſ.ablatio corone apoc.iij.tene quod habes vt nemo accipiat coro-
nam tuam.Quarto facit ad hoc exēplū dei.Gen̄.ij.qui compleuit die ſeptimo opus ſuū
Quinto exemplum chriſti hominis. Johan.xvij.opus conſummaui quod dediſti mihi
Septimo exemplo ſanctorum Job.xxvij.iuſtificationem meam quam accepi tenere.ſcd̄a
thimo.iiij.Bonum certamē certaui:curſum conſummaui. Jtez perſeuerentia cōmēdatur
a ſuis effectibus. Primo q2 a deo impetrat quicquid vult Luce.xi.Si perſeuerauerit pul
ſans.⁊c.dabit ei quotquot habent neceſſarios.thob.iij. Sarra in or̄one ꝑſiſtens ⁊ cum
lachrymis deū deprecans exaudita eſt.Et apoſtoli perſeuerantes in or̄one.ſſ. acceperūt
actuum.ij.Perſeuerantia bona acquiſita cuſtodit ſicut imperſeuerantia deſtruit.Prouer
biorū.xix.q̄ mollis ⁊ diſſolutus frater eſt ſua opera diſſipantis.Augu.perſeuerantia ma-
gnum donum dei eſt quo cetera dona conſeruant. Perſeuerātia difficilia ⁊ aſpera facilia
⁊ ſuauia facit.Bern̄.in epiſtolis ſubito procedenti de vmbra ad ſolem de ocio ad labo-
rem graue cernitur omne id quod incipit ſed poſtq̄ ab hijs diſſueſcere ⁊ ad illa pauliſper
aſſueſcere ceperit vſus tollit difficultatē quam inuenit quia facile eſt qd̄ impoſſibile eē pu
tauit.Perſeuerantia meretur apprehendere premium primū coꝝ.ix.vnus accipit brauiū
ſcz perſeuerans.Perſeuerantia eſt filia ſummi regis finis virtutum ⁊ conſummatio.Ber.
Unde Criſo.tolle perſeuerantiā nec obſequium mercedem habet nec beneficium gratias
nec laudez fortitudo.qui vero perſeuerauerit ſaluus erit.Incipere multoꝝ eſt finire:ſaltē
bene:paucorum.Delectatio eſt in principio in fine.ꝓbatio Ber.Aſſueuerunt multi initio
feruentes eſſe in fine remiſſi ⁊ diſſoluti quare dicit Grego. incaſſum bonum agitur ſi an̄
vite terminum deſerat. Fruſtra enim velociter currit qui priuſq̄ ad metas veniat deficit.
tunc eſt enim veſtis vſq3 ad talos ideſt perfecta.ſi perſeuerātia affuerit ſine qua perſeue-
rantia veſtis eſt inhoneſte deturpata.glo.ſuper illud Mathei decimo.qui perſeuraue-
rit.⁊ ſuper capitulum Leuiti.vbi cauda beſtie iubebatur offerri ⁊c. Sed quia de con-
ſtantia fit mentio eſt notandum q̄ conſtantia eſt animi ſtabilitas firma in ꝓpoſito perſe
uerans.Ad conſtantiam enim requiritur ſtabilitas intellectus in hijs que ſunt fidei pri-
ma coꝝ.vlti.vigilate ⁊ ſtate in fide.vnde Thob.ij.vitam illam expectamus quā deus da-
turus eſt hijs qui fidem ſuam nunq̄ immutant ab illo.Alia eſt ſtabilitas circa ea que de-
ſiderantur.Seneca in epiſtolis.ante omnia hoc cura vt conſtet tibi quotiens experitivo
les an aliquid ſit actū obſerua:an ea velis que habere mutatio voluntatis indicat animū
vacare ſeu vacari atq3 alibi apparere prout tulit ventus.Alia eſt ſtabilitas loci. Ber.ad
fratres de monte.Impoſſibile eſt hominem fideliter figere in vno animū ſuū qui nō pri-
alicui loco perſeuranter affixerit corpus ſuum.Inſtabilitas quantum ad locuz deo diſpli
cet homini eſt damnoſa ⁊ periculoſa.Jere.xiiij.dilexit mouere pedes ſuos ⁊ non quieuit
⁊ domino non placuit.⁊ intelligatur niſi ſit cauſa legitima . Alia eſt ſtabilitas qua homo
fit conſtans contra tentationes.ita q̄ non agitetur vento tentationū. Mathei vndecimo
⁊ Luce ſeptimo.quid exiſtis in deſertum videre arundinem vēto agitatam ⁊c.
Sequitur de cuſtodia quinq3 ſenſuum in generali.⁊ primo de viſu, ibi noli reſpicere,

Uiſus olofactus auditus viſio tactus
Per te claudantur ne ſordes ingrediantur.
Noli reſpicere que poſſint viſa nocere.



Uertas viſum tibi ne tollat paradiſum
Intrat mors animas per viſus ſepe feneſtras.
Cur clauſis portis euita vulnera mortis.

De auditu.

a Uerbis vanis mendacibus atq3 prophanis
Aures auertas ipſas ad cōmoda vertas.
Audi ſermones horas miſſas rationes
Sic te diſpones ad rectas conditiones

Sequitur de odoratu.

Non ſit odoratus vnq̄ tuus immoderatus
Chriſtus odor tibi ſit cum pluſq̄ cetera proſit.

Sequitur de guſtu.

Stringe tuum guſtum qui vult conſummere multum:
Plurima guſtare vult ventrem ſepe grauare.
Si guſtum ſequeris nunq̄ bene proficieris
Si ſibi credideris non ſobrius efficieris.

Sequitur de tactu.

Sic compeſce manus ne tactus ſit tibi vanus.
Tangens immunda manus ex hinc eſt male munda
Ut vites penas res non tangas alienas
Non aliquid tangas male pro quo poſt ea plangas.
Sicq3 pedes cohibe ne vadant ad mala prompte.
Non ad rixandum vadas nec damnificandum.
Non ad cernendum varias res nec rapiendum.
Ad dominum greſſus diſpone tuoſq3 regreſſus.
Et quia de facili nequeunt aſſueta relinqui
Non ſumas vſum qui gignere poſſit abuſum.

Jc actor noſter determinat de temperantia que regit hominē circa delectationes
b ſenſuū particulariū. Pro quo eſt notandū q̄ duo.ſ.guſtus ⁊ tactus pertinent ad
eſſe.alij tres pertinent ad bene eſſe. Jſtud ꝓbat q2 mediante guſtu aſſumit qd̄ ꝑ
vim nutritiuā corpori vnitur.⁊ ⁊ ſic conſeruat eſſe indiuidui. Mediante vero tactu ꝑ vim
generatiuā tranſfunditur quod erat in vno corpore in aliud corpus,⁊ ſic fit multiplicatio
indiuiduoꝝ ⁊ ſaluatur eſſe ſpeciei in multis indiuiduis qd̄ non poſſet ſaluari in vnico in-
diuiduo cum indiuidum ſit corruptibile. Jtem tactus ⁊ guſtus ſunt principales ſenſus.
alij tres vero ordinati ad illos ſunt viſus odoratus ⁊ auditus quibus nutrimentū a lon
ge cognoſcit qd̄ guſtu de ꝓpe cognoſcit.vn̄ dr̄ in libro de natura aīaliū q̄ auis rapax eſt
acuti viſus qm̄ indiget vt cibū ſuū videat a remotis. Uiſu etiā. auditu ⁊ odoratu cogno
ſcitur de longe deſtructiuū corporis vel delectabile qd̄ ſm̄ tactū de prope cernitur. prius
vidit mulier q̄ bonū eſſet lignum ad veſcenduz q̄ de illo guſtaret Gen̄.iij. Et prius vidit
dauid mulierem lauantem.ſ.bethſabee vxorem vrie q̄ adulteriū cum ea cōmitteret.ſecun
do Regū.xi. Jtē ſicut dicitur i libro de natura aīaliū.ſenſus tact9 in hoīe ſubtilis eſt plus
q̄ alij ſenſus,⁊ poſt ipm guſtus,ceteri ſenſus in homīe ſunt ebetiores q̄ in alijs animali

bus. Item dicitur in eodem libro ꝙ ſenſus viſus in omnibus animalibus eſt ſupra audi
tum ⁊ ſub hijs odoratus tactus ⁊ guſtus operantur ſm propinquitatē obiecti. Alij vero
ſm diſtantiam. vnde delectationes que ſunt circa tactum ⁊ guſtum maiores ſunt q̄ que
ſunt circa alios tres ſenſus. ⁊ pronitas ad operatiões ⁊ delectationes ſm illos duos ſen
ſus maior eſt q̄ ſm alios tres. ⁊ vicia que ſunt circa operationes ⁊ delectationes illorum
duorum ſenſuum magis ſunt periculoſa. ideo virtutes que ſunt ꝯ illa vicia magis ſunt ne
ceſſarie ⁊ magis note. ⁊ habent ſpecialia nomīa que ſunt ſobrietas. quo ad guſtum. ⁊ cō
tinentia quo ad tactū. Quantum ad primū quod eſt ſobrietas eſt notandum ꝙ ſobrietas
ſumitur quadrupliciter. Uno modo large ꝓ temperantia que eſt vna quattuor virtutum
cardinalium. ſap. viij. Sobrietatē ⁊ prudētiam docet ⁊ iuſtitiam ⁊ virtutē quibus vtilius
eſt in vita hoīb⁹ nihil. ⁊ ad Titū. ij. ſobrie ⁊ iuſte ⁊ caſte ⁊ pie viuam⁹ in hoc ſeculo ⁊c̄. Se
cundo modo ſumitur tēperantia pro temperantia q̄ eſt generalis. vnde Salomon Iuue
nes hortare vt ſobrij ſint in omnibus. Tertio mō ſumit̄ pro tēperātia q̄ eſt circa potum ⁊
cibū vt ad Titū. ij. adoleſcentulas vt viros ſuos ament filios ſuos diligant prudentes ca
ſtas ſobrias. glo. in potu ⁊ cibo. Quarto modo ſumit̄ ꝓ temperātia que eſt circa potū tm̄
⁊ ſic ebrietas ei opponit̄. eccle. xxxi. equa vita hominib⁹ vinum in ſobrietate ſi bibas illud
moderate eris ſobrius que eſt vita que minuitur vino. ſed in pn̄ti capitulo ſumit̄ tempe
rantia circa cibum ⁊ potum ⁊ ſic ſumit̄ hic tertio modo. vel circa delectatiões que ſunt cir
ca guſtum. Ad cōmedationē ſobrietatis facit quod ſuadet natura in modicitate oris hu
mani qꝛ homo in comparatione ſui corporis parui oris eſt per quod nobis deſignatur
ſobrietas in ſumptione cibi ⁊ potus. Ariſtoteles in libro de natura animaliū. ⁊ Seneca
idē dicūt de paruitate humani oris ⁊c̄. Unde Ber. huius tam modice ptis. ſ. gutturis tam
exigua delectatio quanta paratur ſolicitudine quantā deīde moleſtiā parit. Vinc⁊ morbi
varij generātur. Item nimiā ſumptionē cibi ⁊ potus diſſuadet nobis corruptio cibi ⁊ po
tus que fit poſt q̄ in ſtomachū deſcendunt Iohelis prio. expgiſcimini ebrij ⁊ flete ⁊ vlu
late oēs qui bibitis vinū in dulcedine perijt vero ex ore veſtro. Non ſic eſt in alijs ſenſib⁹
non enī corrūpitur res pulchra que videt̄ cū ſemel viſa fuerit. nec res odorifera cū ſemel
odorē eius aliquis pceperit. Naturales appetitus aīe non ſunt delitiaꝝ. eccle. xxix. initiū
vite hominis panis ⁊ aqua ⁊ veſtimētū ⁊ domus tegens turpitudinē. eandē eſcam aſſi
gnauit dn̄s hoībus ⁊ brutis Gen̄. primo. Ecce dedi vobis omnē herbā afferentē ſemen
ſuper terrā. ⁊ vniuerſa ligna que habēt in ſemetipſis ſementē ſui generis vt ſint vobis in
eſcam ⁊ cūctis animātibus terre. Ad hoc Seneca cōſidera tecū quantū natura poſcat. ⁊
quantum cupiditas expetat. Natura enī modico cōtentat̄. cupiditas nec ſuo nec alieno
cōtentatur. Sacra ſcriptura ſuadet nobis ſobrietatē in plurib⁹ paſſib⁹. prima pe. v. So
brij eſtote ⁊ vigilate. ⁊ prima theſſa. v. vigilemus ⁊ ſobrij ſimus. Itē ſobrietatē ſuadent
nobis exempla ſanctoꝝ. Dan̄. prio. de daniele. miſac. ſidrach. ⁊ abdenago. q̄ dixerūt pre
poſito eunuchoꝝ regis babylonie. dentur nobis legumīa ad veſcēdum ⁊ aqua ad biben
dum cibo regio contempto. ⁊ Dan̄. x. Ego daniel lugebam trium ebdomadaꝝ dieb⁹ pa
nem deſiderabilē non comedi: carnes ⁊ vinum nō intrauerūt os meum. Et Math. iij. de
beato Iohanne baptiſta cuius eſca erat mel locuſtaꝝ ⁊ muſcaꝝ ſilueſtriū. poma ſilueſtria
⁊ aqua pro potu. vnde luce primo. vinum ⁊ ſiceram non bibet. ⁊ Bern̄. ſuper can. abſtine
bo a carnibus ne dum carnem nutriant ſimul ⁊ vicia carne gen.rent. Ad idē Salomon
Eccle. ij. vt me trāſferam ad ſapientiā cogitaui a vino abſtinere carnem meam. panem āt
cum menſura ſtudebo ſumere ne onerato ventre ſtare ad ſtudendum atq̧ orandū tedeat.
Item legitur de ſobrietate exemplo beati Nicolai qui ieiunabat quarta atq̧ ſexta feria.
Item ſobrietatē ſuadet. qꝛ in oī creatura eſt modus vel menſura ſm illud Sa
pien. xi. omnia in menſura ⁊ numero ⁊ pondere diſpoſuiſti. Sobrietas enī valet ad ſani
tatē corporis ⁊ aīe. eccle xxxi. ſanitas eſt anime ⁊ corporis ſobrius potus. Sobrietas va
let ad vite diuturnitatē. eccle. xxxvij. q̄ abſtinēs eſt adijciet vitam. Item valꝫ ad iocūdita
tem ſpūalem ⁊ corporalem. eodem. xxxi. Exultatio anime ⁊ corporis vinū moderate po



tatum. homo ſobrius delectabiliter viuit ⁊ dormiendo ⁊ vigilando. eodē. ſomnus ſanita
tis in hoīe parco dormiet vſq̧ ad mane ⁊ aīa ipſius cū ipſo delectabitur. Homo ſobrius
differt comedere donec eſuriat ⁊ tūc panis ⁊ aqua delectabilit̄ ei ſapiūt. aug. Bernard⁹
ad fratres de monte dei. panis furfureus ⁊ ſimplex aqua olera vel legumīa ſimplicia neq̄
q̄ res delectabiles ſunt. ſed in amore xp̄i ⁊ deſiderio eterne beatitudinis ventri bene mo
riginato gratanter ex hijs ſatiſfacere poſſe valde delectabile eſt. Hi vero qui in deſiderijs
⁊ luxurijs vitā ducunt reſoluta quidē corpa ⁊ omni cera molliora circunferunt atq̧ infir
mitatibus repleta quib⁹ ad cumulū malorū podagre tremor ⁊ immatura ſenect⁹ accedit
⁊ eſt eis vita ſemper in medicis ⁊ medicamentis ſenſus autē tardi graues ⁊ obtuſi ⁊ quo
dammodo iam ſepulti. Criſoſtomus. idem. cōſidera egros qui faſtidio purgent̄ quomo
do quāuis ſuaues ⁊ lauti cibi apponantur eis horrori magis eis ſunt q̄ voluptati. ſic eſt
cū per abūdantiā cupiditas fuerit extincta pariter ⁊ voluptas ⁊ iocūditas perimit̄. quia
non tam ciboꝝ gratia q̄ deſiderij gignit ſatiſfactio voluptatē. Unde anima ſaciata calca
bit fauū. anima vero eſuriens amarū etiam pro dulci ſumet. ꝓuer. xxvij. Diuitū enī menſ
ſe execrabiles ⁊ horride ſunt ⁊ morboꝝ contaminatione plene ī quibus moleſta ſunt hec
que delectabilia vident̄. Sobrietas primū cōgreſſum habet ī bello ſpirituali. ſine ipſa ce
tere virtutes fruſtra pugnāt. glo. ſuper quartū capitu. Math. Niſi gula prius refrenetur
fruſtra contra alia vitia laboratur. Sobrietas dyabolum in arido ponit ⁊ extra caſtrū. pu
ta corporis ſobrij hominis. Math. xij. Cū exierit immundus ſpiritus ab homine ambu
lat per loca arida querens requiē ⁊ non inuenit. Homo incontinens ⁊ ſine ſobrietate op
primetur egeſtate. ꝓuer. xxi. qui diligit epulas in egeſtate erit. ⁊ qui amat vinū ⁊ pinguia
non ditabitur. Ex premiſſis apparet ꝙ officiū ſobrietatis conſiſtit in duobus. ſ. in cauen
do exceſſum in cibo ⁊ exceſſum in potu. Un̄ Luce. xxi. Attendite vobis ne forte grauentur
corda veſtra crapula ⁊ ebrietate. cetera videantur in capitulo de gula. Seq̄tur de delecta
tionibus circa tactum Pro quo eſt notandum ꝙ delectationum circa tactum quedam eſt
in ſuauitate veſtium. quedam in ſuauitate lectorum. quedā in ſuauitate vnguentorū. que
dam in ſuauitate balneorū. quedam in carnali contactu que eſt duplex. Nam quedam eſt
pertinens ad membra generatiōi deputata. quedā pertinens ad cetera membra. Sequi
tur de temperantia delectationū que fit ſm viſum auditum ⁊ odoratum. Pro quo eſt no
tandum ꝙ cum viſus ſit ſupra auditum ⁊ ſub viſu odoratus vt legitur in libro de natura
animalium periculoſior videtur eſſe viſus niſi refrenetur q̄ auditus ⁊ audit⁹ q̄ odoratus
Ideo ſcriptura multum nobis ſuadet refrenationē viſus. Eccle. ix. ne reſpicias mulierem
multiuolam. ⁊ in eodem. virginem ne circunſpicias ne ſcandalizeris in decore illius. ⁊ in
eodē capitulo. Noli circūſpicere in vicis ciuitatis nec oberraueris ī plateis illius. ⁊ eod
xxv. ne reſpicias mulieris ſpeciem ⁊ ne concupiſcas mulierem in ſpecie. propter ſpeciem
mulieris multi perierunt. eccle. ix. Eodē in. xli. ne reſpicias mulierē alieni viri ⁊ ne ſcrute
ris ancillā eius. De refrenatiōe viſus ⁊ auditus habet̄ Yſa. xxxiij. qui ambulat in iuſtitijs
⁊ loquitur veritatē qui proijcit auariciaꝫ ex calumnia ⁊ excutit manus ſuas ab omni mu
nere. qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem ⁊ claudit oculos ſuos ne videat malū
iſte in excelſis habitabit. Uiſus ⁊ auditus videntur habere curioſitatem quaſi inſaciabilē
Eccle. primo. Non ſaciatur oculus viſu nec auris auditu impletur. Audit⁹ a muſicis eſt tē
perandus a muſicis inſt:umentis. Iob. xxi. tenent tympanū ⁊ citharam ⁊ gaudent ad ſo
nitū organi ducunt in bonis dies ſuos ⁊ in puncto ad inferna deſcendunt. Et Yſa. v. Ci
thara ⁊ lira ⁊ tympanum ⁊ tibia ⁊ vinū in conuiuijs veſtris ⁊ opus dn̄i nō reſpicitis nec
opera manuum eius conſideratis. propter ea ductus eſt populus meus captiuus: q̄a nō
habuit ſcientiā ⁊ nobiles eius interierunt fame ⁊ multitudo eius ſiti exaruit. propterea
dilatauit infernus animam ſuā ⁊ aperuit os ſuum abſq̧ vllo termino. Antigonus alexan
dri pedagogus citharam eius fregit adiecitq̧ dicens. etati tue iam regnare ꝯuenit. pude
at ergo in corpore regis voluptatem luxurie dominari. Itē cauenduꝫ eſt a laſciuo cantu
⁊ colloquio mulierum. Unde eccle. ix. de ſaltatrice dicitur ne audias illam nec aſſidu⁹ ſis

cū ea ne forte pereas inefficacia illius. Et eodem capitulo dicitur. Colloquiū enim eius quaſi ignis exardeſcit. vnde Ber. de contēptu mundi. Colloquium quarum nihil eſt niſi virus amarū. Prebens ſub mellis dulcedine pocula fellis. Itē refrenandus eſt auditus a malis proximi. eccleſiaſtici viceſimooctauo. ſepi aures tuas ſpinis ⁊ noli audire linguam neq̄ ⁊ ori tuo facito hoſtia ⁊ ſeras auribus tuis. Aurum ⁊ argentum tuum confla. ⁊ verbis tuis facito ſtateram ⁊ frenos tuo ori rectos ⁊ attende ne forte labaris in lingua ⁊ cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi ⁊ ſit caſus tuus inſanabilis in mortem. Item cauendum eſt ne aliquis audiat adulatiōes diffamationes ⁊c. Olofactus ſeu odoratus eſt temperandus a ſuauitate odorum cum ſcriptum ſit Yſaie tertio. erit pro ſuaui odore fetor vna pena infernalis. Reſiduum declarabitur in conſtructione litere actoris

Sequitur textus de vigilia

Prudenter vigila ne fallat mors neq̄ culpa
Sunt promiſſa bona vigilantibus atq̄ corona
Se bene ditabit meritis bene qui vigilabit
Sunt dormitantes reprobati non vigilantes

Mathei decimoquinto. ſerue male ⁊ piger ſciebas quia meto vbi nō ſeminaui ⁊c. Tolle talentum ab eo ⁊ inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores ⁊c. Et eodem viceſimoſexto dixit dominus petro. Non potuiſti vna hora vigilare mecum.

Chriſtus ad orandum monuit nos ⁊ vigilandum

Math. xxiiij. vigilate quia neſcitis qua hora dn̄s venturus ſit. ⁊ eodē. xxv. vigilate itaq̄ ⁊ orate quia neſcitis diē neq̄ horā. ⁊ eodē. xxvi. vigilate ⁊ orate ne intretis in tentationē.

Ut cum tentamur in nullo decipiamur
Nam venit abſq̄ mora mors qua non credimus hora
Debes vitare nimium ſero vigilare
Nam vigilare nimis ſero plus quando fit ignis
Quippe ſitim generat in verbis tempora vaſtat
Corpus ſepe grauat animum quandoq̄ moleſtat.
Surgere mane vetat ⁊ craſtina facta retardat
Noli dormire nimis aut pauſando pigrere
Somnus enim nimius eſt valde ſepe nociuus
Corpus enim reddit n̄ greſcens reumata nutrit
Uulnerat ⁊ mentem ocia vana ſequentem.
Tempus perdendo vitiis alimenta gerendo.
Dat laſciuire carnem faciendo perire
Cum vis dormire debet crux ſancta preire
Te ſic commendes domino reuerenter ⁊ ores
Me tibi commendo ſemper deus alme petendo:
Ut me pauſantem conſerues ⁊ vigilantem
Me tibi virgo pia ſemper commendo maria
Ut mihi ſaluatrix ſis ſemper ⁊ auxiliatrix
Angele qui meus es cuſtos pietate ſuperna



Me tibi commiſſum ſalua defende guberna
Sic eadem facies de ſomno quando reſurges

Sequitur textus de honeſtate ⁊ conuerſatione vite

Sit tua mens munda ſemper meditatio ſancta.
Actio ſit iuſta necnon intentio recta
Comoda ſint verba ſit conuerſatio grata
Sit placidus geſtus greſſus maturus honeſtus
Congrua ſit veſtis ſociis ſocieris honeſtis.
Compoſitos mores habeas laudabiliores
Inſpice maiores mediocres atq̄ minores
Collige ſic flores virtutum comodiores
Cum quibus orneris ſalueris ⁊ auxilieris
Sic ſis moroſus ⁊ ad impia facta moroſus
Nobilitas morum plus prodeſt q̄ genitorum
Sis bene diſcretus inter conuiuia letus.
Hunc parce comede mage parce pocula ſume:
Et parce loquere ſocios large reuerere:
Non ſis ad riſum pronus niſi ſit tibi riſus
Qui bene conueniat ⁊ honeſte tunc tibi fiat
Tunc homo deridet qui multum vel cita ridet
Non diſcurrendo procedas vel ſaliendo
Non vadas nocte vel eas ſaltim bene docte.
Si poſſis tende ſociatus ſemper honeſte
Signa mali fugias ne ſuſpectus male fias
A praua ſpecie debet ſe quiſq̄ cauere.
Non habeas ſtultos ſocios ſed dogmate fultos.
Cum ſanctis dicta que ſunt puerilia vita
Elige conſortem qui ſanctam det tibi ſortem.
Elige doctorem qui te faciat meliorem
Qui bene vult agere qui vilia facta cauere
Prauorum fugere debet conſortia vere.
Si ſanctos ſequeris ſanctus ſic efficieris
Sed peruerteris ſi peruerſos comiteris
Pomum corruptum cito corrumpit ſibi nectum
Omnia contracta denigrat pix calefacta
Sic maculat cunctos prauus ſocios ſibi iunctos.
Non ad taxillos ludas nam ius vetat illos.

Ludi vitentur aut pluríma damna ſequentur
Ludens diſperdit res famam tempora perdit
Fraudem committit mendacia ſcandala mittit
Se male ditare cupit ac alios ſpoliare
Clamat blaſphemat ⁊ iurat ſe male damnat.
Infert litigia periuria verbera furta
Eccleſiam ſpernit nocet huic qui ludere cernit
Languet macreſcit dolet amittendo caleſcit
Perdens inſanit male ſtando corpus inanit
Quamuis letetur modicum ſi forte lucretur

Sequitur textus de fama

Ir bone ſemper ama ꝙ ſit tibi ſplendida fama ⁊
Nomen habere bonum ferturqꝫ dei fore donum
Quiſquis habens vitam non debet ſpernere famam
Sancta tibi vita prodeſt aliis tua fama
Si propriam famam fieri vis ſemper honeſtam
Crimina deuita nam famam dat bona vita
Nam ſic per crimen poſſes amittere nomen
Sed male per ſigna fiet tua fama maligna

Sequitur textus de diſpoſitione domus

E perdas ſubito domui diſponere ſcito.
Sic tua diſpone fac omnia cum ratione.
Sic vt portare valeas ſumptus moderare
Qui nimis expendit alienum poſtea prendit.
Vt bene ſufficias ſeruare ſtatum ſapienter
Sumptus non facias niſi iuxta poſſe libenter
Nec plures teneas famulos inconuenienter
In viciis caueas vaſtare quid inſipienter
Ac tibi prouideas de rebus ſufficienter
In cunctis habeas menſuram cõuenienter
Diſcrete videas que ſunt facienda frequenter
Et cito expedias prout expedit ipſa decenter
Quotidie multa nobis naſcuntur agenda
Cur ſunt iam nata velocius expedienda
Aut aliter plura remanebunt perficienda
Cum tibi ſint cura patrare negocia plura
Id primo cura cuius mora plus nocitura.



Sequitur textus de propria ratione hominis ad moriendum.

Ordet mors cuncta que naſcuntur ſine cuncta.
Que prius in vita ſoluit feriendo ſagitta.
Nemo vitare mortem valet aut ſuperare
Nam clauſis portis intrans loca ſingula fortis
Nocte die cuiqꝫ mors inſidiatur vbiqꝫ
Sepe necans ſubito multos gladio feriendo.
Quamuis incipias bonus in medio ſic fineqꝫ fias
Si bene non finis malus hic fert ad mala finis.

Statutũ eſt omni homini ſemel mori. ad Heb. ix. Mors reſecat mors oẽ necat · qđ carne creatur. Per nullam ſortem poteris depellere mortem. Nullus tam fortis cui parcant vincula mortis. Et floretus in capitulo de modo vitandi peccata. Cerne diẽ mortis que pulſat ad hoſtia fortis. Et catho. Quocunqꝫ ingrederis ſequitur mors corporis vmbrã Et floretus. Conſidera quot quanti ſubito moriunt̃ ſepe memẽto. Idcirco dicebat ſaluator noſter Math. xxiiij. Vigilate qꝛ neſcitis qua hora dñs veſter ventur⁹ ſit ⁊c̃. Cauſa finalis eſt precipua cauſaꝝ. idõ ab ipa denoiatur res vt habet̃ in quinto methaphiſice. ſcđo phyſicoꝝ. ⁊ pluribus aliis paſſibus. idõ dicebat ſaluator nr̃ Math. x. Deniqꝫ non q̃ ceperit: ſed qui perſeuerauerit vſqꝫ in finem hic ſaluus erit. Et Gregorius. Incaſſum bonum agitur ſi ante vite terminum deſeratur. ergo finis coronat.

Cur bene credendo perages bona perficiendo

Ps. Declina a malo ⁊ fac bonum.

Ne ſis damnatus ſis ſemper obire paratus

Auguſtinus. Stultum eſt homini viuere in ſtatu in quo non audet mori.

Viuere coneris bene nam bene ſic morieris

Unde Bernardus. Juſtum eſt vt hinc hic exeat qualiter vixit

Vix bene viuentem vidi praue morientem.

Qui me audierit abſqꝫ terrore requieſcet ⁊ abundantia perfruetur malorum timore ſublato. Prouerbiorum primo. Juſti imperpetuum viuent ⁊ apud dominum eſt merces eorum: ideo accipient regnũ decoris ⁊ dyadema ſpeciei de manu domini. Sapientie q̃nto.

Non eſt mors ſubita quam conſociat bona vita

Juſtus ſi morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit. Sapientie quarto. ⁊ Apocalipſis xiiij. opera enim illorum ſequuntur illos. Et pſalmus. Relinquent alienis diuitias ſuas.

Sis animo fortis inſtanti turbine mortis.

Seneca. Facilius eſt vnam gentem vincere ꝙ vnum hominem in quo eſt animi fortitudo

Sis bene contritus confeſſus menteqꝫ punctus.

Ut dictum fuit in capitulo de penitentia.

Corpore coniunctus chriſti membriſqꝫ perunctus.

Eccleſiaſtici viceſimonono. elemoſyna viri gratiam eius quaſi pupillam conſeruabit.

Cunctis ignoſce veniam tribui tibi poſce.

Mathei ſexto. Si non dimiſeritis nec pater veſter celeſtis dimittet vobis. Si vero dimiſeritis dimittetur vobis ⁊c̃.

Mundum poſtponas nec amicos corde reponas:

Bernardus. Nec tibi ſint cure res ad nihilum rediture ⁊c̃. Et Luce nono. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum ⁊ aſpiciens retro aptus eſt regno dei. Unde in capitu

lo Nemo deſperandus. de penitentia diſtinctione ſeptima. circa medium eius habetur
quem morbus vrget ⁊ pena terret ad veram vix veniet ſatiſfactionem. maxime cum filij
quos illicite dilexit ſint preſentes vxor contriſtans ⁊ mundus illecebrans. Unde Ber-
nardus. Noli confundi miſera dulcedine mundi ⁊c.

Summa tibi cura ꝙ mens tibi ſit bene pura

Mathei quinto. Beati mundo corde quoniam ipſi deum videbunt ⁊c.

Chriſtum laudare ſatagas ⁊ ſepe rogare
Ut tibi condonet tua crimina teqꝫ coronet

Jacobi vltimo. Oratio fidei ſaluabit infirmum ⁊ alleuiabit eum dominus. Et ſi in pecca-
tis ſic dimittetur ei. Multum enim valet oratio iuſti aſſidua. ⁊ Eccleſiaſtici ſeptimo. Hu-
milia valde ſpiritum tuum quoniam vindicta carnis impij ignis ⁊ vermis ⁊c. Si iuſtus
quidem vix ſaluabitur impius peccator vbi aparebit.

Subde voluntati domini te corde libenti

Voluntas enim creata debet eſſe conformis voluntati diuine quantum poteſt.

Eſt virtus facere gratis facienda neceſſe.
Ut benedicaris ⁊ deuote moriaris
Tanꝙ catholicus ⁊ chriſti verus amicus
Sic domino ſpera fidens in virgine vera,

Eccle. ij. ⁊ puer. xxix. qui ſperat in dn̄o ſubleuabit,
Nullus ſperauit in eo ⁊ confuſus eſt.

Orans deuote velit intercedere pro te

Bernardus. Securum habes acceſſum o peccator ad deum. ibi enim habes filium ante
patrem ⁊ matrem ante filium. Filius oſtendit patri latus ⁊ vulnera. Mater oſtendit fi-
lio pectus ⁊ vbera. ⁊ ideo nulla poterit eſſe repulſa vbi tot charitatis occurrunt inſignia.
vn̄ cantat mater eccleſia Ora pro nobis ſancta dei genitrix. ſentiant omnes tuum iuua-
men quicunqꝫ celebrant tuam commemorationem ⁊c.

Mortem commemorans chriſti tunc iugiter orans.
Te cruce ſignando veramqꝫ fidem recitando

Ad philip. ſecundo. Hoc ſentite in vobis quod eſt in chriſto ieſu qui humiliauit ſemetip-
ſum factus obediens vſqꝫ ad mortem mortem autem crucis. Et Trenorum primo. Audi-
te obſecro vniuerſi populi ⁊ videte dolorem meum. Et alibi legitur Non licet enim homi-
nem mori niſi in cinere ideſt grandi contritione de peccatis commiſſis. ⁊ cilicio. ideſt me-
moria dominice paſſionis ⁊c. Et recitando fidem prout continetur in ſymbolo ⁊c.

Commendans animam domino qui condidit illam.
Sed ne ſis victus caueas tunc demonis ictus
Nam tunc conatur plus demon ⁊ inſidiatur.

Sciens dyabolus ꝙ poſt mortem non ſit tempus tentandi. Bernardus.

Ut deſperare faciat quem vult cruciare
Sed ſibi ne credas nec ab his que dico recedas
Nunꝙ deſperes de diuina pietate

Sicut fecit Caym dicens. Maior eſt iniquitas mea ꝙ vt veniam merear. Gen. iiij. Mi-
ſerationes enim eius ſuper omnia opera eius. Pſalmus.

Nec propria ſperes fieri ſaluus probitate

Unde apoſtolus. Non ſunt condigne paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriam. igitur
non ſolum proprijs meritis; ſed dei miſericordia ſalui ſumus.



Te potius firmes ſaluatoris bonitate
Qui bene contritos ſperantes in deitate
Saluat clementer miſerendi fertilitate.

Uiuo ego dicit dominus nolo mortem peccatoris vel impij: ſed vt conuertatur impius a
via ſua ⁊ viuat. Ezechielis. xxxiij. ⁊ Prouerbiorum. xvi. qui ſperat in domino beatus.

Quantumcunqꝫ malus fueris poteris fore ſaluus.
Si bene contereris in fine libenſqꝫ fateris
Si nequeas ore tunc ſaltim corde fatere
Pectus tundendo ſignumqꝫ crucis faciendo:

De penitentia diſtinctione ſeptima capitulo Nemo deſperandus. Per magiſtrum ſen-
tentiarum viceſimaprima diſtinctione quarti ſententiarum. ⁊ viceſimaſexta queſtione ſexta,
capitulo Si aliquis. Unde Auguſtinus in libro confeſſionū alloquens deum patrem
merito mihi eſt ſpes valida in deo qui curauit omnes languores meos per eum qui ſedet
ad dexteram ſuam ⁊ interpellat pro nobis alioquin deſperarem. Multi enim ⁊ magni
ſunt languores mei: ſed maior eſt medicina tua.

In cruce pendentem latronem mox morientem
Chriſtus ſaluauit quia compatiendo rogauit

Luce viceſimotertio. Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. cui dominus
ieſus. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo ⁊c. Tamen ſcribitur Exodi trigeſi-
motertio. Miſerebor cui voluero ⁊ demens ero in quem mihi placuerit.

Ergo fide firma te chriſti nomine firma
Qui nunꝙ ſpernit quos contritos bene cernit:

Pſalmus. Cor contritum ⁊ humiliatum deus non deſpicies.

## Sequitur textus de penis inferni.

Poſt mortem pena ſequitur vel gloria plena
Pena tamen purgans eſt vna ſed altera damnans
Mortali vitio moriens mors mergitur orcho.
Semper paſſurus penas nunꝙ rediturus
Nam ſunt indigni reſidentes morte maligni
Non ſunt ſaluati quia ſunt multum maculati
Quamuis ſpectati ſpreuerunt eſſe leuati.
Cur ſunt damnati iuſte ſemper cruciati
Et velut ingrati nunꝙ ſunt inde leuati
Uermes cum tenebris ⁊ verbera frigus ⁊ ignis.
Demonis aſpectus ſcelerum confuſio luctus
Fetor ſerpentes languor ſine fineqꝫ perpes.
Prauos torquebunt ſemperqꝫ quiete carebunt
Eſurient ſitient difformes corpore fient
In terre centro percuſſi turbine tetro.
Non eſt orandum pro damnatis neqꝫ dandum.
Nam ſupportari non poſſunt ſiue iuuari

P Oſtq̄ actor noſter determinauit de modo moriendi. hic determinat de ſeq̄la mor
tis dicēs ꝙ poſt mortē ſequitur vel gloria vel pena. De gloria tractabit ibi. Qui
mund⁹ morit. De pena facit hic. ſ. ibi Pena tñ purgās ⁊c. diſtinctionē. o. ꝙ quedā
eſt pena purgans alia damnans. De pena purgante determinabit inferius ibi Qui ſine
mortali. De pena dānante determinat actor hic Mortali vitio. vbi videt tria facere. Pri
mo oſtendit q̄d ſit pena dānans quo modo ⁊ vbi. Secūdo oſtendit ſpecies pene dānan
tis. Tertio remouet dubiū quod poſſet oriri circa damnatos. prima ibi Mortali vitio. ſe
cunda ibi Vermes cū tenebris. tertia ibi Non eſt orandum. Declaratio duorū primorū
verſuū patet per predicta. ⁊ etiā littera eſt de ſe clara. Sed declaratio illius partis Mor
tali vitio reſtat ad preſens tractanda. vbi actor noſter dicit ꝙ pena damnans ſequitur illū
qui in peccato mortali decedit. Et ſubdit locū cū dicit orcho. ideſt inferno. Querit vtrū
poſſibile ſit ſaluari aliquem decedentē in peccato mortali. Solutio. ſm Bonauenturā.
diuina potentia poſſet talem ſaluare. ſed diuina iuſtitia iuſte ⁊ rationabiliter oppoſitū de
creuit. Et ſi alicui in peccato mortali decedenti vnq̄ dedit deus ſaluari iſte non erat dam
natus per ſententiam diffinitiuam. Pro maiori declaratiōe littere actoris eſt premittēdū
ꝙ ſicut patet diuina potentia in creando. ſapientia in gubernando. ⁊ clementia in reparā
do. ſic patebit eius iuſtitia in puniendo. Dignū eſt enī vt non remaneat dedecus peccati
ſine decore iuſtitie. licet enim peccatū ſit tranſitoriū. tamen pena erit eterna ſeu perpetua
pluribus rationibus. Vna qr homo peccauit in ſuo eterno: ideo punieẗ eternaliter. Alia
ratio eſt. qr materia ignis infernalis eterna eſt. ſ. peccati macula. ideo ⁊ pena debet eſſe ꝑ
petua. Alia ratio eſt. quia peccatum eſt contra illum qui eſt infinitus: ideo pena debet eſſe
infinita. non quidem acerbitate ſed duratione. Vnde Criſoſtomus. omnis iniuria talis ē
qualis fuit perſona patiens iniuriam. tamē nulla actio dei ad extra eſt infinita proprie. q̄
re non punit ex extremo ſue potentie. etiam patiens cum ſit finitum nō ſufficeret accipere
illam actionem dei. ſi in infinitum puniret ⁊c. quare citra cōdignū punit. ⁊ vltra cōdignū
premiatur. Alia ratio quare pena erit perpetua attenditur ex ipſo ſtatu peccantis mortalit
qui per peccatum gratia priuatur. Vnde cum ſine gratia nō poſſit fieri remiſſio culpe ſi i
peccato mortali decedat ſemper culpa in eo remanebit cū vlterius non ſit gratie ſuſcepti
bilis. manēte autem culpa ſemper eſt obnoxius pene. alias remaneret aliquid inordinatū
in vniuerſo. ⁊ ideo talis imperpetuū punietur. Alia ratio eſt: quia homo per peccatū peri
mit in ſe bonū quod poſſet eſſe eternum. Alia ratio eſt quia mala voluntas reproboꝝ eter
na eſt. Vellent enī in peccato ſi poſſent perpetuo delectari: ideo perpetuo debent puniri
De iſtis rationibus ⁊ alijs quas omitto cauſa breuitatis tractatur per doc. ſuper xlvi. di.
quarti ſententiaꝝ. ⁊ in compen. theo. li. ſeptimo. Vnde Gregorius in dyalogo ad magnā
iuſtitiam iudicantis pertinet vt nunq̄ careant ſupplicio qui nunq̄ carere voluerūt pecca
to. De hoc enim poſſunt dari plura exempla. Videmus enim ꝙ vulneratio momentanea
inducit mortē perpetuā. Item caſus in foueam temporalis eſt ⁊ tamen detētio perpetua
eſt. Item crimen leſe maieſtatis temporale eſt: ⁊ tamen detentio eſt perpetua. ſ. ſeruitus.
Item emptio momentanea eſt. ⁊ tamen dat ius poſſidendi imperpetuū. Item plaga illa
ta alicui eſt temporalis: ⁊ tamen cicatrix eſt perpetua. Queritur vtrū in deo miſericor
dia ⁊ iuſtitia ſint idem. Solutio. dicendum eſt ꝙ iuſtitia ⁊ miſericordia in deo eſt vnus ⁊
idē actus formaliter ⁊ realiter reſpiciēs primo dei bonitatē. ſ3 induūt duas rōes formales
in ordine ad extra. q̄a ꝑ eūdē actū inq̄tū eſt iuſt⁹ de⁹ vult recte dare vnicuiq3 qd̄ ſuū eſt.
⁊ inquantū eſt miſericors deus vult miſerum liberari a ſua miſeria. nec eſt inconueniens
eodem actu voluntatis formaliter deū ferri ſupra dicta obiecta ſecundaria. ⁊ penes vnū
ferri dei iuſtitiā. ⁊ penes aliū ferri miām. pʒ in ſimili. qr eodē actu volēdi de⁹ vult bonis ꝑ
mium ⁊ malis ſuppliciū. ſm Laudulph. in libro ſententiarū ſuper. xlvi. diſtinctione quarti
Queritur vtrū in punitione maloꝝ ex parte dei concurrat miſericordia. Et videt ꝙ
non. Jacobi ſecundo. Judiciū ſine miſericordia fiet illi qui non fecit miſericordiam. Op
poſitum eſt in ps. vbi dicitur. Vniuerſe vie dñi miſericordia ⁊ veritas. vbi dicit Caſ. ꝙ in



omnibus operibus dei relucēt pietas miſerationis ⁊ veritas iuſtitie. Sol. dicendum eſt
ꝙ in punitione concurrit duplex iuſtitia. ſ. diſtributiua ⁊ cōmutatiua. diſtributiua qr dec3
deū ſic diſtribuere. al's non eſſet iuſtus. Cōmutatiua. qr proportionabiliter datur tormē
tum pro culpa. Deterius eſt enim malos eſſe impunitos q̄ eſſe punitos. quia ſup bonū
nature additur bonū iuſtitie in punitione. Tunc qñ querit vtrū in punitione maloꝝ ꝯcur
rat miā. tenetur cōmuniter ꝙ ſic. Ponit tamen talis ratio. Quantum agens agit tantum
patiens patitur. qr ſunt proportionata per ariſtotelē. v. methaphiſice. Deus eſt agens in
finitum ergo agit quantū eſt de ſe actionem infinitam. ⁊ per conſequens videt ꝙ paſſio
corporis deberet eſſe infinita. ſed in damnatis non eſt paſſio infinita. ergo iſta ratio qua
drupliciter deficit. Primo qr nulla actio dei ad extra eſt infinita. quia vltra ſuam volitio
nem non eſt: niſi vel reſpectu rationis: vel ſi ſit aliquid reale erit creatum non infinitum.
Secundo qr poſito ꝙ eſſet actio infinita ⁊ paſſio finita non eſſet ex miſericordia: ſed ſolū
qr paſſum non poteſt plus recipere cum ſit finitum. Tertio qr finita paſſio poteſt reſpōde
re finite culpe. ſm ſtrictam iuſtitiā ſine miſericordia. ergo non procedit ex mia ꝙ infligat
paſſio finita. Quarto qr cū omnes paſſiōes ſint finite omnes pene ſunt equales. ſi ex eo
ꝙ finite ꝓcedunt ex mia ab infinito agente. Infinitum enī vt infinitū infligit paſſionē tm̄
quantum pōt recipere. ideo dicēdū eſt ꝙ in punitione maloꝝ ſemper concurrit mia. quia
ſemper de⁹ remittit aliq̄d de pena ⁊ punit citra condignū. ⁊ tunc implet illud Jac. ij. mia
ſuperexaltat iudicium ſm Laudul. ſuper. xlvi. di. quarti ſen. Aliter eſt bonus in punitiōe
malorum qr reperit mia relaxans: qr deus punit citra condignū. non autem liberans. qr
ſine mia liberante fiet iudiciū. Malach. ij. iudiciu3 ſine mia fiet hijs qui miam nō fecerūt
⁊ idē Ja. ij. Quantum ad ſecundā partē de ſpeciebus penaꝝ damnatoꝝ in iferno ibi.
Vermes cū tenebris ⁊c. Eſt notandū ꝙ plures ſunt tenebre infernales. ⁊ cā eſt. qr ſm di
uerſitatē peccatoꝝ debet eſſe diuerſitas penarū. vnde cum in peccato ſit auerſio a creato
re ⁊ conuerſio ad bonum cōmutabile ⁊ deordinatio voluptatis cōtra dictamen rōnis me
rito pena variabitur ꝓpter iſta. Hinc eſt ꝙ ꝑꝑ auerſionē erit carētia viſiōis diuine. ꝓpter
conuerſionē erit pena materialis incendij. propter inordinationē rōnis ⁊ voluntatis erit
pena vermis que cōſiſtit in afflictōe varia: acerba ⁊ interna. Ignis infernalis non omēs
equaliter cruciabit. qr alij plus: alij minus torquebuntur ſm ꝙ plus vl' minus peccauerūt
ſicut ab eodē igne aliter vritur palea ⁊ aliter lignum. Et ſi queratur vtrū ille ignis ſit cor
poreus. ⁊ ſi corporeus quomodo poteſt agere in animam. So. dicēdū eſt ꝙ ille ignis agit
in creaturā ſpūalem vt in ſacramentum dei ⁊ iuſtitie. quis adhuc ſit corporeus. vnde ma
giſter ſententiarum. xliiij. di. quarti. recitans Jullianum tollectane eccleſie epiſcopum gre
gorij dicta ſequentem ſic ait. Si viuentis hominis incorporeus ſpūs tenetur in corpore
cur non poteſt poſt mortem etiam corporeo igne teneri. teneri autem per ignem ſpiritum
dicimus vt in tormento ignis ſit videndo atq3 ſentiendo ꝙ anima tormentum ignis pa
tiatur non ſolum videndo ſed etiam experiendo colligitur ex dicto euangelico. Luce. xvi.
c. de malo diuite. ꝙ ignis infernalis corporeus ſit ꝓbatur per Gregorium dicentem ignē
infernalem corporalem eſſe non ambigo. Et idem dicit Baſilius ſub tali verborū forma
Ignis materialis cedet ad punitionem damnatorum quantum ad illud quod ardoris
habet. Queritur vtrum ignis infernalis ſit corporum conſumptiuus. Sol. ſm Bo
nauenturā ſupra quartum librum ſententiarum iuxta finem ſicut: videmus ſalamandras
in igne viuere ⁊ non deficere. ſic affligunt mali nec conſumuntur ⁊ ſicut aurum ab igne in
flammatur nec conſumitur. ⁊ ſicut montes cecilie eſtuant ignem ⁊ tamen integri perſeue
rant. ſic ignis infernalis affliget corpora ſed non conſumet. vnde Bern. Et ſit flamma fu
rens illos ſine ſine perurens. ⁊ Yſa. xxxiij. quis ex vobis poterit habitare cum ardoribus
ſempiternis Alia pena eſt vermis non materialis ſeu corporalis ſed ſpūalis qui dicitur
remorſus conſcientie inquantū mali ſimul oīa peccata memorabuntur vt cōtinue torq̄an
tur. Vermis enim dicitur comparatiue loquendo inquantum oritur ex putredine peccati
⁊ animam affligit ſicut corporalis vermis affligit corpus. ꝙ vermis ille nō ſit corporalis

patet.qꝛ poſt diem iudicij mundo innouato non remanebit aliquod animal pter hominẽ
Premiſſa probantur fore vera per beatũ Tho.ꝛ alios doc.ſupra quartũ ſen. in fine vbi
habetur vermis eoꝝ nõ morieť ꝛ ignis nõ extingueť:ꝛ erunt vſq; ad ſacietatẽ viſionis
oĩ carni.i.electis. ꝛ idem habetur Yſa.vltimo ca.ꝛ in compen.theolo.lib.vij. Alia pena i
fernalis erit tenebre. Infernus enĩ eſt locus tenebroſus cum ſit locus triſtitie. Lumen enĩ
eſt delectabile.tamen lumen ingerit triſtitiam per accidẽs.ſ.inquantũ oſtendit aliq̃d triſte
vnde in inferno erit aliquid obſcuri luminis quo damnati videre pñt ꝛ poterunt videre
vnde doleant nõ vnde letentur ſm beatũ Aug.ꝛ compen.theolo.li.vij. mali.n.in iferno
patientur ꝛ patiuntur tenebras exteriores ꝛ interiores qꝛ tormentoꝝ exteriorum ꝛ interi
orum doloribus adeo afficiunť vt penitus ſint extra lucẽ corporalẽ ꝛ ſpũalem ſm magi.
ſentẽ.xlix.di.iiij.ꝛ Math.xxij. Ligatis manibus ꝛ pedib⁹ pijcite eũ in tenebras exterio
res ꝛ ps.ibunt in progenies patrum ſuorum ꝛ vſq; ineternũ non videbunt lumen. vnde
Ber. Quid tũc theſauri quid aceruus pderit auri.cũ peccatores mitteňť in inferiores in
ferni latebras. Circa hoc ſm Bonauen.lucis corporalis triplex eſt actus.ſ. manifeſtare.
dirigere ꝛ delectare.ꝛ iſta poſſunt reperiri in luce ſpũali. Si loquamur quantũ ad primũ
actũ qui eſt manifeſtare verũ eſt q damnatis manifeſtabunť illa ſolũ que ſunt ad cumulũ
pene ſm q dicit Yſi. Si loquamur q̃tũ ad ſecũdũ actũ qui eſt dirigere ſic damnati oĩno
ſunt extra lucẽ nec pñt dirigi.qꝛ ſicut diciť eccle.ix.quodcunq; poteſt facere manus tua in
ſtanter operare.qꝛ nec op⁹ nec ratio nec ſciẽtia nec ſapiẽtia erũt apud inferos quo tu p
peras. Si vero loquamur quantũ ad tertiũ actũ q̃ eſt delectare.damnati ſunt oĩno extra
lucẽ qꝛ ibi abſorbẽtur a penis taliter q nõ ꝫ eis aliq̃d delectabile cogitare. Quęriť hic
vtrũ beati ꝛ damnati ſe mutuo cognoſcãt. Solu.dicendũ eſt q beati añ iudiciũ ꝛ poſt vi
dent penas dãnatoꝝ.vt dicit bonauẽ.in ſpeculo ꝛ in deo.vñ.ps. Letabitur iuſtus cũ vi
derit vindictã.damnati vero ante iudiciũ non agnoſcunt beatos intuitu pñtie.ſed p conſi
derationem intelligẽtie. Vñ Greg.infideles in ymo poſiti fideles ſupra ſe attendũt. Et
ſi ũ habemus Luce.xvi.de malo diuite. Poſt iudiciũ vero reproboꝝ pena intendiť vt et
nõ liceat eis gloriã beatoꝝ attendere in mente.tamẽ habebũt ſemp eius amiſſionẽ ꝛ ca
rentiam vt inde triſtentur. Beatus tho.ſup vltima.di.iiij.ſen.dicit ſub tali verboꝝ forma
Damnati ante diẽ iudicij videbũt bonos in gloria.non hoc modo q gloriam eoꝝ qualis
ſit cognoſcant.ſed ſolũmodo cognoſcũt eos eſſe in gloria.ꝛ ex hoc turbabuntur.tum pꝑ
inuidiam aliene felicitatis.tũ pꝑ carentiã talis beatitudinis quã amiſerũt. Vñ dꝛ ſapiẽ.
quinto de impijs.videntes turbabuntur timore horribili.ſed poſt diem iudicij oĩum bea
toꝝ viſione priuabunť.nec tamen eoꝝ pena propꝫ hoc minuetur ſꝫ augebiť. qꝛ in memo
ria habebũt gloriã beatoꝝ quã viderũt. Quęriť vtrũ gloria ſanctoꝝ minuať viſa pe
na reproboꝝ. So.ſm mag.ſen.in vlti.di.iiij.ibi allegantẽ Greg.apud animũ iuſtoꝝ nõ
fuſcat beatitudinẽ aſpecta pena reproboꝝ.qꝛ vbi iam cõparatio non erit miſerie minuere
letitiam beatoꝝ non valebit.ꝛ licet iuſtis ſua gaudia ſufficiant.ad maiorẽ tamẽ gloriã vi
dent penas malorũ quas per gratiã euaſerũt. Quęriť vtrũ dãnati ſciãt quid agať inẽ
viuos ſeu viatores. So.beat⁹ Aug.qõnẽ iſtã pprie nõ ſoluit.tamẽ veriſimile eſt q ſi aliq̃
ſciant hoc eſt relatione eoꝝ qui deſcendunt ad inferos.ꝛc. Alia pena eſt verberũ.vñ ber.
in quodã ſermone mallei pcutiẽtes ꝛc.ꝛ in lib.de cõtemptu mundi. Difformes nigri nec
ſunt ad verbera pigri.tamẽ ſup hoc videat peritus lector. Alia pena eſt frigus.vñ Greg.
in inferno erit aqua congelans frigus inſupportabile ꝛc.ꝛ Job.xxiiij.tranſiet ad calorem
nimium ab aquis niuiũ ꝛ vſq; ad inferos peccatũ illius. Alia eſt pena demonũ aſpectus
Iuxta illud xlvij.di.iiij.ſen. Illos habebũt tortores in pena quos habuerũt incẽtores in
culpa. Vnde Berñ.ſunt ibi tortores ſerpentibus horridiores ꝛc.difformes.nigri ꝛc.vñ
Job.vbi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitans. Poſt diẽ verõ iudicij ceſſabit
oĩs platio.p mag.ſen.xlvij.di.iiij.vbi recitantẽ paulũ.pria ad coꝛ.xv.xps euacuabit oẽm
principatũ ptãtẽ ꝛ virtutẽ. Quęriť quoꝝ miniſterio iſta pena infligať.ꝛ videť p iãdicta
q miniſterio demonũ.cũ diciť illos habebunt tortores ꝛc. De illa qõne ſunt opiniones.



Quidam enim dixerunt q miniſterio demonum iuxta pdicta grego.in ſuo dyalogo dicit
q anime ordinatione diuina per ſe deſcendunt ad infernũ vel ad purgatoriũ. Alij autem
tenent q demones deportãt aĩas dãnatoꝝ ad infernũ ꝛ eas torquent.nõ autẽ deportãt
aĩas ad purgatoriũ.quod pbãt plurib⁹ rõnibus. Prima rõne ſic. Demones abhorrent
purgationem ꝛ liberationẽ aĩarum ergo eam non adminiſtrãt. Itẽ Aug. ſi dyabolus co
gnouiſſet patientiam Job ꝛ q eius tẽtatiõe debuiſſet Job pficere nequaq̃ ipm tẽtaſſet
ergo cũ aĩe melioreňť ex purgatione dyabolus eas non purgat. Non enĩ videť probabi
le q illud fiat miniſterio demonũ cũ ibi purgeť peccati ſcoria quam dyabol⁹ nõ vult pur
gari. Non etiam videť pbabile q hoc fiat miniſterio angeloꝝ q̃uis Jacob leſus fuerit
ab angelo cũ emarcuit neruus femoris eius.qꝛ illud magis fuit ad expreſſionẽ cõcupiſcẽ
tie q̃ ad grauẽ afflictionẽ.vix enĩ aut nunq̃ legiť bonos angelos bonos homines vexaſ
ſe.ꝛ ideo videť q nec boni nec mali angeli puniant aĩas in purgatorio.ſed q boni angeli
deducant aĩas bonas ad purgatorium ꝛ purgatione facta eas ducunt ad paradiſum.ꝛ
q in purgatorio purgantur diuina ordinatione: Tunc ad illam auctoritatem quando ar
guiť illos habebunt tortores in pena ꝛc. Dicendum eſt q intelligitur de dãnatis eternali
ter:ꝛ non de illis qui ſunt in purgatorio. Ex permiſſione enĩ diuina demones in hac vita
quandoq; bonos affligunt vt patet de Job.beato anthonio.ꝛ pluribus alijs.ꝛ ideo eſt
qꝛ in preſenti durat pugna inter homines ꝛ demones. Unde aer iſte caliginoſus eſt aſſi
gnatus demonibus magis pꝑ officium tẽtandi q̃ pꝑ ſupplíciũ. ꝛ hoc ad noſtrum
maius meritum ſi vincam⁹ ꝛc. Alia pena eſt peccatoꝝ confuſio. Naum tertio. Reuelabo
pudenda tua in facie tua ꝛ oſtendã gentibus nuditatem tuam ꝛ regnis ignominiam tuã.
Ad hoc concordat Bonauẽ.d.mala malorũ patebũt malis. nec erit ſolatium habere ſo
cios penaꝝ ſed magis cõfuſio. Itẽ patebũt bonis mala malorũ. Unde Gregori. Unius
mens ab alterius oculis non abſcondeť. Et Aug.in futuro vno aſpectu videbim⁹ oĩum
cogitationes. Alia pena erit fletus. Mat.xxij.ibi.ſ.in inferno erit fletus ꝛ ſtridor dẽtiũ
Et Ber. Tunc flens ꝛ triſtis qui penis traditur iſtis. Mallet preterite q in omni tpe vite
pauper vixiſſet q̃ diuitias habuiſſet. Circa hoc queriť vtrũ iſte fletus ſit corporalis
vel ſpũalis. So.ſm beatũ Tho.ſupra quartum ſen.circa finẽ. In fletu corporali duo inue
niuntur.quorum vnum eſt lachrymaꝝ reſolutio.ꝛ quantum ad hoc fletus corporalis i dã
natis eſſe non põt.qꝛ poſt diem iudicij quieſcente motu primi mobilis non erit aliqua ge
neratio nec corruptio. In lachrymarum autem reſolutione oportet eſſe illius humoris ge
nerationẽ qui per lachrymas diſtillat quare aliud quod inueniť in fletu corporali eſt q̃dã
cõmotio ꝛ pturbatio capitis ꝛ oculorũ. Et quantum ad hoc fletus corporalis in damna
tis eſſe poterit poſt reſurrectionem.quia corpora damnatorum non ſolum ab exteriori af
fligentur.ſed etiam ab interiori ſm q corpus immutatur ad paſſionem anime. Et idẽ di
cit Bonauẽ.ꝛ compen.theologie. Alia pena infernalis eſt fetor. Unde Baſilius ſupra
finem quarti ſen.ait ſic. In vltima mundi purgatione fiet quedã ſeparatio in elemẽtis.vt
quicquid eſt purum ꝛ nobile remaneat ſuperius ad gloriã beatoꝝ. Quicq̃d vero ignobi
le ꝛ feculentum inferius proijciať ad penam damnatorũ.ergo in inferno erit fetor intole
rabilis .ad hoc.ps. Pluet ſup peccatores laqueos ignis ſulphur ꝛ ſpũs procellarũ pars
calicis eoꝝ. Alia pena erit damnũ irreparabile.qꝛ damnati amiſerunt deũ ꝛ oĩa bona tã
gře q̃ glorie.non ſolum in re ſed etiã in ſpe. Unde Yſa.xxx.non inueniť in fragmentis
eius teſta in qua porteť igniculus charitatis ſupple de incendio aut hauriať paꝝ aque de
fouea diuine mĩe ſupple.vbi eſt notãdũ q pena eſt duplex.ſ.pena ſenſus ꝛ pena dãni.pe
na ſenſus ꝛ pena dãni puniũtur dãnati in inferno ſine ſpe liberatiõis.pena dãni illi puni
untur q̃ ſunt in limbo.ꝛ iſta pena dꝛ carẽtia viſionis diuine. In iſto libo in pte iferiori ſunt
paruuli nõ baptizati ſine ſpe ſaluationis. In pte ſupiori fuerũt antiqui patres cum expe
ctatiõe glorie q̃ ꝛ ſinus abrahe dicebať ſm bonauẽ.dolebũt enĩ dãnati.qꝛ amiſerũt bona
tpalia.vñ.ps.cũ interierit hõ non ſumet oĩa neq; deſcendet cũ eo gloria dom⁹ eius. Do
lebũt dãnati qꝛ pdiderũt tempus.vnde Iere.viij.tranſijt eſtas ſiniita eſt meſſis ꝛ nos ſal

nati non ſumus. Dolebunt damnati quia viſionem ⁊ gloriam dei amiſerūt. Vñ criſoſtō
mus omnes gehenne ſuperat cruciatus carere bonis quibus in ſua poteſtate homo ha
bebat ꝙ poterat frui. Alia pena infernalis erit vincula. vnde Mat. xxij. ligatis manibus
⁊ pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Queritur hic vtrum anime a ſuis rece
ptaculis aliqñ exeant. So. ſm bonauē. ad iudiciū generale ⁊ bone ⁊ male anime veniēt
⁊ ſic exibunt a ſuis receptaculis ad recipiendū retributionē ſm merita vel demerita ſcđa
ad cor. v. oēs enim nos manifeſtari oportet añ tribunal xpi vt referat vnuſquiſqȝ ꝓpria
corporis prout geſſit ſiue bonum ſiue malum. beati enim qui poſſunt nos iuuare reuocā
do confortando docendo liberando. Aliquando exeunt vt patet in legendis ſanctorum
Et ſi obijciatur illud ps. ſpiritus vadens ⁊ non rediens. Reſpōdet ꝙ intelligit ad illuȝ
ſenſum ꝙ homo ꝓpria volūtate pōt cadere a ſtatu gr̄e in ſtatū peccati ſed nō pōt ꝑ ſeſe re
leuare niſi mediāte dei adiutorio ⁊ eius grā cōcurrente. Alio mō pōt intelligi ꝙ ſpūs non
exit a ſuo receptaculo niſi ex gratia ſpeciali ſibi collata. Damnati vero ſunt ligati ⁊ exire ñ
ſinuntur quia pena ipſa dependet a loco. Gloria vero non dependet a loco ſed a deo qui
vbiqȝ eſt nec eſt de demonibus ſimile quia illi non ſunt ligati imo ſunt ⁊ erunt vſqȝ in diē
iudicij hominum viatorum tentatores ad hominum maius meritum ſi vicant. Et ſi repe
riatur ꝙ damnati aliquando apparuerint viuis. hoc ꝓcedit ex permiſſione diuina cā ſpe
cialis inſtructionis aliquorum viatorum. Alia pena erit ignomia. vnde tā ignominioſum
erit corpus damnati ꝙ anima reſumens ipſum ſtupebit quando illud videbit ſm compē.
theo. libro. vij. Alia pena erit exiliū patet qꝛ damnati exulabunt a patria ſine ſpe reditus
iuxta illud exulabit ſine ſpe reditus patrieqȝ reiqȝ. Alia pena eſt mors eterna vel languor
perpes. Ad Ro. vi. ſtipendia peccati mors. ſ. peccati mortalis mors eterna ⁊ apoc. xxij.
pars illoꝝ erit in ſtagno ardenti igne ⁊ ſulphure quod eſt mors ſecunda. i. eterna ſm do
cto. vñ Bern. nec venit ad metas mortis miſerabilis etas. Sēper ad yma cadit illi mors
obuia vadit. Neſcia finiri ſemperqȝ videtur oriri ergo eterna. Tantū enim erit ſuppliciuȝ
damnatorū ꝙ mortem que eſt finis terribilium ⁊ que a cunctis mortalibus ſumme timet
deſiderabunt ſed eam non inuenient quia eterna apoc. ix. Querent homines mortē ⁊ nō
inuenient eam. deſiderabunt mori ⁊ mors fugiet ab eis. vnde Greg. ibi mors ſemꝑ viuit
⁊ Math. xxv. ibunt hij. ſ. damnati in ſuppliciū eternū. Iuſti autē in vitam eternam. ergo
mors eterna damnatis ſicut vita eterna beatis. Alia pena erit ſeruitus. Treñ. primo. prin
ceps prouinciaꝝ facta eſt ſub tributo. vnde apoſto. qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.
Damnati enim ſm Grego. ſub tributo penaruȝ ſemper ſeruient ⁊ nunꝙ̄ perſoluēt: ergo
ſeruitus eterna. Alia pena erit ſtridor dentium. Mat. xxij. ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiuȝ
ex nimio calore procedendo ad nimiuȝ frigus. Alia pena erit fumus. vnde Yſa. lxv. Iſti
ſcȝ damnati fumus erunt in furore meo ignis ardens tota die. Alia pena erit clamor. iō
dicitur quedam furia infernalis herinis ab eris. quod eſt lis latine ⁊ naſcor. ſceris. qꝛ ibi
ſemꝑ naſcuntur lites. eccle. xli. de patre impio conquerunt filij impij. qm̄ ꝓpter ipm̄ ſunt
in opprobrium ergo in inferno eſt clamor varijs anguſtijs ag. tatus. Alia pena eſt ⁊ erit
vituperium qm̄ damnati magnam habebunt confuſionem ex denudatione ſuorum malo
rum operum. Naum. iij. oſtendam gentibus nuditatem tuam ⁊c. Et glo. ſuper illud Iob
viij. qui oderunt te induentur confuſione ⁊ tabernaculum impiorum nō ſubſiſtet dicit ſic
Viſo iudice omnia mala ante oculos omnium verſantur. Et alibi liber ſcriptus ꝓferetur
ideſt conſcientia publicabitur vbi totum continetur ⁊c. Alia pena eſt fames ⁊ ſitis iuxta
litterā actoris eſurient ſitient. vnde Yſa lxv. ecce ſerui mei comedent ⁊ vos eſurietis. ſerui
mei bibēt ⁊ vos ſitietis dicit dominus. Alia pena erit carcer. patet de vi nominis quaſi ca
rens cernere. qꝛ infernus ſm Greg. ⁊ Aug. locus eſt ſubterraneus ideo obſcurus. Vnde
Ebrardus dicitur infernus qꝛ ſit niger atqȝ profundus. Notādum tm̄ eſt hic ꝙ infernus
poteſt dici dupliciter. vno modo pro pena. Alio modo pro loco pene. ſm primā acceptio
nem dicuntur demones ſecum ſemper portare infernum. ſm ſcđaȝ acceptionē vero ſumi
tur hic infernus. ſ. ꝓ loco totius vilitatis ⁊ miſerie. Alia pena eſt timor. vnde Sapien. v.



videntes turbabuntur timore horribili ⁊c. Alia pena erit dolor ineſtimabilis ⁊ triſticia vt
poteſt ſatis apparere teſtimonio ſcripturaꝝ. vnde Ber. Iſti. ſ. beati gaudebunt. ⁊ illi ſcȝ
damnati ſine fine dolebunt ſm grego. in loco ſummo ſumma eſt letitia in loco infimo ſola
triſtitia. in loco medio ſcȝ in mundo illa ſunt permixta. Animaruȝ receptacula aut ſunt ſȝ
merita bona ⁊ ſic eſt locus celeſtis. aut ſȝ peccata ⁊ hoc tripliciť. quia aut peccata ſunt ve
nialia ⁊ hijs debetur locus purgatorius. aut originale ⁊ huic debetur limbus. aut talia pec
cata ſunt mortalia ⁊ hijs debetur infernus ⁊ ſatis probabile eſt ꝙ iſta loca ſe habeant ꝑ
ordinē. Alia pena erit inuidia. vnde beatus tho. ſupra finem quarti ſen. dicit ꝙ ſicut in be
atis in patria erit perfectiſſima charitas. ita in damnatis erit perfectiſſima inuidia ⁊ odiū
ita ꝙ magis eligunt torqueri cum multis ꝙ̄ cum vno ſolo. ꝙ̄uis ex damnatoꝝ multitudi
ne pena ſingularis vniuſcuiuſqȝ augeatur damnatorum. Queritur vtrum damnati ī
inferno vellent omnes eſſe dānatos. Sol. dicendū eſt ſm Bonauē. ꝙ nullos ita diligūt
quin vellent eos eſſe damnatos hoc pacto ꝙ nullus eſſet beatus tamen minus inuident
ꝓpinquis ꝙ̄ alijs vt habet de diuite. Luce. xvi. Alia pena erit difformitas iuxta illud
Ber. difformes nigri ⁊c. ⁊ in littera ac. difformes corpore fiant. Vnde Bonauē. corpori
damnatorum non tollet tarditas nec paſſibilitas nec difformitas. ⁊ in hoc manifeſtabit
dei ſapientia qꝛ reformat ſm formam quam natura dedit in generatione primaria ⁊ dei
iuſtitia qꝛ qui in turpi corpore peccauit in eius turpitudine debet cruciari. De hoc loquit
Aug. dicens nulla debet eſſe queſtio de pulchritudine vbi eſt certitudo de dānatione. In
inferno enim erit carentia diuine viſionis. ablatio ſpei omnis ſalutis. Et ſm beatū Dyo
niſium ꝓterua fantaſia demonum. concupiſcentia demens. ⁊ furor iraſcibilis. vñ Bern.
in quodam ſermone. O gehennalis regio fugienda vbi ignis ardens. frigus vigēs. ver
mis immortalis. fetor intolerabilis. mallei percutientes. tenebre palpabiles. cōfuſio pec
catorum. innodatio vinculoꝝ. horribilis aſpectus demonū. totus tremor ad huius regio
nis memoriam: Queritur vtrum punitio gehennalis ſit ſine intermiſſione. Solutio.
dicendum eſt breuiter ꝙ ſic. qꝛ cū non ſit intercalatio in culpa non erit ī pena ſm qđ dicit
apoc. xiiij. aſcendet fumus tormentoꝝ eorum in ſecula ſeculoꝝ. ⁊ nō habebūt requieȝ die
ac nocte. Et ſi arguat de illo quod dicit Iob. xxiiij. tranſibunt ad calorē nimiū ab aquis
niuium ⁊c. reſpondet ꝙ ibi non loquitur de tranſitu ſucceſſiue facto ita ꝙ in medio int̄ ter
minū a quo ⁊ terminū ad quem ſit relaxatio pene. ſed in tali tranſitu notatur varietas pe
narum cū cōfuſione. Quantuȝ ad tertiam partē que eſt ibi. Non eſt orandū ⁊c. actor
noſter remouet vnū dubiū qꝛ aliquis poſſet dubitare vtrum ſit orandū pro dānatis. d. ꝙ
ꝓ damnatis nullo modo eſt orandū: nec eccleſia intendit orare pro ipſis. ⁊ de hoc viſum
fuit ſuperius in capitulo de ieiunijs. Et ſi obijciatur de illo quod dicit Aug. in encheridiō
⁊ quod mag. recitat. xlv. di. quarti ſen. d. quibus proſunt ſuffragia. proſunt ad hoc vt ſit ple
na remiſſio. vel certe vt tolerabilior ſit ipſa dānatio. Ad hoc reſpondet ſm Bonauen. qđ
illud non intelligit de damnatis in inferno. qꝛ ibi nulla eſt redēptio. ſed vult dicere ꝙ illis
qui ſunt in purgatorio dupliciter proſunt ſuffragia. vel liberando illos qui parū habent
de cremabili vel mitigando penam purgatorij illis qui multum habent de cremabili.

Queritur vtrum damnati vellent non eſſe. So. dicendū eſt ꝙ non eſſe: poteſt dupli
citer cōſiderari. vno modo ſm ſe. ⁊ ſic nullo modo poteſt eſſe acceptabile cū non habeat
aliquam rationem boni: cum ſit boni pura priuatio. Alio modo poteſt conſiderari non eē
inquantū eſt ablatiuum miſerie. ⁊ ſic non eſſe accipit rationem boni. Nam carere malo eſt
quoddam bonum vt dicit philo. in mora. ⁊ per hunc vltimum modum melius eſt damna
tis non eſſe ꝙ̄ miſeros eſſe. ⁊ ſic damnati poſſunt eligere non eſſe ſm rationem delibera
tiuā. De illa materia legitur Iere. xx. vbi dicitur maledicta dies in qua natus ſum. dies
in qua peperit me mater mea non ſit benedicta. Maledictus vir qui annunciauit patri
meo dicens. Natus eſt tibi puer maſculus ⁊ quaſi gladio letificauit eum: ſit homo ille vt
ſunt ciuitates quas ſubuertit dominus ⁊ non penituit eum audiat clamorem mane ⁊ vlu
latum in tempore meridiano qui me nō interfecit a vulua vt fieret mihi mater mea ſepul

ebꝛium.⁊ vulua eius conceptus eternus.Quare de vulua egreſſus ſum vt viderē laborē
⁊ dolorē ⁊ conſumerentur in cōfuſiōe dies mei.⁊ Math.xxvi.Bonū erat illi ſi natus nō
fuiſſet homo ille. Queritur vtrum oīs volūtas damnatorū ſit mala.Sol.dicendū eſt
ſm beatū tho.ſupꝛa finem quarti ſen.ꝙ duplex eſt volūtas.ſ.naturalis ⁊ deliberatiua.
Naturalis eni non eſt eis ex ſeipſis ſed ex actore nature.qui in natura hanc inclinatiōeꝫ
poſuit que naturalis voluntas dicitur. Unde cum natura in eis remaneat ſm hoc bona
poterit in eis eſſe voluntas naturalis. Voluntas autem deliberatiua eſt eis ex ſeipſis.
ſic ꝙ in poteſtate eorum eſt inclinari per affectum ad hoc vel ad aliud.⁊ talis voluntas ī
eſt ſolum mala.vnde ⁊ ſi aliqued bonum velint non tamen bene volūt. Queritur
vtrum dānati vellēt ſe peccaſſe.So.ſm Bonauen.voluntatem peccādi habēt in habitu
qꝛ vt dicit Aug.bonam volūtatē habere nullatenus poſſunt.ſed doloꝛ penaꝝ impedit
ne mala voluntas exeat in actum volendi.Et ſm hoc dicit Sap.v.Intra ſe gementes ⁊
penitētiā agentes nō ꝙ diſpliceat eis peccatū.niſi ꝙ diſplicet eis pena iuſta. Queritꝛ
vtrum damnati peniteant So.dicendū eſt ſm beatum Tho.ſupꝛa quartū ſen.ꝙ penite
re de peccato poteſt dupliciter intelligi.Uno modo per ſe.Alio modo per accidens.per
ſe quidē de peccato penitet qui peccatum in eo quod eſt peccatum abhominatur. Per ac
cidens vero penitet qui peccatum non abhominatur niſi ratione alicuius adiūcti vtpote
pene.ideo damnati non penitent per ſe loquendo de peccatis.quia voluntas malitie pec
cati in eis remanet ſed penitent per accidens inquantuꝫ affligūtur de pena quā pro pec
catis ſuſtinent. vnde mag.ſententiaꝝ in fine.iiij.apparet repꝛobos in inferno.ſic penitē
tiam geſturos vt per eā penā voluntatē non deſerāt.⁊ illa maligna voluntas erit eis ad
cumulum pene per quam tamen non merebuntur qꝛ nullus meretur niſi in hac vita.

Sequitur de penis purgatoꝛij.

Qui ſine moꝛtali moꝛitur tamen in veniali
Vel nondum facta plena de crimine pena.
Carcere ſeruatur et ibi grauiter cruciatur
Donec purgatus aſcendat ad aſtra beatus:
Hos ſuppoꝛtare nos poſſumus atqꝫ iuuare.
Ut cito purgentur ac inde cito releuentur
Pꝛoſunt defunctis purganti carcere punctis.
Miſſa pꝛeces dona pꝛoſunt ieiunia pꝛona.
Ac per eos facta pꝛopere legata ſoluta.

Sta littera diuiditur in tres partes pꝛincipales. In pꝛima parte ac.noſter oſten
dit qui ſunt illi qui patiuntur in purgatoꝛio. In ſecūda parte oſtēdit quanto tpe
patiuntur. In tertia perte oſtendit quomodo per alios poteſt eis ſubueniri ⁊ ꝓ
que.pꝛima in pꝛincipio.ſecūda ibi donec purgatus.tertia ibi hos ſuppoꝛtare nos poſſu
mus cum ſequentibus. In pꝛima parte dicit ac.noſter ꝙ qui moꝛiuntur ſine moꝛtali
peccato.tamen habent aliqua venialia quibus pena debetur.⁊ illi qui in hac vita non cō
pleuerunt penitentiam neqꝫ fecerunt ſatiſfactionem condignam ſunt illi qui in purgato
rio cruciantur. Circa hoc queritur vtrum ſit purgatoꝛium. So.dicendum eſt ꝙ ſic.qđ
pꝛobatur quia eccleſia que non errat nec aliquid facit fruſtra oꝛat ꝓ fidelibus defunctis:
non pꝛo illis qui ſunt in paradiſo qꝛ non egent.nec pꝛo illis qui ſunt in iferno quia ipſis
ſuffragia non pꝛoſunt vt viſum extitit ſuperius ergo ſuffragia fiunt pꝛo illis qui ſunt in
purgatoꝛio.Et ſi obijciatur de illo quod habetur apo.xiiij.vt requieſcant a laboꝛibꝰ ſuis
dicendum eſt ꝙ illud intelligitur de laboꝛe qui eſt in opera ndo non de laboꝛe qui eſt ī pa
tiendo quod patet quia ſequitur opera illoꝛum ſequuntur illos.Ad hoc Grego.dogma
veritatis ſequentes credimus purgatoꝛium poſt hanc vitam eſſe purgandis.hoc etiā vni



uerſalis eccleſia tenet exoꝛans vt a peccatis ſoluantur.quod nō poteſt niſi de illis q̄ ſunt
in purgatoꝛio intelligi vt dictum extitit. Eccleſie autem auctoꝛitati quicunqꝫ reſiſtit here
ſim incurrit.⁊ ideꝫ Auguſtinus ⁊ beatus Thomas ſupꝛa quartum ſententiarum ꝙ pur
gatoꝛium ſit pꝛobatur pluribus rationibus. Pꝛima quia ſicut ſumma bonitas non
patitur ꝙ bonum remaneat irremuneratum.ita ſumma iuſtitia non patitur ꝙ malum re
maneat impunitum. Secunda ratione ſic diuine lucis tanta eſt dignitas ꝙ eā ſoli mun
di coꝛde cernere debent ⁊ non alij.vnde opoꝛtet ꝙ quiſqꝫ veniat ad mūdiciā baptiſmalē
anteq̄ conſpectui dei pꝛeſentetur.Tertia ratione ſic culpa eſt offenſiua diuine maieſtatis
⁊ damnoſa eccleſie ⁊ in nobis difformatiua ymaginis diuine.ſed offenſa requirit puniti
onem.damnum requirit ſatiſfactionem.⁊ difformatio requirit expurgationem propter h̄
n neceſſarie eſt ꝙ peccato pena vel hic vel alibi coꝛreſpondeat.Quarta ratione ſic contra
ria contrarijs curantur.ſed peccatum oꝛitur ex delectatione ⁊ libidine ideo deleri habꝫ ꝑ
penam.Quinta ratione ſic.nulli debet negligentia ſuffragari.ſed ſi non fieret punitio in
futurum videretur comodum repoꝛtare de negligentia penitētie dilatare ergo ⁊c̄.Sexta
ratione ſic.iuſtum eſt vt ſpūs qui contempto ſummo bono ſe ſubiecit infimo.i.peccato
ſubijciatur poſt ea inferioꝛibus.i.penis.Et qꝛ hic fit mentio de penis purgatoꝛij eſt notā
dum ꝙ in purgatoꝛio duplex eſt pena.ſ.pena damni ⁊ pena ſenſus.pena damni eſt caren
tia viſionis diuine.pena ſenſus eſt afflictio penalis varia.⁊ ſm compen.theolo. quantū
ad vtranqꝫ penam.Minima pena purgatoꝛij maioꝛ eſt maxima pena mundi.Un̄ Aug.
Ignis ille durioꝛ erit q̄ quicquid in hoc ſeculo penarū aut videre aut ſentire aut cogita
re quis poſſit. Iſtud de pena damni patet.quia affectus quo deſideratur ſummuꝫ bonū
poſt hanc vitam ab animabus ſanctis intenſioꝛ eſt q̄ aliquis affectus rei tempoꝛalis in
vita illa.maxime cum iam tempus habendi aduenerit.ideo carentia eius moleſtius tole
ratur. De pena ſenſus patet quia cum doloꝛ non ſit eſſentialiter ipſa leſio.ſed leſionis
ſenſus tanto magis dolet anima q̄tomagis ſentit ſenſitiuū aliquod.ideo ab igne in ipſā
agente maxime affligitur.Et intellige nomie ignis omnem afflictionem.Ignis enim int̄
ceteras penas ſepius expꝛimitur eo ꝙ eſt maxime afflictiuus pꝛopter hoc ꝙ abundat vir
tute actiua.Ratio acerbitatis pene purgatoꝛij eſt quia deus plus ponderat in penitētia
virtutem bone voluntatis q̄ penam afflictionis. Unde plus ponderat deus modicam
penam voluntariam in pꝛeſenti q̄ magnam penam non ita voluntariam in futuro.ideo
opoꝛtet ꝙ illud quod deficit in voluntate ſuppleatur in acerbitate. Sed quia de igne
facta fuit mentio modicum ante quomodo purgat animas Eſt notandum ꝙ dupliciter
poteſt cōſiderari.Uno modo q̄tum ad illud quod pꝛimo affligit ⁊ ſic eſt coꝛpoꝛeus.alio
modo quantum ad id quod pꝛoximo affligit ⁊ īmediate ⁊ ſic eſt incoꝛpoꝛeus. pꝛimo mō
dicitur ignis vere.Secundo modo dicitur ignis ſimilitudinarie.vtrunqꝫ tangit Grego.
quando dicit in eo ardent cum ardoꝛem vident Item ignis iſte coꝛpoꝛeus dupliciter pōt
conſiderari. Uno modo vt eſt inſtrumentum nature.ſic agere poteſt in coꝛpus ⁊ non in
animam.Alio modo vt eſt inſtrumentum diuine iuſtitie.⁊ ſic agit in animam impꝛimen
do illi ſpeciem ſuam per quam affligitur quia violenter illa ſpecie infoꝛmatur.Sicut eniꝫ
anima ſecundum oꝛdinem nature vnitur coꝛpoꝛi vt inſtituat vitam.ſic merito ſecundum
oꝛdinē iuſtitie vnitꝛ igni a q̄ ſuſcipit penā. Ignis eni ille magis vel minus cruciat ſm qđ
quiſqꝫ plus vel minus de cremabili ſecum tulit. Pꝛedicta vero diuerſitas pene non
eſt ex diuerſitate ignis.agentis ſed ſubiecti patientis.ſicut ſub eodem ſole plus vnus eſtu
at ⁊ alter minus vt dicit Gregoꝛius ⁊ compendium theologie libꝛo ſeptimo. Neceſſe eſt
autem vt ait Auguſtinus ꝙ tantum vrat doloꝛ quantum heſerat amoꝛ.tanto eniꝫ quiſqꝫ
toꝛquetur diutius quanto affectus eius venialibus adherebat foꝛtius. Queritur
vtrum pena purgatoꝛij ſit voluntaria. Solutio ſecundum Bonauenturam pena dicitꝛ
tripliciter voluntaria. Uno modo qꝛ ſumitur a voluntate imperante ſicut eſt pena peni
tentialis.Alio modo dicitꝛ voluntaria qꝛ ſuſtinetur a volūtate acceptante ſicut pena mar
tyrum que adeo placet eis ꝙ ab ea liberari non vellent.Alio modo dicitꝛ pena volunta

ria quia ſuſtinetur a voluntate tolerante. ſicut aliquis infirmans ſuſtinet patienter infirmi
tatem tanꝙ penam diuinitus inflictam. attamē ab ea liberari procurat ⁊ hoc minime h3
ratio nem voluntarij. hoc modo pena purgatoria eſt voluntaria. Vehemēter autē deſide
rant alios ſibi auxilium prebere ⁊ ad patriam venire. Queritur vbi ſit purgatorium
Solutio. dicendum eſt ꝙ vnus eſt infernus damnatorum in quo eſt pena ſenſus ⁊ pena
damni. Supra illum eſt limbus puerorum qui deceſſerunt ſine baptiſmo. ⁊ ibi eſt pena
damni ⁊ non ſenſus. Super hunc limbum eſt purgatorium in quo eſt pena ſenſus ⁊ dā
ni ad tempus: ⁊ ſunt ibi tenebre exteriores ⁊ non interiores quia gratiā habent. Supre
mus locus eſt limbus ſanctorum patrum. vbi fuit pena damni ⁊ non ſenſus. ⁊ ibi fuerūt
tenebre exteriores ſed non interiores. quia non priuabantur gratia. ⁊ ad hunc locum de
ſcendit chriſtus. Tamen ſm diſpenſationē ſpecialem purgantur anime in diuerſis locis
in quibus peccauerunt. ⁊ hoc fit propter aliquam ſuam releuationem per ſuffragia eorum
quibus apparent in illis locis. vel etiam propter aliquam viuentium edificationē vt po
teſt videri in legenda aurea. Et ſi queratur vtrum ſit idem ignis infernalis ⁊ purgato
rius. reſpondet idem greg. ꝙ idem eſt ignis quo electus purgatur ⁊ reprobus damnatur.
ſed in purgatorio eſt certitudo ſaluationis. in inferno autem non eſt aliqua ſpes ſaluati
onis. Queritur vtrum in purgatorio ſit minor certitudo de gloria ꝙ in via. Solutio.
omiſſis alijs opinionibus dicendum eſt ꝙ in purgatorio eſt certitudo expectationis ⁊ e
uacuatio timoris. qꝛ ſic ſe ſciunt peccare non poſſe. In via vero eſt certitudo mixta timo
ri. quia quilibet labi poteſt dum eſt viator. In patria eſt certitudo tentionis euacuans ti
morem ⁊ expectationem ſm Bonauenturā. Sequitur ſecunda pars ibi donec pur
gatus ⁊c̄. vbi actor oſtendit ꝙ anime in purgatorio detinebuntur quouſqꝫ fuerint redu
cte ad illam innocentiam ⁊ puritatem in qua erant immediate poſt baptiſmum. Oportet
enim priuſꝙ dei facies videatur ꝙ lignum fenum ⁊ ſtipula. i. maiora mediocria ⁊ minima
venialia ⁊c̄. per cremationem conſumantur totaliter. Deinde poſtꝙ anime ſufficienter
in igne fuerint purgate ſtatim euolant ad gloriam. Et hoc poteſt probari multiplici rōne
Prima quia poſt purgationem nulla remanet in anima diſſimilitudo ad gloriam. ideo illi
merito debet iungi. Secunda ratione. quia ianua celi ſemper illis eſt aperta qui obſtacu
lum nullum habent. Tertia ratione. quia neceſſe eſt illos ſpiritus in quibus eſt charitas
ſurſum eleuans ⁊ nihil retardans ad gloriam eleuari. Quarta ratione. quia cum deus ſit
pronior ad miſerendum ꝙ ad puniendum merito debet purgatos coniungere glorie q̊s
purgandos ſubiecit pene. Quinta ratione qꝛ deus non punit bis in idipſum. ideo cū ali
quis ſufficienter ſatiſfecerit in penis iuncta diuina miſericordia non debet amplius pu
niri in dilatione premiorum. Sexta ratione qꝛ poſt purgationem talis purgatus non d3
eſſe in purgatorio. Hoc eſt ſatis notum. Nec in limbo. quia non eſt de numero illorum
puerorum. Nec in inferno quia non habet mortale: ergo oportet ipſum eſſe in celo. quia
poſt mortem non ſunt alia receptacula animarum. Septima ratione. quia efficacior eſt
charitas ꝙ iniquitas. ſed iniquitas ſtatim ducit ad ſupplicium. ergo charitas ſtatim deb3
ducere ad premium. cum iam obſtaculum ſit remotum per purgationem purgatorij.
Octaua ratione. qꝛ ſicut ceſſante impedimento grauia corpora feruntur deorſum. ⁊ leuia
ſurſum. ſic ſpiritus malorum remoto carnis onere feruntur ſtatim ad locum ſuppliciorū
propter peccati grauitatem. Spiritus vero bonorum ſi non ſit impedimentū alicuiꝰ culpe
venialis vel pene debite pro peccatis confeſſis ſtatim feruntur ad locum premiorum.
Queritur vtrum vnus ante alium liberetur. Sol'. beatus Auguſtinus dicit ad iſtam
queſtionem ſicut ſequitur. poſt hanc vitam incredibile non eſt nonnullos fideles quanto
magis minus ve bona pereuntia dilexerunt: tanto citius tardiuſqꝫ ſaluari. In illo enim
igne purgatorij citius purgatur vnus ꝙ alius. qui enim plura debet maiorem ſuſtinebit
penam. Sequitur tertia pars ibi hos ſupportare non poſſumus ⁊c̄. vbi ac. nr̄ oſten
dit quomodo per alios poteſt exiſtentibus in purgatorio ſubueniri dicens ꝙ nos viato
res poſſumus iuuare exiſtentes in purgatorio ⁊ releuare a penis purgatorij; vel in parte



vel in toto. ſicut enim ſpectat ad ſeueritatem diuine iuſtitie propter venialia bonos i pur
gatorio puniri. Ita pertinet ad bonitatem diuine miſericordie eoſdē per ſuffragia poſſe
releuari. Proſunt enim ſuffragia defunctis fidelibus non ad meritum vite eterne: ſed ad
ſolutionem pene. ⁊ hoc vel ad penarum mitigationem vel ad celeriorem liberationem.
Sequitur per que poteſt eis ſubueniri in littera actoris ibi proſunt defunctis vbi dicitur
ꝙ per miſſas per orationes elemoſynas ieiunia ⁊c̄. poſſunt releuari anime que detinētur
in purgatorio vt viſum fuit in capitulo de penitentia in fine. Queritur vtrum indul
gentie papales proſint defunctis in purgatorio. Solutio. Dicendū eſt ꝙ ſic ſm Bona
uenturam ⁊ compendium theologie. patet quia crux datur aliquando pro duabus vel tri
bus vel quattuor animabus ideſt qui habet claues theſauri eccleſie vt ſummus pontifex
eſt pro neceſſitatibus eccleſie poteſt diſpenſare ſicut vult. Queritur vtrum papa poſ
ſit abſoluere defunctos a pena purgatorij Solutio. dicendum eſt ꝙ non proprie per mo
dum iuriſdictionis: ſed quaſi pro eis de communi theſauro eccleſie ſoluit. Sicut aliter li
berat creditor debitorem dum a debito eum abſoluit. ⁊ aliter amicus debitoris dum pro
eo debitum ſoluit. ſed viuentes vtroqꝫ modo ſoluit papa. Queritur vtrum illis qui
bus datur indulgentia poſſint eam alijs dare ſiue viuis ſiue defunctis. Solutio. dicendū
eſt ſm compendium theologie ꝙ non. primo quia indulgentia non eſt donum collatiuū
gratie ſed priuatiuum pene. priuatio autem cum nihil ſit alijs communicari non poteſt.
Secundo quia dare indulgentiam auctoritatis ⁊ iuriſdictionis eſt quam non habent lay
ci. Unde non poſſunt impēdere alijs indulgentiam per auctoritatem. Sed ſolummodo
boni operis ſui ſuffragium per charitatem. papa vero vtroqꝫ modo poteſt. De illa mate
ria indulgentiarum viſum fuit ſuperius in fine capituli de ieiunio.

Sequitur textus de gaudijs paradiſi.

Ui mundus moritur penitus mox pace potitur.
Gaudens in domino cum ſanctis in paradiſo
Non decet orare pro ſanctis immo rogare.
Debemus care necnon ipſos celebrare.
Deni ſunt celi reſerandi fine fideli
Luna ſtat in primo ſtat mercuriuſqꝫ ſecundo
Ac venus in terno ſol vult lucere quaterno
Mars nitet in quinto ſed iupiter ordine ſexto
Saturnus celo ſepteno ſiſtitur alto
Octauo celo tibi ſtellas eſſe reuelo.
Stat criſtallinum ſuper ipſos luce ſerenū
Fulget ⁊ empireo ſummo paradiſus olimpo
In quo ſunt iuncta ſine defectu bona cuncta.
Hic deitas trina regnat ſuper omnia digna.
Aſtat regina ſibi mater virgo benigna.
Inde ierarchia triplici ſunt agmina nona.
Dat cherubin ſeraphin thronos diſtinctio ſumma
In medio dominans princeps ſimul atqꝫ poteſtas.
Virtutes ſubſtant archangelus angelus atqꝫ
His homines grati domino ſunt aſſociati

Iuxta pro merita preſente ſibi data vita
Secum laudantes dominum ſemper ſpeculantes.
Cernit amatq̃ deum ſanctus fruitur tenet ipſum
Sic gaudet pſallit laudat ſine fine quieſcit
Viues honoratus tutus liber ſaciatus
Clarus ſubtilis agilis non paſſibilis fit
O ꝙ ditati ſunt celi ſede beati.
Semper honorati ſumme ſunt glorificati
Ergo mundanis rebus ſpretis quaſi vanis
Celica poſcamus ⁊ ſurſum cor teneamus.
Vt deus a penis protectos atq̃ cathenis
Poſt mundi curſum faciat nos ſcandere ſurſum
Et velit optamus ibi ſemper eum videamus
Qui dat cuncta bona det nobis hec pia dona.

In iſto capitulo actor noſter determinat de gaudijs paradiſi diuidens ſuum capi
tulum in quinq̃ partes. In prima parte oſtendit actor qui ſunt illi qui ſcandunt
ſurſum ſcilicet ad paradiſum ſubdendo ꝙ pro talibus non eſt orandum. In ſe
cunda parte enumerat celos. In tertia parte oſtendit ordinem beatorum in celo empireo
In quarta parte oſtendit officia actus ⁊ dotes beatorum. In quinta parte facit quandã
exhortationem. Prima in principio. ſecunda ibi Deni ſunt celi. tertia ibi Hic deitas tri
na. quarta ibi Cernit amatq̃ deum. quinta ibi Ergo mundanis rebus ſpretis ⁊c. In pri
ma parte dicit actor noſter ꝙ illi aſcendunt ad paradiſum qui moriuntur mundi. In quo
paradiſo gaudent inenarrabiliter: pro quibus nullomodo eſt orandum cum ſint in ſum
ma leticia. ſed a nobis viatoribus ſunt honorandi ⁊ ſepiſſime rogandi vt pro nobis qui
varijs concutimur periculis dignentur intercedere. De illa materia viſum fuit in fine capi
tuli de penitentia. Sequitur ſecunda pars ibi Deni ſunt celi ⁊c. vbi actor noſter enu
merat celos dicens ꝙ decem ſunt celi. vnde celũ ſm phm̃ in ſecundo de celo eſt corp' pri
mum. natura ſimpliciſſimũ. in corpore ſolidiſſimũ. ſubtiliſſimũ eſſentie. q̃titate maximum.
qualitate lucidum. dyaphanitate perſpicuum. materia puriſſimum. figura ſpericum. locati
ſitu ſupremum creaturarum in ſe contentiuum. ⁊ diuiditur celum in decem celos iuxta lit
teram actoris. Sed pro habendo aliquam declarationem premiſſorum eſt notandum ꝙ
corporalis machina mundi conſiſtit in natura elementari ⁊ celeſti. Natura elementaris
ↄſiſtit in quattuor ſperis. ſcilicet in ſpera terre. aque. aeris. ⁊ ignis. vt recitatur per Ariſto
telẽ in libro metheo. Natura celeſtis diuiditur in tres celos principales. ſcilicet empireũ
criſtallinũ. ⁊ firmamentũ. intra firmamentũ quidẽ eſt celũ ſtellarum in quo continentur ſe
ptem orbes ſeptem planetarum que ſunt incipiẽdo ab inferiori parte luna. mercurius. ve
nus. ſol. mars. iupiter. ſaturnus. Nomine autem celi criſtallini intelligitur illa pars mate
rie prime que formata eſt in duos orbes quorum ſuperior eſt primum mobile. Celum ve
ro empireum eſt decimum ⁊ ſupremum. vbi ſunt multe manſiones quia habitaculum bea
torum. vnde ſaluator noſter in domo patris mei manſiones ſunt multe vt declarabitur in
ferius. Omnes enim celi ſeu orbes mouentur preter celum empireum quod quietum eſt
⁊ immobile. Celum enim eſt nobilius corporibus inferioribus. propter hoc ⁊ debetur ei
motus nobilior ſcilicet circularis ſm philoſo. in libro de celo. Omnes planete in aſtrolo
gia dicuntur tropici: quia retro gradiuntur a motu primi nobilis. quiquidẽ motus tanto
deſiderio eſt ꝙ omnes alias ſperas ſecum reuoluit. Motus enim qui dicitur reuolutio pri



mi mobilis eſt motus proprius planetarum. Et ſi queratur quare ſpere planetarum mo
uentur contra inceſſum primi mobilis. Reſpondet ꝙ hoc fit ad retardandũ motũ primi
mobilis quia niſi retardaretur non poſſent illa inferiora fructificare pre nimia velocitate
ſui motus per commentatorem ſupra ſecundum de celo. Corpora enim celeſtia nobiliora
ſunt corporibus inferioribus. ideo altior locus eis debetur. Itẽ eis debetur nobilior for
ma: ſcilicet ſperica ſiue rotunda. Item propter nobilitatem eorum agũt in illa inferiora in
fluendo virtutem motiuam. vegetatiuam. productiuam generabilium. Item corpora ce
leſtia diuiduntur: quia quoddam eſt corpus lucens vt ſol qui ſolus inter ſydera lucet.
Alia corpora celeſtia ſunt non lucentia vt ſtelle ⁊ planete que lumen ſuũ a ſole mendicant
quedam ſunt corpora dyaphana vt omnes ſpere celeſtes. Queritur vtrum corpora
ſuperiora poſſint influere ſuper liberum arbitrium. Solutio. dicendum eſt ꝙ non. nec ha
bent virtutem mutandi hominis voluntatem. ſed bene immutant ⁊ diſponunt hominis
complexionem hoc eſt inclinare ad hoc vel ad illud. ſed cogere non poſſunt. ideo dicitur
ratio dominatur in aſtris. Luna enim infima eſt inter planetas eclypſim patitur ⁊ efficit.
maculas habet propter coniunctoria cum inferioribus. Corniculata interdum apparet
ex eo ꝙ pars eius illuminata a nobis abſconditur: quia de ſe eſt corpus tenebroſum ſed
lumen recipit a ſole. Mercurius ſemper cum ſole graditur nec ab eo amplius triginta gra
dibus diſtans. Venus eſt lucifer quando precedit ſolem: ⁊ veſperus quando ſequitur.
ideo ſemper concomitatur ſolem. Sol enim in medio planetarum conſiſtit ſolus per ſe lu
cens octies maior tota terra. calidus virtualiter eo ꝙ influentia ⁊ lumine ſit productiuus
caliditatis. Notanter dicitur virtualiter: quia caliditas formaliter non fundatur niſi in
compoſito habente materiam ſubiectam correſponſioni ſeu contrarietati. Sol vero ⁊ alia
corpora celeſtia ſunt incorruptibilia vt patet per cõmentatorẽ in primo de celo. Eclypſim
patitur propter interpoſitionem orbis lune. Queritur hic que differentia eſt inter ca
lidum formaliter ⁊ virtualiter. Solutio. ſm philoſophum in primo de celo differunt. quia
calidum formaliter eſt calefactiuum per contactum. Calidum vero virtualiter non. ſed ſo
lum lumine vel influentia. Secundo differunt quia calidum formaliter in agendo repati
tur vel põt repati ⁊ alterari a ſuo contrario. calidum autem virtualiter non. Tertio diffe
runt quia calidum formaliter impeditur per interpoſitionem. calidum virtualiter non im
peditur in calefaciendo niſi q̃tum ad actionem quam habet per lumen ⁊ non quam facit
per influentiã ⁊c. Mars igneus apparet quia calidus ⁊ ſicc' homines ex ꝓprietatibus
ſuis prouocans ad bellum. ſed interpoſitione veneris ⁊ iouis eius nociuitas reprimitur.
Iupiter clarus eſt in qualitatibus influxiuis bene temperatus ⁊c. Saturnus eſt ſuperior
planetarum frigidus ⁊ ſiccus non formaliter vt debet teneri in omnibus: ſed effectiue.
Firmamentum eſt illud celum in quo ſtelle ſupreme figuntur: ⁊ cum illo ſemper mouentur
illuminationis a ſole receptatiue. Planete enĩ non ſunt in firmamento immo ſunt ſydera
inter celum. ſcilicet firmamentum ⁊ ſperam elementorum exiſtentia. Celum enim criſtalli
num eſt ſuper firmamentum de quo viſum fuit. ⁊ ſupra celum criſtallinum celum empire
um vbi ſunt habitacula beatorum. Sequitur tertia pars ibi Hic deitas trina. vbi ac. no
ſter docet ordinem beatorum in celo empireo. dicens ꝙ in ſublimiori loco eſt glorioſa tri
nitas ⁊ cetera. Ad dexteram filij beata virgo Maria mater ſaluatoris noſtri Jeſu chriſti
exaltata ſuper omnes choros angelorum vt credit ſancta mater eccleſia cui non eſt derogan
dum. Deinde de celeſti ierarchia que diuiditur in ſuperiorem mediam ⁊ inferiorem. Su
perior continet tres ordines. ſeraphin cherubin ⁊ thronos primi conſiderant bonitatem
ſecundi dei veritatem. tertij dei equitatem. In primis deus amat vt charitas. In ſecun
dis noſcit vt veritas. In tertijs ſedet vt equitas. Proprium enim eſt ſeraphin in amore
dei ardere ⁊ alios ad incendium diuini amoris promouere. Cherubin vero proprium
eſt relucere diuini luminis radio pro eo ꝙ vicinius prime veritati iunguntur reſpectu in
ferioris ⁊ homines promouere ⁊ excitare ad diuinam cognitionem. Throni dicuntur eo
ꝙ in eis dominus ſedeat ⁊ iuſtitia ſua decernat. In his precipue relucet rectitudo di

niſi iudicij. Media ierarchia continet dominationes.principatus ⁊ poteſtates.quorum
primi officia regunt angelorum. Hi enim virtutem dei quam ſuper ſe recipiunt inferiori⸗
bus transfundūt.ſm Grego.dominationum officium eſt in bello ſpirituali inſtruere qua
liter oporteat prelationis officium exercere:⁊ qualiter ſubditis debent dominari.ſecundi
ſcilicet principatus ſm compendium theologie capitibus preſunt populorū.⁊ ſm Gre
gorium ſubditis angelis preſunt.⁊ eos pro diuino miniſterio explendo diſponunt. Ad
hos ſm Dyoniſium pertinet vniuerſale regimen vnius regni vel gentis in conducendo
ad dei voluntatem quantum poſſunt.ſm autem alios doctores officium eorum eſt doce⸗
re homines exhibere reuerentiam vnicuiqꝫ ſm gradum ſuum. Horum etiam officium eſt
promouere homines vt non propter vtilitatem propriam ſed propter ſolius dei amorē
⁊ honorem faciant iuſtitiam. Ultimi ſcilicet poteſtates poteſtatem cohercent demonum
poteſtatibus enim aduerſe virtutes ſubiecte ſunt ne mundo tantum noceant q̄tū cupiunt
nocere ſm compendium theologie.ſm beatum Gregorium horum officium eſt illos qui
in ſpirituali certamine deſudant confortare. ⁊ ne regimen ſpirituale amittant defendere.
ſm beatum Dyoniſium ad ipſos ſpectat angelos inferiores informare. In primis deus
dominatur vt maieſtas. In ſecundis regit vt principatus. In vltimis tuetur vt ſalus.
Inferior ierarchia continet tres ordines.virtutes archangelos ⁊ angelos. Ad primos
ſpectat miraculorum operatio. Uirtutes enim ſunt infatigabiles ad executionem facien⸗
dorum.⁊ robuſti ad perceptionem munerum. Horum officium ſm dyoniſium eſt docere
prelatos vt facile ⁊ perſeueranter que ad officiū prelationis pertinent exequantur ⁊ ipſi⁹
onera ſuſtineant patienter. Ad archangelos ſpectat magnorum negociorū denunciatio
Iſti enim ſummi nuncij nuncupantur:quia ſumma nunciant. Horum officium ſm Gre⸗
gorium eſt de illis que pertinent ad promotionem fidei: vt de natiuitate chriſti ⁊ factis
eius expedire homines ⁊ demones ab hominibus remouere. ſm Dyoniſium vero offi⸗
cium eorum eſt prophetias reuelare. Iſti enim reuelatiões quas a ſuperioribus ſuſcipiūt
inferioribus annūciāt ⁊ per eoſdem nobis. Ad tertios.ſ. angelos pertinet humane cuſto
die ſollicitudo. Angeli ſunt vltimi ⁊ hominibus magis propinqui.iſti minora annūciant
⁊ homines ad diuinam cognitionem ducunt ⁊ vt iuſte viuant inſtruunt. Hi ſurſum ex⸗
tenduntur per dilectionem dei in ſemetipſis firmantur per cuſtodiam ſui ſub ſe progredi
untur ad auxilium proximi. In primis deus operatur vt virtus. In ſecundis reuelat vt
lux. In tertijs nutrit vt inſpirans. Tamen ſm beatum Dyoniſium virtutes ſunt medius
ordo ſecunde ierarchie ⁊ principatus primus ordo tertie ierarchie. Nos enim debemus
ſimilari ſeraphin per charitatem.cherubin per cognitionem.thronis per equitatem.do⸗
minationibus per carnis ſubiugationem. principatibus reuerentiam noſtris maioribus
exhibendo.poteſtatibus tentationibus dyabolicis reſiſtendo.virtutibus per cōpaſſionē
archangelis per inſtructionem.angelis per obſequij exhibitionem. Ierarchia enim cōti
net nouem ordines ſeu choros angelorū. Item quilibet ordo ſeu chorus continet. vi. m.
vi.c.lxvi.legiones.quelibet legio continet.vi.m. vi.c. ſexagintaſex angelos.

Queritur quid dicendum de prelationibus angelorum. Solutio. Dicendum eſt ꝙ
quidam angeli preſunt regionibus vt dicitur Danielis decimo.cum enim egrederetur ap
paruit princeps grecorum. ecce nunc reuertar vt prelier aduerſum principem perſarum.
Quidam angeli preſunt eccleſijs.apoc.ij.⁊ angelo epheſi eccleſie ſcribe hec dicit dn̄s ⁊c.
Quidam preſunt hominibus Act.xij.de beato Petro angelus eius eſt dixerunt illi qui
orabant pro beato petro dum teneretur ī carceribus herodis. quando eis nunciauit que
dam ancilla ꝙ beatus petrus pulſaret ad hoſtium poſtq̄ dei adiutorio ⁊ angeli miniſte⸗
rio exiuit carceres herodis. Similiter ſpirituum malignorū aliqui dicuntur preeſſe aliq
bus vicijs. Alij autem alijs:quia quidam dicuntur ſpiritus luxurie.quidam ſuperbie ⁊c.
Que autem prelationes maneant vel que ceſſent poſt hanc vitam ſciendum eſt ꝙ ierar⸗
chie ſemper ſtabunt q̄tum ad eſſentiam beatitudinis quantum ad gradum dignitatis ⁊
nobilitatem doni gratuiti ⁊ nature. Ceſſabunt autem prelationes angelice ſuper hoīes



⁊ angelos quo ad actum regiminis ſm gubernationem mundi ⁊ elementorum ſm viam
ad patriam. Prelatio autem in demonibus quo ad officium inſultandi ⁊ irritandi.ſm ꝙ
vnus prouocat alterum in malicia non deſtruetur.vnde Pſalmus. Superbia eorum qui
te oderunt domine aſcendit ſemper. Ceſſabit autem eorum prelatio quo ad officium ten
tandi eos qui ſunt in via. In hominibus etiam prelationes euacuabuntur:quia non erūt
decani centuriones ⁊ huiuſmodi. In alijs creaturis ceſſabit ſimiliter prelatio:quia ſuperi
ora non mouebunt tunc inferiora ſicut modo.hoc tenet Bonauen.cōpendio theologie.

Queritur quid dicendum de cognitione angelorum. Solutio. angeli cognitionem
habent matutinam:hoc eſt cognitionem rerum in verbo. Item habent cognitionē veſper⸗
tinam ideſt cognitionem rerum in ſe. Item habent cognitionē meridianam ideſt apertā
dei viſionem. Etiam eſt alia cognitio: quia maiores angeli indicant minoribus illa que
per diuinas theophanias receperunt. vnde theophania eſt oſtenſio alicuius cognoſcibi
lis per illuminationem a deo venientem:⁊ hoc poteſt eſſe vel in ſymbolis vel facie ad fa⸗
ciem. Angelus enim cognitione rerum in propria natura cognoſcit ſimul plura habitu.
non autem in actu. Circa enim incarnationem ⁊ paſſionem chriſti ſciuerunt angeli ſubſtā
tiam facti:ſed non omnes circunſtantias. Angeli enim cognoſcunt remota ſicut propin⸗
qua:quia cognitio eorum non eſt per ſenſum ſed per intellectum. Queritur quid dicē
dum de motu angelorum. Pro quo eſt notandum ſm Dyoniſium ꝙ motus angelorum
diſtinguuntur tripliciter:ſcilicet circularis rectus ⁊ obliquus. Circularis ab eodem in idē
⁊ circa idem centrum immobile. Hunc motum habent angeli quia immediate recipiunt
illuminationē a deo ⁊ per illam reuertuntur ad deum. Iſtud autem conuenit ſuperiori
ierarchie tantum. Motu recto mouentur quando procedunt ad prouidentiam ſubiecto⸗
rum recte omnia tranſeuntis ⁊ ibi non reuertuntur ab eodē in idem ſed de vno ad aliud
Item mouentur motu obliquo angeli quando cognitionem inferiorū quibus prouidēt
reflectunt in deum principium ⁊ finem pulchri ⁊ boni. Queritur vtrum ſint plures
angeli ſub vna ſpecie ſicut plura indiuidua ſub vna ſpecie. Solutio. Dicendum eſt ſm cō
mentatorem ſupra duodecimum methaphiſice ꝙ non: quia non differunt per materiam
ſicut ſortes ⁊ plato. quia in angelis non eſt talis materia. nec differunt per quantitatem.
quia illam non habent que ſit principiū multitudinis ſeu multiplicationis. ergo relinqui
tur ꝙ differunt per formam:⁊ per conſequēs patet manifeſte ꝙ ſub vna ſpecie non ſunt
plura ſuppoſita:ſed vnum ſolum ſuppoſitum. Queritur quid dicendum de cuſtodia
angelorum. Solutio. Dicendum eſt ꝙ angeli ad noſtram cuſtodiam deputati tenent nos
ſtantes ne cadamus ⁊ cadentes nos adiuuant vt ſurgamus.nec vnq̄ nos deſerunt etiā
peccantes quin ſuperſint parati auxiliari ſi velimus. Hoc tamen fallit in obſtinatis a quo
rum cuſtodia deſiſtit angelus actualiter. Paratus tamen eſt cuſtodire ſi redire velint.quo
niam nunq̄ deſeritur homo ex toto ab angelis vt recitatur in compendio theologie libro
ſecundo. Tamen Bonauentura dicit ꝙ bonus angelus non derelinquit hominem vſqꝫ
ad mortem quin defendat ab aduerſario ne occidatur.niſi quando ſententia diuini iudi⸗
cij aliter exigit.⁊ quin retrahat illum quem cuſtodit a malo. Et ſi obijciatur illud Ieremie
quinquageſimiprimi capituli in gloſa curauimus babylonem ⁊ non eſt curata. Dicendū
eſt ꝙ medici ſunt angeli quos a nobis repellimus cum eorum conſilio non acquieſcimus
Item dicit alia gloſa. Caue ne quando derelinquat te medicus. Item Danielis vndeci⸗
mo in gloſa dicitur.antichriſtus carebit angelorum preſidio. Solutio. Ad hec omnia ſm
Bonauenturam illa intelliguntur ad illum ſenſum ꝙ angelus non deſerit omnino obſti⸗
natos ſed non cōſeruat eos nec producit ad bonū ſicut facit illos qui non ſunt obſtinati.

Queritur vtrum antichriſtus habebit bonum angelum deputatum ad ſui cuſtodiam
Solutio. cōpen.theologie dicit ꝙ ſic.⁊ ſubdit quēquidem angelum licet propter nimiam
obſtinationem ſuam non ſit habiturus ad promotionem tamen habebit ad accuſationē

Queritur quis ſit effectus cuſtodie angelice. Solutio. ſm Bonauē. ⁊ compendium
theologie cuſtodie angelice multiplex eſt effectus.vnus effectus eſt impedimenta boni ⁊

occaſiones peccādi remouere in exo. Mittam angelū meū precurſorem qui eijciat iebu/
ſeum. ⁊ Gen. xxxij. tetigit angelus neruum femoris Jacob ⁊ emarcuit. vbi notatur repreſ
ſio concupiſcentie. Secundus effectus eſt tentatiões mitigare. Dan. iij. angelus domini
deſcendit cū azaria ⁊ ſocijs eius in fornacem ⁊ excuſſit flammam ignis. Tertius effectus
eſt contra hoſtes viſibiles iuuare. quarto regū. vi. capitulo. Porro orauit Eliſeus ad dñm
dicens. percute gentē hanc. ⁊ percuſſit hoſtes regis iſrael dominus. ⁊ Yſa. xxxvij. Egreſ/
ſus eſt autē angelus domini ⁊ percuſſit in caſtris aſſiriorum. c. lxxxv. milia ⁊c. Quartus
effectus eſt orationes noſtras ⁊ elemoſynas deo preſentare ⁊ pro nobis orare. Thob. xij.
quando orabas cū lachrymis ⁊ ſepeliebas mortuos ego obtuli orationem tuā domino;
⁊ quia acceptus eras deo neceſſe fuit vt tētatio probaret te. Quint⁹ effect⁹ angelice cuſto
die eſt ducere ꝯducere ⁊ reducere ⁊c. thob. v. dicit angel⁹ thob. ſeniori ego ducā ⁊ reducā
eum ſcʒ filiū tuū ſanū ad te. Sextus effectus eſt in agendis docere Dan. ix. dixit angelus
danieli ſic. Daniel nunc egreſſus ſum vt docerē te ⁊ intelligeres. ⁊ zacha. vi. de angelo q̄
inſtruxit eum de quattuor quadrigis. Septimus effectus eſt ſeipſum ⁊ alia ſecreta reue/
lare. Thob. xij. Ego enim ſum raphael angelus vnus ex ſeptem qui aſtamus coram dño
⁊ gen. xviij. tres angeli miniſterium triniſtatis ⁊ vnitatis expreſſerunt. Octauus effectus
eſt a peccatis excitare. act. xij. ſurge velociter. Nonus effectus eſt ad feruorē charitatis ex/
citare. iij. regū. xix. dictū fuit helye per angelū ſurge comede grandis eni tibi reſtat via. De
cimus effectus eſt conſolari ⁊ in viā dei confortare. Thob. quinto. forti animo eſto in pro
ximo eſt vt a deo cureris dixit āgelus ſeniori thob. ⁊c. Undecimus effectus eſt de pecca
to increpare. Judicū ſecundo dixit angelus populo iſrael cur hoc feciſtis. Duodecimus
effectus eſt poteſtates cōtrarias cohercere ne tantū nocere poſſint q̄tū vellent. thob. viij
qualiter angelus haſmodeū ligauit ne noceret ⁊c. Queritur vtrum chriſtus habuerit
angelum deputatum ad ſui cuſtodiam. Solutio. dicendum eſt q̄ non: quia chriſtus ſupe/
rior erat omni angelo. Jtē dyabolus non poterat opprimere corpus vnitum diuinitati
nec ſeducere intellectum a verbo plenarie illuſtratum nec per blanditias allicere affectuʒ
plenitudine gratie confirmatum. Et ſi obijciatur illud ps. ⁊ euangelij. Angelis ſuis man/
dauit de te ⁊c. dicendū eſt q̄ hoc intelligitur de capite ratione membrorum. Jtē ſi obijcia
tur illud Luce. xxij. Ecce apparuit ei angelus de celo confortans eum. Reſpondetur ſm
gloſam bede ſit in teſtimonium vtriuſq; nature. ⁊ angelus eum confortaſſe ⁊ angelus ei
miniſtraſſe deſcribitur. non q̄ confortaret eum confortatione poteſtatiua ſed ſolum mini
ſteriali ſicut armiger ſtrenuum militem confortat. Queritur vtrum chriſtus habuerit
angelum ad tentandum ſicut ceteri hominuʒ habent. Solutio. gloſa ſupra illud thob. vi.
piſcis volebat deuorare thobiam dum lauaret pedes. videtur dicere q̄ dyabolus ſecut⁹
eſt chriſtum vſq; ad crucem. tamen tētatio dyaboli fuit ſolum exterius non interius ad di
gnitatis chriſti manifeſtationem. ad aduerſarij confuſionem. ⁊ noſtram inſtructionem.

Queritur vtrum ſinguli angeli ſingulis hominibus. an vnus pluribus ad cuſtodiaʒ
vel exercitium deputatus ſit. Solutio. textus vndecima diſtinctione ſecundi ſententiaruʒ
dicit ſic. Cum electi tot ſint quot ⁊ boni angeli ſunt: plures conſtat eſſe ſimul bonos ⁊ ma
los homines q̄ boni angeli ſint cum tot ſint electi quot ſunt angeli boni. ⁊ angeli boni
plures ſint q̄ mali. pluresq; ſint hoīes mali q̄ boni. Non eſt ambiguū plures bonos ho/
mines eſſe q̄ ſint mali angeli. ⁊ plures eſſe malos homines q̄ ſint mali angeli vel boni.
ideo dici oportet vnum eundemq; angelum bonum vel malum pluribus hominibus de
putari ad cuſtodiam vel exercitium ſiue eodem tempore ſiue diuerſis tēporibus. iō aſit
dicimus eodē tempore vel diuerſis temporibus. quia videtur quibuſdam q̄ omnes ho/
mines qui ſunt ſimul in aliquo tempore ſinguli ſingulos angelos habere poſſunt bonos
vel malos. quia licet maior ſit numerus hominū in vnum computatis omnibus qui fue/
runt ſunt ⁊ futuri ſunt q̄ numerus angelorum: tamen quia homines decedentibus homi
nibus ſuccedunt. ideo nunq̄ ſimul ſunt in hac vita. Angeli quoq; nunq̄ decedūt ſʒ ſimul
ſunt oēs. eſſe pōt vt ſinguli hominū dū i hac vita ſunt ſingulos habeāt angelos bonos



vel malos ad cuſtodiam vel exercitium deſtinatos. Ceterum ſiue ita ſit ſiue non. non eſt
dubitandum vnūquēq; habere angelum ſibi deputatū ſiue pluribus ſimul deſtinatus ſit
ſiue vni ſingulariter. nec eſt mirandum vnum angelum pluribus hominibus ad cuſtodiā
deputari. cum vni homini plurium cuſtodia deputetur. ita vt eorum quiſq; ſuum dicatur
habere dominum vel epiſcopum vel abbatem. Super hoc arguitur ſm beatum Thomā
in prima parte ſue ſumme. inferiora reducūtur in deū per media vt dicit Dyoniſius. ergo
vnus ſolus angelus eſt qui immediate cuſtodit hoīes. Secūdo ſic. angelus virtuoſior eſt
q̄ homo. ſed vnus homo ſufficit ad cuſtodiam multorum hominum. ergo multo magis
vnus angelus poteſt multos homines cuſtodire. quia angelus ſubito hic eſt ſubito alibi
Sed contra eſt quod Hieronymus exponit ſuper illud Math. xviij. Angeli eorū vidēt
faciem patris mei ⁊c. magna eſt dignitas animarum vt vnaqueq; habeat ab ortu natiui/
tatis in cuſtodiam ſui angelum delegatum. Concluſio tamen beati Thome eſt q̄ ſingulis
hominibus ſinguli angeli ad cuſtodiam deputantur. cuius ratio eſt quia angelorum cu/
ſtodia eſt quedam executio diuine prouidentie circa homines. Decet enim dulcedinem
diuine miſericordie vt homini qui habet aduerſarium impugnantem daret angelum au/
xiliantem vt quia homo fragilis eſt ⁊ indigens ſuſtentetur ab angelo qui eſt fortis ⁊ po/
tens. quia pauci eſſent qui poſſent vincere dyabolum niſi per angelicum preſidium. Ma
gna dilectio creatoris ad hominē ⁊c. Angeli eni ſeruiunt nobis propter tria. ſcilicet. ꝑpē
ruine ſue reparationem. Homines enim ſaluandi intrabunt locum angelorum qui cecide
runt. Jtem propter meriti accidentalis cumulationem quod augetur in eis vſq; in diem
iudicij. Jtē propter amoris erga nos demonſtrationem. vt recitatur in ſecundo libro com
pendij theologie. Circa hec queritur vtrum ex beatificatione cuſtoditi angelo cuſtodien
ti amplificetur gaudium. Solutio. ſm Bonauen. gaudium in quo conſiſtit premium ſub
ſtantiale quod eſt de bono increato nullo modo accreſcit angelis. quia q̄tum ad illud per
fecte beati ſunt. ſed gaudium quo conſiſtit premium accidentale poteſt creſcere. non ſolū
extenſiue quod eſt quando quis de pluribus gaudet. ſed etiā intenſiue. quod eſt quando
affectus de aliquo copioſius gaudet. ⁊ quia angeli miniſtrando alijs bona opera faciunt
premium accidentale merentur. ⁊ etiaʒ conciues ſuos ad beatitudinem perducunt ſuper
quibus gaudent. Creſcit ergo eis gaudium de beatificatione hominum multo fortius de
conuerſione peccatorum. Luce. xv. gaudium eſt angelis ſuper vno peccatore penitentiam
agente ⁊c. Queritur vtrū ex dānatione cuſtoditi incurrat angelus aliquod detrimen
tū. Solutio. ſm Bonauen: dicendū eſt q̄ nō: quia deſideriū angeli non fruſtratur. q2 ſub
conditione appetit cuſtoditum ſaluari ſi fideliter velit adherere chriſto. Et licet ex noſtra
ſaluatione creſcat angelorum premium vt dictum extitit. tñ ex damnatione cuſtoditi non
incurret detrimentum nec reſpectu rei habite nec reſpectu rei habende. ⁊ q̄tum ad gaudi
um quod habet in deo ⁊ quod habet in ſeipſo. gaudebit enim de bonis operibus que cir
ca ipſum fecit quem cuſtodiuit. Nullum etiam incurrit damnum quod habet in alio quia
vnus cadit alius coronam accipit. Jtem ex damnatione cuſtoditi angeli gemitum non
concipiunt nec habent compaſſionem erga reprobos. Unde Greg. iuſtorum anime ⁊ ſi
nature ſue bonitate miām habent iā nunc actoris ſui iuſtitie cōiuncti tanta rectitudine cō
ſtringuntur vt nulla ad reprobos ꝯpaſſione moueant. Queritur vtrū omnes angeli
mittant ad hoīes ⁊c. Solutio. ſm Bonauē dicendū eſt q̄ duplex eſt miſſio. ſ. exterior ⁊ in
terior. Exterior ci ē ad nos. ⁊ ſic nō mittunt niſi inferiores. q2 dicit dyo. ſupra illa agmina
ab intimis nunq̄ recedunt. Qui enim preeminent vſum exterioris officij nunq̄ habent.
Miſſio enim interior eſt qua ſuperiores mittuntur ad medios ⁊ medij ad infimos. ⁊ ſic
omnes mittuntur. Unde apoſtolus ad Hebreos. i. omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus
miſſi propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis. non dicit ad eos ſed propter eos. Et ſi
obijciatur illud Yſa. vi. volauit ad me vnus de ſeraphin ⁊ in manu eius calculus quē for/
cipe tulerat de altari ⁊ tetigit os meum ⁊ dixit Ecce tetigi labia tua ⁊c. dicendum eſt ſm
Dyoniſium q̄ ille angelus non erat de ordine ſeraphin ſed dicebatur de illo ordine. quia

mitebatur incendere labia eius ideo ꝛc. ¶Queritur vtrum angeli accendant affectum
noſtrum. Solutio. dicendum eſt ꝙ affectus noſter non pōt inflammari tanꝙ a principali
agente vel efficiente niſi a ſolo deo. pōt tamen affectus noſter inflammari ab angelo ſicut
ab excitante ꝛ iuuante. Angelus enim non illuminat intellectum efficiendo cognitionem
in anima quia non poteſt in intellectu nouam ſpeciem imprimere nec habitum noui lumi
nis dare nec eius intentionem quo vult cōuertere. Tria enī requiruntur ad hoc ꝙ intelle
ctus noſter aliquid intelligat ſcʒ ſpecies qua cognoſcat. lumen in quo cognoſcatur. ꝛ intē
tio qua conuertat ſe intellectus ſuper ſpecieʒ. Unde differentia eſt inter immittere cogni
tionem ꝛ incendere ꝛ mentem illuminare. qꝛ cognitionem immittere eſt creare ꝛ facere co
gnitionem. Incendere vero eſt cognitionem iam factam inflammare. Illuminare vero ē
dare reuelationē de aliquo occulto intelligibili. ¶Queritur quid dicendū de locutione
angelorum. Solutio. Dicendum eſt ꝙ verbum eſt triplex. mentis oris ꝛ operis. Verbo
mentis loquitur deus angelo ꝛ angelus deo. Item loquitur deus anime ꝛ ecōuerſo. ver
bo autem oris loquitur homo homini. ꝛ āgelus homini in corpore aſſumpto. verbo ope
ris loquitur deus dyabolo ꝛ angelus dyabolo ꝛc. De locutione enim angeloꝝ notanduʒ
eſt ꝙ angelus loquitur deo cū in motu admirationis ex viſis aſſurgit vel cū affect⁹ ſuos
ei preſentat quos tamen eis latere non minime dubitant angeli. Angel⁹ vero loquitur an
gelo mentis ſue ſpecies oſtendendo mediāte quadā illuminatione ſpirituali irradiāte ab
ipſo. Iteʒ angelus facit aliquid coram alio angelo quo facto intelligit quod ante non in
telligebat ꝛ ſic loquuntur omnes omnibus ſiue maiores inferioribus ſiue ecōuerſo. Itē
loquitur angelus angelo per coniunctionē diuini luminis inſtruendo. ſic non loquuntur
omnes omnibus nec omia. ſed tm̄ ſuperiores inferioribus de hijs que per theophanias
perceperunt. Loquitur aūt angelus homini dupliciter. vno modo verbo vocali in aſſum
pto corpore. ſed tunc ſicut non profert ſolū in organis materialibus ſed naturā. ita nunc
circulariter immutat mediū quēadmodum eſt in voce rationali. vnde non auditur niſi ab
illo ad quem ordinatur. ꝛ ſimile eſt in apparitione angelorum quos quidam vident ꝛ alij
eque propinqui non vident. vt apparet in heliſeo ꝛ filio eius. Tamen ſuper hoc quidā di
cunt ꝙ angelus nunꝙ apparet vel loquitur homini in ſubſtantia corporea: ſed intentionē
ſiue ſimilitudinē vocis ponit ī oculo ſiue aure illius. ꝛ ibi recipit ſenſus cōmunis ſpecies
illas. ꝛ deinde proueniunt ad imaginationeʒ. poſt hoc ad intellectum. ꝛ hoc eſt ꝙ dicitur
angelos vel apparere vel loqui hominibus. Secūdo modo dicitur angelus loqui homi
ni per impreſſionem rerū ſenſualiū imaginationis inſtrumento. ꝛ ſic loquitur angelus vi
gilantibus ꝛ dormientibus. De dyabolo enim dicendū eſt ꝙ loquitur homini dupliciter
Uno modo ſenſum immutando: ꝛ hoc per imaginationē alicuius rei imprimendo inſtru
mento viſus vel obijciendo viſui ſimilitudinē alicuius rei ꝛ ſic de alijs ſenſibus. ſecundo
modo loquitur dyabolus homini per impreſſionem rerum ſenſualium inſtrumento ima
ginationis ꝛ hoc facit quandoqꝫ vigilantibus. quandoqꝫ dormientibus ꝛ ſic immittit co
gnitionem mali. Cognitionem enim malam non poteſt immittere que tm̄ per conſenſum
fit mala. Anima enim loquitur deo per deſiderium cuius affectiōes nude ſunt dei oculis
ꝛ aperte. Anima loquitur angelo per voces corporis quas bn̄ ꝑcipit angelus ſicut ꝛ alia
ſenſibilia. Unde anima exiſtens in corpore alia ſpeciali poteſtate loquendi ad angelos
non indiget: ſed habebit exuta a corpore. Item anima loquitur dyabolo quia ſimilitudi
nes affectionum imprimuntur ſenſibus vbi dyabolus legit eas. ¶Queritur vtrum an
geli poſſint aſſumere corpora. Solutio. Dicendum eſt ꝙ ſic non ꝙ indigeant ipis corpo
ribus ad ſui perfectionem maiorem habendam. ſed voluntarie aſſumunt quandoqꝫ cor
pora ſm vim adminiſtratiuā qua manifeſtant ſe nobis ꝛ nos letificant ꝛ confortant. ſm
vim autem contemplatiuam conuertuntur ad deū. ꝛ ſic non indigent ſolatio corporis aſ
ſumpti. Sciendum tamen eſt ꝙ nec boni nec mali angeli ſumunt vera corpora humana
¶Queritur vtrum corpus quod aſſumit angelus fiat de natura celeſti aut elementari.
Solutio. dicendū eſt ꝙ aſſumunt corpora ex natura elementari non ſimpliciter nec plene



commixta. ſed medio modo vtpote ex aere vaporali. Et ſicut angelus ſua virtute effigiat
corpus illud quod aſſumit ſic protegit ꝛ conſeruat. qꝛ ꝙuis fornicatio corporis fiat ex ad
iutorio nature. tamen principaliter eſt a virtute ſpūalis ſubſtātie. propter hoc ꝙ effigies
illius corporis plus eſt artificialis ꝙ̄ naturalis. ꝛ angelo deſerente corpus illud redit in
preiacentem materiam. ¶Queritur vtrū angeli in corporibus aſſumptis exerceant ope
rationes potentie vegetatiue. So. ſm Bonauenturam. dicendum eſt ꝙ non. qꝛ non ha
bent vim nutritiuam nec generatiuam. habent tamen operationes hijs cōformes. licʒ nō
plene. Angelus enim bonus cibum ſumit vere ꝛ cōſumit geñ. xviij. ꝙ autē dicit thob. xij.
Ego videbar vobis comedere exponitur ſic. ſ. ex neceſſitate videbar vobiſcuʒ comedere
ꝛ bibere. ſed ego cibo ꝛ potu inuiſibili vtor. Unde aug. poteſtate comedebant angeli nō
ex neceſſitate. ideo talis cibatio eſt ex potentia ꝛ non ex indigentia. vnde beatus Augu.
ſicut aliter abſorbet aquam terra ſitiens ꝛ aliter radius calefaciens. ſic aliť conuenit ciba
tio homini viatori. aliter angelo ꝛ beato. Similiter dicendum eſt in actu generationis ꝙ
ſpūs aſſumens corpus conformatur vero corpori in aliquo. ꝛ in aliquo non. Exemplum
patet in incubis demonibus qui licet ſemen poſſint ſuſcipere ꝛ transfundere. non tamen
poſſunt alimentum in verum ſemen ꝓpria virtute conuertere ſm Bonauē. ¶Queriť
in quo differt viſus angeli ab eius auditu. Solutio. videre ꝛ audire in angelo eſt intelli
gere ſed tunc videt cū ex motu proprio aliquid intelligit. quando vero ab alio intelligit
tunc dicitur audire ſm Bonauenturam. ¶Queritur vtrum angelus qui operatur hic
poſſit ſimul operari in britannia. Solutio ſm doctores ſuper ſecundum libruʒ ſenten. an
gelus qui operatur hic realiter circa me non poteſt ſimul operari in britannia. nec manēs
hic poteſt aliquid facere vel intelligere in britannia. Loquendo de intelligentia matutina
qua videt res in verbo poteſt intelligere omnia preſentia ꝛ futura pro voluntate ſpeculi
ſiue verbi. in quo ſpeculo non videtur niſi quantum voluerit manifeſtare apoc. iij. ꝛ Yſa.
xvij. Et ſi obijciatur de dicto ariſto. in libro de aia. d. ꝙ intellectus intelligit ſine hic ꝛ nūc
dicendum ꝙ eſt verum de intellectu aīe exiſtentis in corpore qꝛ per ſpecies rerum intelli
git res non per preſentiam ſed anima exuta a corpore ꝛ angelus non intelligunt ꝑ ſpēs
rerum ſed per rerū preſentiam. vnde intellectus eorum dicitur viſus ſed in quanta diſtā
tia videant non audiui determinari. ¶Queritur vtrum angelus ſit in loco. Sol. dicen
dum ꝙ ſic ſm eſſentiam. ꝛ hoc modo forte plures angeli poſſunt eſſe ſimul in minimo cor
porali loco. Item angeli ſunt in loco ſm operationem que debitaʒ diſtantiā exigit ꝛ hoc
modo ſi duo poſſint eſſe in eodem loco non tamen mille qꝛ nō poſſent exercere ſuas ope
rationes. Et ſi queratur quare ergo celum factum eſt tanti ambitus. So. ad gaudēdū
ad laudandū ad mirandum. ¶Queritur vtrum boni angeli omnia ſciant. So. ſm bo
nauen. dicendum eſt ꝙ non. qꝛ angeli multa addiſcunt ſiuē per ipſum verbū ſiue ꝑ alios
angelos ſiue per experientiam. Et ad illud Greg. quid eſt quod non vident qui videnteʒ
omnia vident. dicendum eſt ꝙ intelligitur ad illum ſenſum ꝙ ille qui videt deū dicitur vi
dere omnia. non ꝙ ipſe videns deum ſit omniū poſſeſſor. ſed quia videt illud vnum cui
non poſſunt omnia equiparari. ¶Queritur vtrum angelus naturali dilectione magis
diligat ſuperiorem angelum vel parem vel inferiorem. So. ſm Bonauen. magis dilige
re aliqd poteſt tripliciter conſiderari. Uno modo ratione boni optati. Alio modo rōne
affectus intenſi. Alio modo ratione effectus impenſi. Ratione boni optati. vnus ange
lus magis diligit ſuperiorem. qꝛ ex iudicio recte rationis nollet euʒ excellere. ꝛ plus boni
habere ꝙ̄ deus voluit ordinare. Sed angelus inferioris ordinis recipit illuminationes
a ſuperiori ſicut dicit dyo. quare inferior angelus diligit ſuperiorem ad maius bonum ſic
enim angelus per naturam inſtitutam deum ſup oia diligebat. ſic etiā plus diligebat an
gelum ſuperioris ordinis pro eo ꝙ deo ſimilior erat. Ratione vero affectus intenſi ma
gis diligit angelū eiuſdem ordinis ſicut dicitur aliquis aliū plus diligere qn̄ plus de ei⁹
ſocietate cōſolať. ſicut videť inter cōpatriotas ꝛ hoies eiuſdē ꝓfeſſionis vbi conformāť
in moribus ꝛ inuidia non interuenit. Unde Eccle. xiij. Omne animal diligit ſibi ſimile.

Ratione vero effectus ſiue beneficij impenſi angelus diligit magis angelum inferiorē
quia plura bona ei ipendit q̄ ſuperiori vel pari. Et rō eſt cōſideratio indigentie ſicut mat
magis fouet filiū tenellū q̄ adultū ⁊ infirmū pluſq̄ ſanū. Et ſic ꝓbatio dilectionis exhibi
tio eſt operis. Queritur vtrū angeli fuerint creati in beatitudine. Sol. ſm Bonauēt.
dicendū eſt ꝙ beatitudo dicit̄ dupliciť. vno modo dicit̄ ſtatus perfectus plenitudine oīs
boni. ⁊ hec beatitudo ponit viſionē dei clarā. Et hoc modo angeli non ſunt creati i beati
tudine. Alio modo dicitur beatitudo ſtatus perfectus priuatione oīs mali ⁊ in tali bea
titudīe ſunt creati angeli qꝛ innocentes ⁊ impaſſibiles ⁊c. ⁊ huic opinioni concordat bea.
Aug. Queritur vtrum angeli fuerint creati in gratia. So. dicendum eſt ꝙ grā dicitur
tripliciter pro preſenti qōne. vno modo dicit̄ gratia quicquid naturalibus eſt adiectum:
naturalibus inq̄ que ſunt de generali ꝯſtitutione rei ſicut dr̄ grā bonū ingeniū bn̄ cantā
re ⁊c. Alio modo dicitur gratia illud quod ſuperadditū eſt libero arbitrio ad rectitudinē
faciens ⁊ diſponens ſicut innocētia pietas mititas ⁊c. Alio modo dr̄ gratia illud quod
ſuperadditum eſt tanq̄ rectificans cōplens ⁊ eleuans. ⁊ hec gratia dicit̄ gratia gratum fa
ciens qꝛ facit hominem deo acceptabilem. Tunc ad queſitum dicit̄ ꝙ angeli fuerunt crea
ti in gratia primo ⁊ ſcđo modo accepta iuxta illud Augu. Creauit deus angelos ſimul in
eis condens naturam ⁊ largiens gratiam. non autē fuerunt creati in gratia tertio mō ac
cepta. Communis eni opinio eſt doctorum ꝙ omnes angeli creati fuerunt tantum in na
turalibus ⁊c. Queritur vtrum angelus per cognitionem naturalē diuinā eſſentiam
cognouerit in ſeipſa. So dicendum eſt ꝙ non. quia hec cognitio eſt primum premium q̄
habito mens creata quieſcit perfecte. hanc autē nemo obtinet niſi gratuita dei influentia
quia diuina lux eſt inacceſſibilis virib' oīs nature create. Et iō ꝑ quandā benignitatis cō
deſcēſionem facit ſe cognoſci ita ꝙ in illa cognitione cognoſcens multo plus agitur q̄ a
gat illa aūt condeſcenſio bonitatis non dicit diuine eſſentie humiliationem qꝛ minorari
non poteſt ſed dicit alicuius radij immiſſionez ſꝫ Bonauē. ſupra ſecūdū ſenten. Que
ritur vtrum data ſit angelis future glorificationis preſciētia. So. dicendū ꝙ non. qꝛ talis
cognitio magis ſpectat ad ſtatum premij q̄ meriti. ⁊ ideo debet dari quando creatura in
tali ſtatu ponitur a quo non poteſt cadere ſed angeli erant in ſtatu meriti. ideo non ē eis
data preſciētia future glorificationis ⁊ huius ſignū eſt ꝙ deus pauciſſimis q̄tuncunq; di
lectis reuelat certitudinaliter beatificari. Queritur quid dicendum de confirmatiōe
angelorum. So. dicendum e ꝙ conuerſionem bonorum angelorum inchoauit voluntas libe
ra ſed confirmauit gratia ſm bonauēt. Compē. vero theolo. in ſecundo lib. dicit ꝙ cōfir
mationem habet angelus bonus ex tribus. ſ. ex natura ex gratia ⁊ ex gloria. Ex natura qꝛ
natura ſpiritualis tm̄ ſemel vertibilis eſt in bonum vel in malū niſi ex vniōe eius cū alio
impedimentum cauſetur. ſicut patet de anima que dum eſt in corpore poteſt mutari ſepi'
de bono in malum ⁊ econuerſo. ſoluta vero non. Huius ratio eſt qꝛ natura pure ſpūalis
ꝓpter ſimplicitatē ſuā totam ſe cōuertit ad illud quod elegit quod nō facit natura vnita
qꝛ corpus habet retrahens. Ex gratia habet confirmationem. quia quando aliquid con
nectitur ſtabili eterno vinculo perpetuo illa cōnexio ſemper manet. modo angeli colliga
ti ſunt ſtabili eterno. ſ. deo. ⁊ hoc vinculo indiſſolubili charitatis. vnde apoſtolus. Chari
tas nunq̄ excidit. Ex gloria habet angelus confirmationem. quia cum deum habent an
geli per gloriam que eſt forma completa angelici deſiderij non vagantur extra ipſum vt
querant quicq̄ illo deo melius vel deſiderabilius. Nihil. n. in creaturis iueniūt qđ poſſit
eos a fonte dulcedinis auertere. igitur tenenduꝫ eſt ꝙ angeli boni ex libertate arbitrij ad
deum conuerſi ſtatim fuerunt per gratium ⁊ gloriam in nouitate confirmati fideles ac fe
lices effecti taliter illuminati vt non ſolum cognoſcerēt res in proprio genere ſed etiam in
verbo. Acceperūt inſuper ꝑfectionē in virtute operatiua ſiue exequātur illā ex aſſumpto
corpore ſiue alīs. Acceperunt itaq; ꝑfectionē in virtute cōtēplatiua qua quocunq; mittan
tur fruuntur ⁊c. Sequitur illa particula textus hijs homines grati. vbi ac. nr̄ dicit ꝙ
hoīes deo grati poſt mortē aſſociant̄ hijs ordinibus angelorum iuxta eorum merita vbi cum



ierarchijs facie ad faciem deū cōtemplantes inceſſanter eū laudāt. Ex qua littera apparet
ꝙ angelorum ruina reparabit̄ per beatos hoīes vtriuſq; ſexus. Sup hoc tm̄ ſunt aliq̄ o
piniones. nā dicit beat' Aug. ꝙ tot hoīes ſaluabunt̄ quot angeli ceciderunt. Greg. dicit
ꝙ tot hoīes ſaluabuntur ꝙ angeli ꝑſtiterūt ſeu remanſerunt in celo. Alij dicunt ꝙ ruina
angelorū reparabit̄ ꝑ virgines. ⁊ ſic ſicut ex quolibet ordine aliqui ceciderūt ita ad quēli
bet ordinem exaltabuntur virgines ſm gradus ſuorum meritorum. ⁊ ex alio latere erūt hoīes
vtriuſq; ſexus tot quot erunt angeli ⁊ virgines. ex alia parte ſimiliter ſm gradus ſuorum
meritorum q̄cq̄d ſit hmōi determinationē remitto diuine diſpoſitioni dicit Anſel. ⁊ laudul.
Sequit̄ quarta pars ibi cernit amat ⁊c. vbi ac. nr̄ docet act' beatificos ⁊ dotes bea
torum. d. cernit amatq; deū ⁊c. Pro declaratione iſtius littere eſt notandū ꝙ vnūq̄d
q; tanto ꝑfectius eſt q̄to magis cōiungit̄ eſſendi principio. homo āt q̄ ꝑfectū eē expectat
duplicē habet finē in intētione qꝛ expectat glorificationē anime ⁊ corporis. q̄quidē glori
ficatio dicit̄ beatitudo que ē ſtatus ꝑfectus ꝯgregatiōe oīum bonorum ſm aug. vn̄ Eccle. i.
Altitudine celi ⁊ latitudinē terre quis dimenſus eſt. Talis eni glorificatio aīe ⁊ corporis
in patria eſt quedā dotatio large capiendo. Dos eni ꝓprie in patria eſt illđ quod imedi
ate ⁊ primo deo aīam iungit vt eſt viſio dilectio cōprehenſio. Sunt eni quedam dona pa
trie ſicut eſt ſapiētia ⁊ intellect' q̄ licet aīam deo cōiungant non tamē ſine habitu medio.
⁊ ꝓpter hoc nō dicuntur ꝓprie dotes ſed aīe premiationes. Dotes eni ſunt duplices
ſcꝫ corporis ⁊ aīe. Dotes eni a parte aīe ſunt quibus deo tanq̄ pricipio vite ſue ſine ha
bitu medio cōiungit̄ ⁊ per quas transducitur in amplexus ſponſi in diſſolutiones ⁊ frui
tiones. Fruitio eni eſt ſm aug. in lib. de ciui. dei amore alicui rei inherere ꝓpter ſe ⁊ ſic ſo
lo deo fruimur. Dotes eni ex parte corporis ſunt quib' ipm corpus aīe ſubijcit̄ tāq̄ prin
cipio vite ſue ne ꝑ ipſuꝫ aīa ab actu glorie retardet̄. Dotes. n. aīe ſunt de pmio ſubſtātiali
dotes. n. corporis ſunt de pmio accidentali. xp̄s. n. dotes nō hꝫ qꝛ ſponſus eſt. dos autē
poſſeſſio ſpōſe eſt q̄ vſum eiuſdē habebit poſt mortem viri. Silr̄ angeli no dicunt̄ habere
dotes qꝛ cū in nuptijs ſit conſenſus aīorū ⁊ vnio naturarum non dicuntur habere dotes qꝛ
non pn̄t dici ſponſe. Dos. n. ꝓprie eſt donatio ſponſe ex parte pr̄is ⁊ hoc ad vſum ſponſi
ꝓpť onera mr̄imonij ſed ad poſſeſſionē ſpōſe. In diuinis deus pr̄ dat ſponſe dotem ad
poſſidendum ſꝫ ſpōſo xp̄o ad gloriā ⁊ honorē ⁊ nō ad vſum qꝛ bonorum nr̄orum non eget.
Donatio vero ē id qđ ꝓpť nuptias a ſpōſo datur ſponſe. ⁊ hoc eſt in futuro gaudiū qđ
habebit aīa in viſione xp̄i hoīs. paraferna vero eſt quod hꝫ ſpōſa p̄ter dotē ſicut ſunt mu
nera q̄ dant̄ ſibi ab amicis. Iſtud erit in patria ꝑ gaudiū qđ habebit̄ de ſocietate bonorū
⁊ de cōgratulatiōe felicitatis eorum. Dotes aīe ſunt tres. ſ. cognitio dilectio ⁊ inheſio ſiue tē
tio vel fruitio. Ille numerus accipit̄ ex parte virtutū theologicarum qꝛ cognitio ſuccedit fi
dei. dilectio charitati. cōprehenſio ſpei. vel poteſt capi iſte numerus ex ꝑte potentiarum aīe
Cognitio. n. pōt appropriari intellectiue. dilectio voluntati. cōprehenſio memorie. pōt ēt
iſte numerus accipi ſm tria q̄ approprian̄t trib' ꝑſonis. Cōprehēſio eni reſpicit potētiā
patris cognitio ſapientiā filij. dilectio bonitatē ſpūſſancti. Cognitio eni ponit rei viſe p̄
ſentiam. Cōprehenſio ponit rei cōtingentiā. Dilectio ponit amantis ad rē amatā colligā
tiam. Prima dos aīe eſt cognitio qua diuina eſſentia videbitur ab oīb' tota ſed nō to
taliter. i. prout eſt infinita. Videbit̄ tamē diuina eſſentia limpidius ab vno q̄ ab alio. ⁊ il
le defectus erit ex parte videntis ⁊ non ex parte viſi qꝛ idē erit viſum. Beatitudo eni cō
ſiſtit in ꝑfecta operatione potētie altiſſime. ſ. intellectiue ⁊ circa obiectū altiſſimū. ſ. deū.
Ex parte obiecti ii cum ſit vnū ſimpliciſſimū nulla poteſt eſſe diuerſitas ſꝫ ex parte potētie.
Tribus modis eni cognoſcit̄ aliquid. ſ. ꝙ eſt ſicut eſt ⁊ quid eſt. Primo modo cognoſcit̄
deus in via etiam malis. Secundo modo videbit̄ in patria a bonis. Vnde prima Job.
iij. Simi eis eni erimus qm̄ videbim' eū ſicuti eſt in ſuā maieſtatē claritatem bonitatē ⁊c.
Tertio modo nec a bonis videbitur nec a malis nec in via nec in patria qꝛ finitum nunq̄
capit infinitum. Cognoſcere autē ieſum in ſua eſſentia eſt viſio meridiana. Cognoſcere
vero creaturas in vbo ē viſio matutina. Cognoſcere creaturas i ſe, hoc ē in ꝓ pˀo genere

appellatur viſio veſpertina. Uidebit enī vnuſquiſqꝫ cognitiões alterius prout voluerit.
Unde greg. vtriuſculuſqꝫ mētem alterius oculis corpulentia non abſcendet. Uidebunt
itaqꝫ iuſti deū vt gaudeant. videbūt gloriam ſanctorū pariter vt gaudeāt. videbūt penas
reproborum vt de periculoꝝ euaſione gr̄as agant. Ad ſciēdū quomō videat deus ⁊
qualiter ſine medio eſt notandum ꝙ triplex eſt mediū .ſ. deferēs obnubilans ⁊ diſponēs
Sine medio deferente videbitur deus. qꝛ dei viſio non eſt per diſtantiam ſed ꝑ pn̄tiam
cū ipſe deus eſſentialiter ſit vbiqꝫ. Uidebitur etiam ſine medio obnubilante qꝛ tollit ſpe
culum ⁊ enigma que ambo ſunt in via. Cum enim viſus noſter in pn̄ti non poſſit ꝓpter
debilitatem in tam excellenti luce figi neceſſe eſt habere medium .ſ. ſpeculum creature. qꝛ
vero infinita eſt diſtantia inter ſpeculum ⁊ rem viſam. propter hoc obſcure relucet ibi ſi-
militudo. vnde videmus in enigmate .i. obſcure. videbitur ſine medio ſimulacri. qꝛ deus
cognoſcetur ſeipō ⁊ non ꝑ aliquā abſtractā ſimilitudinē. al's creatura eſſet terminus ⁊ deꝰ
non eſſet vere finis oīum. Non aūt videbitur deus ſine medio diſponēte qḋ eſt gr̄a ⁊ glo
ria. oportet enī ꝓportionē eſſe inter viſibile ⁊ viſum. Hec aūt diſpoſitio erit ex parte vidē
tis ⁊ non rei viſe. Mediū .n. eſt multiplex. nam quoddā eſt mediū peccati. vn̄ yſa. lix. pec
cata noſtra diuiſerunt inter nos ⁊ deū noſtrū ⁊ abſcōderūt faciē eius a nobis ne exaudi-
ret nos. Iſtud eſt mediū impioꝝ. Secundum mediū eſt creature. apoſto. ad Ro. primo:
Inuiſibilia dei a creatura mundi per ea que facta ſunt intellecta cōſpiciunt hoc ē mediū
philoſophoꝝ. Aliud eſt mediū figure. apoſto. prima ad coꝝ. x. omnia in figura continge-
bant eis. Iſtud fuit mediū patriarcharū ⁊ prophetaꝝ. Aliud eſt mediū ſcripture. pſ. de-
claratio ſermonū tuorum illuminat ⁊ intellectum dat paruulis. Et illud mediū eſt theolo
gorum. Quintum medium eſt medium fidei apoc. ij. Eſto fidelis vſqꝫ ad mortē ⁊c̄. hoc ē
medium fidelium quo tanꝙ in enigmate vident deum. Secunda dos eſt dilectio. vn̄
differentia eſt inter dilectionē virtutē ⁊ dilectionē dotem. vna differentia eſt ſm̄ habituꝫ
qꝛ virtus eſt id proprie quod tranſit de ſtatu gratie in ſtatum glorie. Dos vero eſt illḋ qḋ
ſupra meritum dat ſponſe. Alia differentia eſt penes obiectū. qꝛ lꝫ obiectum vtrobiqꝫ ſit
deus non tamen ſm̄ ꝙ deus. ſed eſt obiectum virtutis inquantum eſt ſumma bonitas. ⁊
obiectum dotis inꝙtum eſt vnibilis in vnuꝫ ſpm̄. Nota ſuꝑ premiſſis ꝙ fides ⁊ ſpes
ſm̄ rem euacuabuntur in patria. Charitas vero nec ſm̄ rem nec ſm̄ actum eius euacua-
bitur. ſed ſolūmō ſm̄ modum. qꝛ imperfectio eius tolletur. Fidei enim ſm̄ beatum Aug.
ſuccedit ſpes quam videbimus. ſpei ſuccedet beatitudo ad quam peruenturi ſumꝰ. Cha-
ritati nihil ſuccedet qꝛ potius augebitur. Tertia dos anime erit comprehenſio que eſt
tentio viſi ⁊ amati boni ⁊ veri ⁊ primi. Et ſumitur hic cōprehendere pro attingere ⁊ non
circūplecti diuinam eſſentiam ⁊c̄. Dotes corporis .ſ. claritas, impaſſibilitas. ſubtilitas
⁊ agilitas. vnde vnaqueqꝫ pars perfectius hꝫ eſſe in ſuo toto ꝙ̄ per ſe. vnde ſicut anima
nunc a corpore corruptibili ſeparata perfectius habet eſſe ꝙ̄ ei ↄiuncta. ſic in futuro recō
iuncta corpori incorruptibili perfectius habebit eſſe ꝙ̄ modo ſeparata. qꝛ tunc non impe-
dietur a corpore ſicut modo. Qḋ ſint quattuor dotes corporis patet. nam ad hoc ꝙ corpꝰ
ꝑfecte ſit ſubiectū aīe nec eam impediat in operibꝰ glorie quattuor requirunt. quoꝝ duo
ꝑtinent ad ſenſum. alia duo pertinent ad motum. Quoad ſenſum duo requirūtur. Unū
vt ſit facile receptabile ſpecierum ſenſibilium. ad quod diſponit claritas. Alterū eſt vt nō
ſit receptabile paſſionū ignobiliū. ad quod diſponit impaſſibilitas. Quo ad motuꝫ duo
requirunt. vnum eſt ꝙ per cōtrariam inclinationem nō reſiſtat ſuo motori. ad qḋ diſpo-
nit agilitas. Aliud eſt vt corpora per que mouet non reſiſtant ei. ad quod diſponit ſubtili
tas. Alio modo poteſt accipi numerus predictaꝝ dotiū ſm̄ proprietates que ſunt in ele-
mentis .ſ. penes aque tranſparentiam ſumit claritas penes terre ſoliditatē ſumitur ipaſſi
bilitas. penes ſimilitudinē ignis ſumit ſubtilitas. penes mobilitatē aeris ſumit agilitas
Alio modo poſſunt ſumi ille dotes ſm̄ quattuor defectus quos habet corpus humanuꝫ
a quattuor elementis quibus componitur. Habet enī corpus humanū: ab igne calidita
tem: a terra groſſitiem, ab aere paſſibilitatē, ab aqua frigiditatē ⁊ inde tarditatē. Sꝫ illa



tolluntur per quattuor dotes corporis. xp̄us enī vt recitat Hug. de ſancto vict. aſſumpſit
quattuor dotes corporis ante paſſionē ſuam. Claritatē in transfiguratione. Agilitatē qn̄
ambulauit ſupra mare. Subtilitatē in natiuitate: qꝛ ſalua virginali integritate matris na
tus fuit. Impaſſibilitatē aſſumpſit in cena qn̄ corpus ſuum ſuis diſcipulis dedit mandu
candū. Prima dos corporis eſt claritas. Duo enī ſunt q̄ cauſant nunc obſcuritatē in cor-
pore humano. vnū eſt materie impuritas. alterū eſt luminis paucitas. tunc vero tolletur
vtrunqꝫ. Iuſti enī fulgebūt ſicut ſol. Mat. xiij. Tamē corpora ſanctorū nō equaliter erūt
clara. qꝛ melior aīa corpus habebit lucidius. vnde apoſto. prima corinth. xv. ſtella differt
a ſtella in claritate. hoc eſt ꝙ ſancti plus vel minus lucent ſm̄ differentiā meritorū. Clari-
tas vero pueroꝝ qui poſt baptiſmum moriuntur anteꝙ̄ perueniant ad ānos diſcretiōis
cōparari poteſt lumini lune. qꝛ ſicut luna nō habet lumē a ſe ſed a ſole. ita iſti nō habent
gloriā ex merito ꝓprio ſed ex merito xp̄i. Baptiſmus enī ex paſſiōe xp̄i habet efficaciam.
Secunda dos corporis eſt ſeu erit impaſſibilitas que reſultat ex virtute anime ſuū cor-
pus potenter ↄtinētis. ita vt a nullo exteriori agente valeat immutari. ꝙuis eniꝫ corpora
ſint cōpoſita ex cōtrarijs: illa tn̄ ↄrietas erit ad oīmodam equalitatē redacta. Differentia
enim eſt inter impaſſibilitatē ſanctorū ⁊ ade in ſtatu innocentie ⁊ puerorum in limbo. qa
impaſſibilitas ſanctorum erit non poſſe pati. Impaſſibilitas Ade fuit poſſe non
pati. Impaſſibilitas vero pueroꝝ in limbo erit nihil pati. ⁊ hoc non eſt ex potentia reſi-
ſtendi leſioni intrinſece quam non habebunt ſed ex ordinatione diuine mīe que nō ꝑmit
tit eis aliquid adhiberi ꝑ quod poſſent ledi. Ex quo ſequit ꝙ ſi tales pueri poſt reſurrec
tionem ponerent in igne lederent ab eo: Secus eſt de corporibus glorificatis que ſi ēt
ponerentur in inferno nō ſentirent ex hoc aliquā leſionē. Tertia dos corporis eſt ſubti-
litas q̄ aufert groſſiciem corporis. Tanta eniꝫ erit ſubtilitas ꝙ poterit ſubintrare oē cor-
pus ſolidum ⁊c̄. Sicut enī in corporibus non glorioſis ipſa groſſities ipedit ne duo cor
pora in eodem loco poſſint eſſe eo ꝙ vnum alteri reſiſtit. ita groſſities illa ꝑ glorie ſubtili-
tatem tollitur adeo ꝙ corpus nō glorioſuꝫ non poſſit reſiſtere glorioſo. Sic ergo apparꝫ
ꝙ corpora glorioſa penetrabūt alia corpora non illa diuidendo ſed ſubintrando manē-
te diſtinctione dimēſionum vtriuſqꝫ corporis. Quarta dos eſt ſeu erit agilitas que tan
ta erit ſicut ait beatus augu. ꝙ ꝯtinuo vbi voluerit ſpūs erit ⁊ corpus. verumtamē ſicut
melior aīa corpus habebit lucidius ſic ⁊ agilius: ita tamen ꝙ voluntas ſanctoꝝ erit oīno
cōiuncta rōni. vnde volūtas nunꝙ̄ vult ꝙ non debet. Querit quare corpora modo
ſunt tarda ⁊ tunc agilia. So. qꝛ nūc in corpore duplex eſt motus .ſ. natura elementi ꝑdo-
minans que mouet ad determinatum locū ⁊ voluntas aīe que mouet indifferēter ad quē
libet locum. nūc igitur corpora tarda ſunt in ↄria inclinatiōe nature ad volūtatē. qꝛ terra
predominans naturaliter deorſum trahit. in futuro aūt natura erit totalit̄ ſubdita volun
tati. vnde corpus mouebitur ad imperiū ſpūs. Sequit de aureolis.

Ureola eſt mētis ſpeciale gaudiū veniens ex opere ꝑexcellēti ⁊ priuilegia
a to. Pro quo eſt ſciēdū ꝙ ſicut ex gaudio eſſentialis pmij qḋ eſt aureū redū-
dat ī corpore quidā decor qui ē gloria corporis. ita ex gaudio aureole reſul-
tat aliqꝯ decor in corpore vt ſic aureola pĉipaliter ſit in mente. ſꝫ ꝑ quādā
redundātiā fulget etiā in carne. quare ſciēdū eſt ꝙ decor cicatricū q̄ in martirū corporibꝰ
apparebit nō pōt dici aureola. qꝛ aliq̄ martires cicatrices nō habebūt. vtputa illi q̄ ſunt
ſubmerſi vel famis inedia vel tētione diutina carcerū interempti tamē iſti habebūt aureo
lam. Tribus enī generibus hominū debet aureola. qḋ patet multiplici rōe. prima ex
operibus excellētiſſimis triū aīe potentiaꝝ. Excellentiſſimū enī opus rationalis potētie
eſt predicatio veritatis excellētiſſimū opus cōcupiſcibilis eſt obſeruatō caſtitatis virgina
lis. Excellentiſſimū opus iraſcibilis eſt perpeſſio mortis. Unde patet ꝙ predicatoribus
martiribus ⁊ virginibus debet aureola. Hoc enī ſatis patet ex hoſtibus quos vincimꝰ
qui ſunt. mundus. caro. demonia. martires enim vincunt mundū. virgines carnem ꝑdica
tores dyabolū, non ſolū de ſe ſed, expellūt de corporibus aliorū. Alio mō pꝫ ꝑ victoriam

triplicuꝫ paſſionū.ſicut enī paſſiões innate ſſlate ꝛ in cordib⁹ alienis paſſiões ina tas vi
cunt virgines.illatas martires. Illas vero que ſunt in alienis cordib⁹ vincunt predicato
res. Item iſte aureole poſſunt ꝓbari exemplo xpī qui fuit doctor.qꝛ veritatem mundo
manifeſtauit.Fuit martir qꝛ paſſionem ſuſtinuit. Fuit virgo qꝛ puritatem ſeruauit. Item
poſſunt ſumi aureole ſm prefigurationem inꝫ veteri teſtamento.legitur enim in exo.ꝙ tria
habebant aureolas.ſ.altare incenſi archa federis ꝛ menſa ꝓpoſitionis. Prima ſignificat
aureolam martyrum qui corpora ſua ſuper altare paſſionis immolauerunt. Secunda ſi-
gnificat aureolam virginum que ſicut archa federis auro fuit intus ꝛ extra decorata: ita
virginitas mentem ꝛ corpus ornat. Tertia ſignificat aureolam predicatorum qui ſicut
menſa propoſitionis miniſtrant panes doctrine. Aureola diminutiue dicitur.ꝛ hoc in
comparatione ad auream. Pro quo eſt notandum ꝙ differentia eſt inter auream au-
reolam ꝛ palmam. Nam aurea eſt premium ſubſtantiale quod methaphorice dicitur co-
rona.tum ex parte meriti quia non reſpondet generi operis ſed radici caritatis. tū ex pte
premij.quia per hoc efficitur homo particeps diuinitatis ꝛ per conſequēs regie poteſta-
tis.tum etiam ratione perfectionis quod ſignificat figura circularis. Aureola vero eſt p̄-
mium accidentale non tamen quodlibet accidentale ſed illud quod reſpōdet operi excel-
lenti ꝛ priuilegiato.ſ.martirio virginitati ꝛ predicationi. Palma eſt premium accidē
tale quoddam quod nec radici nec operi debetur ſed voluntati. Tale premium habuit be
atus Martinus ex eo ꝙ martirium deſiderauit.licet opus non fuerit ſubſecutū. vñ cātat̃
de ipſo quod ꝛ ſi gladius perſecutoris non abſtulit;tamen palmam martirij non amiſit
Hec enim palma nec aurea nec aureola dici debet. Sequitur de aureolis in ſpāli.
A Ureola prima debetur martiribus in quibus perfectiſſima victoria eſt de impugna
tione exteriori.ꝛ hec perfectio victorie conſideratur ex duobus.primo ex magnitudi
ne paſſionis.qꝛ inter omnes paſſiones illatas exterius precipue mors tenet locum. Se-
cundo ꝯſideratur ex cā pugne que chriſtus eſt.martirem enim nō facit pena.ſed cā.i.mors
ſuſcepta ꝓpter xp̄m. Sciēdū tamē eſt ꝙ martirio non debetur p̄mium ſm hoc ꝙ exterius
infligit̃ ſed ſm hoc ꝙ volūtarie ſuſtinet̃.qꝛ non meremur niſi per ea que ſunt in nobis et
non per ea que ſunt extra nos ſicut nec demeremur niſi per ea que ſunt intra nos. q̃to āt
id quod quis ſuſtinet voluntarie difficilius eſt voluntati ſuſtinere :tanto volūtas que pp
ipſum id ſuſtinet oſtendit̃ firmius in chriſto fixa.ꝛ ideo excellētius ei premium debet̃.
Aureola ſecūda debet̃ virginibus ꝓpter ſingularem victoriam quam de carne obti
nuerunt cōtra quam bellum cōtinue geritur. Quis enim vidue pugnēt ꝯ carnem.pfectius
tamen virgines triumphant.qꝛ nobiliſſimum genus eſt victorie nunꝙ̄ hoſti ceſſiſſe. Illis
virginibus debetur tantūmodo aureola que ꝓpoſitum habuerunt virginitatem ꝑpetuo
conſeruandi.licet hoc ꝓpoſitum fuerit interruptum cogitatiōe. dumtamē remaneat car-
nis integritas.qꝛ virginitas mētis reparari poteſt.ſed non virginitas carnis ſi corrūpat̃
ſeu amittatur. Si autē aliqua ſit virgo etiam ſi ꝓpoſitū nō habuit ſeruādi perpetuo vir-
ginitatē.nō eſt dubiū qui habitura ſit ſpāle gaudiū de incorruptiōe corporis ſupra eſſen
tiale gaudiū.ſic etiā innocentes de hoc gaudebunt ꝙ immunes a peccato fuerunt. Quis
peccandi oportunitatē nō habuerit. Querit̃ quid dicendū de illa que corrumpit̃ vio
lenter. So.dicendum eſt ꝙ nō amittit aureolā virginitatis. Unde dicebat beata Lucia ſi
inuitam me corruperis merces mihi duplicabitur ad coronam.qđ non eſt intelligendum
de aureola duplicata.ſed qꝛ duplex premium reportabit vnum ꝓ virginitate cuſtodita ꝛ
aliud ꝓ iniuria quam paſſa eſt. Fructus enī centeſimus debetur virginibus quia vitaꝫ ce
leſtem ducunt. Uiduis debetur fructus ſexageſimus.quia tales exercere ſe debēt in ope-
ribus miſericordie. Coniugatis debetur fructus triceſimus.qꝛ talibus ſufficit implere de
calogum in fide trinitatis. Aureola tertia debetur predicatoribus qꝛ perfectiſſima vi
ctoria contra dyabolum obtinetur.quando aliquis non ſolum dyabolo impugnanti nō
cedit.ſed etiam eum de regno eius expellit ꝛ non ſolum a ſe ſed etiam ab alijs. Iſta enim
aureola debetur ſolum illis qui licite exercent actum predicandi.ideo prelatis quibus cō-



petit ex officio predicare ꝛ docere non debetur hec aureola niſi actu predicent qꝛ aureola
non debetur habitui ſed actui pugne.iuxta illud apo.ſecunda ad thymo.ij.c. Non coro-
nabitur niſi qui legitime certauerit. Predicare enim ꝛ docere cum ſint actus miſericordie
inter ſpūales elemoſinas computantur. Beatoꝝ gaudia ſub epilogo numerantur in fine
cōpen.theolo.non quidē ſingula geneꝝ ſed ſinguloꝝ genera .tot enim gaudia particula-
ria quilibet beatus habet in ſe vel in alijs q̃t ea ſoli⁹ dei notitia comprehēdit ꝛ illi quos
ſumma ſapientia voluit ea ſcire tantū.nanqꝫ gaudebit quiſqꝫ de bono alterius q̃tum de
bono proprio.quod tamē non eſt intelligendū de intentione gaudij ſed de numero gau-
diorū. Tot enī ꝛ tanta ſunt ibi gaudia ꝙ oēs ariſmetici huius mūdi nō poſſent ea nume
rare.omnes geometre menſurare.grammatici logici rhetorici non poſſent illa ſermonib⁹
explicare.quia quod oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis aſcendit pre
parauit deus diligentibus ſe.prima ad coꝛ.ij. Gaudebunt enim ſancti ſupra ſe de dei vi
ſione.infra ſe de celi angeloꝝ hominum ꝛ aliaꝝ creaturarū pulchritudine ꝛ aſſociatione.
Intra ſe de corporis ꝛ anime glorificatione. Deus enim omnes ſenſus ſpūales ineffabi
li delectatione reficiet.cum ipſe obiectum omnium ſenſuuꝫ ſpūaliū ſit futurus. Erit deus
nanqꝫ ſpeculum viſui.cithara auditui.mel guſtui.balſamum olofactui.flos tactui ibi erit
candor lucis eſtiualis.amenitas vernalis.abundantia autumnalis.requies hyemalis. vñ
beatus auguſtinus. Fulget quod non capit locus.ſonat quod non capit tempus.olet qđ
non ſpargit flatus.ſapit quod nō minuit edacitas.heret quod non diuellit ſocietas. Ibi
deus videbitur ſine fine.ſine faſtidio amabitur.ſine fatigatione laudabitur.nihil enim eſt
extra quod appetatur. nihil intra quod faſtidiat. Unde idem Augu.in libro de corporis
ꝛ anime miſera vita. O caro illam vitam amplecti debuiſti.vbi vita ſine morte.vbi iuuen-
tus ſine ſenectute vbi lux ſine tenebris.vbi gaudium ſine triſtitia. vbi pax ſine diſcordia.
vbi voluntas ſine iniuria.vbi regnum ſine commutatione. Et idem Aug.id quod ꝓmit-
tit deus fide non capitur ſpe non attingitur.caritate non comprehēditur.deſideria ꝛ vo
ta tranſcēdit.acquiri poteſt.eſtimari non poteſt.ibi erit preſentia omnis boni.ꝛ abſentia
omnis mali. Et beatus bernardus ad idem dicit.merces ſanctorum tam magna eſt ꝙ nō
poteſt numerari.tam copioſa quod non poteſt finiri.tam precioſa ꝙ non poteſt eſtimari
ꝛc. Summarie glorie enumerantur cōmuniter duodecim fructus. Primus ſanitas
ſine infirmitate.vnde p̄s.qui ſanat omnes infirmitates tuas. Secundus fructus iuuen-
tus ſine ſenectute.vnde p̄s.renouabitur vt aquila iuuentus tua.quia in etate chriſti.ſcili-
cet.xxxij.annorum ſemper manebunt ſancti vt dicit apoſto.ad epheſeos quarto.donec oc
curramus omnes in veritatem fidei ꝛ agnitionis filij dei in virum perfectum ꝛ menſurā
etatis plenitudinis chriſti. Tertius fructus eſt ſacietas ſine faſtidio.vnde p̄s.ſaciabor cū
apparuerit gloria tua. Quartus fructus eſt libertas ſine ſeruitute.vnde ad corin.viij.crea
tura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertate glorie filiorum dei. Quintus fructus
eſt pulchritudo abſqꝫ difformitate.vnde ad philip.iij.reformabit corpus humilitatis nr̄e
configuratuꝫ corpori claritatis ſue. Sextus fructus erit impaſſibilitas ſeu immoralitas
Yſa.xxv.precipitabit dominus mortem in ſempiternum. Septimus fructus eſt abundā
tia ſine indigentia.vnde deute.viij. Rerum omnium abundantia perfrueris. Octauus ē
pax abſqꝫ perturbatione. Nonus fruct⁹ eſt ſecuritas ſine timore. De hijs duob⁹ Yſa. xxxij.
Sedebit populus meus in pulchritudine pacis ꝛ in tabernaculis fiducie.ꝛ in requie opu-
lenta. Decimus fructus eſt cognitio abſqꝫ ignorantia.vnde apoſto.pria ad corinthi.xiij.
Uidemus nunc per ſpeculū in enigmate.tunc autem facie ad faciem. nunc cognoſco ex
parte.tunc cognoſcam ſicut ꝛ cognitus ſum. Undecimus fruct⁹ eſt gloria ſine ignominia
vnde apoſto.ad collo.iij. Cum eniꝫ xp̄us apparuerit vita noſtra. tunc ꝛ vos apparebitis
cum ipſo in gloria. Duodecimus fructus eſt gaudiū ſine triſtitia. Yſa.quinquageſimoprí-
mo tūc q̃ redempti ſunt a domino reuertentur ꝛ venient in ſyon laudantes deuꝫ ꝛ letitia
ſempiterna ſupra capita eorum. Gaudium ꝛ leticiam obtinebunt.ꝛ fugiet dolor ꝛ gemi-
tus.ꝛ Mathei viceſimoquinto. Intra in gaudium domini tui.ꝛ Iohānis decimoſexto

gaudebit cor veſtrũ ⁊ gaudiũ veſtrũ nemo tollet a vobis. Iſti eni̅ fructus figurantur per
xij. fructus ligni vite qui erãt in medio paradiſi. vñ apoc. vltimo dicit beati q̄ lauant ſto-
las ſuas in ſanguine agni vt ſit poteſtas eoꝝ in ligno vite ⁊ ꝑ portas intrẽt in ciuitatẽ ⁊c.
Queritur vtrũ electi memorabunt maloꝝ que ꝑpetrauerũt ⁊ a quibus liberati ſunt.
Sꝫ ſm̄ Bonauẽ. ꝓpter oſtenſionẽ diuine iuſtitie in retribuendo rememorabunt omnia
bona ⁊ mala in quibus homines permãſerũt finaliter. q2 iſta ſola ſunt digna retributiõe
Propter vero oſtenſionẽ diuine miſericordie de preterito rememorabuntur mala a q̄b9
ſunt miſericorditer liberati ⁊ hoc generabit in eis letitiã. vñ beat9 Aug. vis diuina aderit
qua fiet vt omnia ad memoriam reuocẽtur. Huic cõcordat mag. ſen. xliij. di. quarti. d. ſepe
leti triſtium meminimus ſine dolore ⁊ inde amplius leti ⁊ grati ſumus. Ex quibus appa-
ret ꝙ ſi priorum malorum memoriam ſancti habeant in futuro non erit eis ad penam vel
glorie derogationem. ſed ad gratiarum actionem ſm̄ eundẽ mag. di. preallegata. Que
ritur vtrũ peccata q̄ fecerunt electi in iudicio prodeant in noticiam oi̅um ſicut mala dãna
torum. Se. magiſtri. xliij. di. iiij. talis eſt rationabilit̄ putari poteſt peccata hic per peniten
tiam deleta ⁊ tecta illic etiam tegi alijs. Alia vero peccata que non ſunt deleta ſicut pecca
ta damnatorũ cunctis propalari. Sequitur quinta pars ibi ergo mundanis ⁊c. vbi ac-
noſter exhortatur vnumquẽq3 rebus mũdanis ſpretis tendere ad illã ciuitatẽ celeſtẽ in q̄
ſunt tot ⁊ tanta ineſtimabilia gaudia. textus eſt de ſe clarus. Sed q2 glorificatio corporis
preſupponit reſurrectionẽ eorũdẽ. Idcirco intendo hic aliquid dicere de reſurrectione ⁊
extremo iudicio generali. Anteq̄ veniet dominus ad iudiciũ regni romani fiet defectio
Nam ſicut dicit glo. ſupra apocalipſim prius erit diſceſſio a romano imperio qua impleta
aderit antichriſtus hic ex parentum ſemine concipietur ſed poſt conceptũ deſcẽdet ſpũs
malignus in matris vterũ cũ virtute ⁊ operatione. Deinde puer naſcet ablactabitur ado
leſcet propt̄ qđ ⁊ filius ꝑditionis dicetur. Naſcet eni̅ in babilone de tribu dan. ſicut dicit
glo ſupra apoca. poſthec veniet in ieruſalẽ ⁊ circumcidet ſe dicens iudeis ſe eſſe xp̄um ſeu
meſſiam illis ꝓmiſſum. vnde plebs iudaica ſpecialit̄ adherebit ei. ſicut dic̄ glo. ſupra apo.
⁊ idem tenet compẽ. theologie in fine donec Enoc ⁊ Helya predicantib9 reuertãtur ad
xp̄um. Angelus bonus deputabit ad cuſtodiã antichriſti ſed quando ita obſtinabitur in
peccato ꝙ dicet ſe eſſe deũ ⁊ extollet ſe ſupra omne illud qđ dicit deus aut colit. ſicut legit
ſecunda ad theſſal. ij. ca. vbi dicit de antichriſto qui aduerſat ⁊ extollit ſupra omne illud
quod dicat deus aut quod colit ita vt in templo dei ſedeat oſtendẽs ſe tanq̄ ipſe ſit deus
tunc angelus bonus deſeret eum ex toto nec habebit eum poſt modum ad ꝓmotionẽ ſꝫ
ad accuſationem. Antichriſtus erit luxurioſus ⁊ in concupiſcentijs feminarum. Dañ. xi.
capitulo. In aperto tamẽ ꝑ ypocriſim ſimulabit ſe ſanctum ⁊ iuſtum vt facilius decipere
poſſit. Cor ſuum ꝑ ſuperbiam magnificabit. Et ſicut habetur Danielis vndecimo. Ele-
uabitur aduerſus omnem deum ⁊ magnificabitur ⁊ aduerſus deuꝫ deorum loquetur ma
gnifica. Contra principem principum conſurget. ideſt contra deuꝫ. Dañ. octauo. Et ſicut
dicit glo. ſupra Dañ. ſeptimo capitulo. In tantam eleuabitur ſuperbiam vt leges ⁊ ceri-
monias mutare conetur ⁊ temporis curſum. Tante enim preſumptionis erit ꝙ non pu-
tabit ſe a deo puniendum propter hoc ꝙ iudicium differtur. vnde ps. Auferẽtur iudicia
tua a facie eius. Antichriſtus eni̅ erit blaſphemus vt dicitur apoca. decimotertio. Unde
Danielis octauo. ſermonem contra excelſum loquetur. Ad maiorem eni̅ cõtumeliaꝫ
faciet ymaginem ſuam adorari ⁊ omnes ſuo caractere ſignari in manu dextera ⁊ in fronti
bus ſuis. ſicut habet apoca. decimotertio vt ne quis poſſit emere vel vendere niſi qui ha
beat caracterẽ nominis beſtie. ſcilicet antichriſti. Confitebitur enim ſe verum dei filium ⁊
filium hominis. ita vt in templo faciat ſe adorari vt deus. Iudei quoq3 templum quod
Romani deſtruxerunt reedificabunt. Item antichriſtus affirmabit ante ſe nullum fuiſſe
chriſtianũ ſed omnes antichriſtos fuiſſe. Dicit eni̅ in glo. ad theſſa. ſecundo ꝙ ſicut in xp̄o
omnis plenitudo diuinitatis habitauit. ita in antichriſto omnis plenitudo iniquitatis q2
in ipſo erit caput omnium malorum ſcilicet dyabolus. Merito comparatur antichriſtus



in apoca. ceraſti qui eſt ſerpens cornutus. quia antichriſtus quattuor cornibus armabit
ſcilicet callida perſuaſione. miraculorũ operatione. donoꝝ largitione. tormentoꝝ exhibiti
one. Primus modus ſubuertẽdi homines erit callida perſuaſio. Predicabit eni̅ legẽ no-
uam prauã eſſe ⁊ legẽ chriſti pro poſſe deſtruet. Predicatores quoq3 ſui diſcurrent per di
uerſas partes mundi ⁊ impedient ne ſcriptura ſacra a fidelibus audiatur. ipſi eni̅ bonos
ſe ſimulabunt eſſe. ⁊ tñ mala ſuadebũt. Secundus modus ſubuertendi erit per falſa mira
cula: q2 per magicã artẽ faciet illa. Unde gloſa ſupra apoc. xiij. magica arte faciet ſtatuam
loqui ⁊ futura predicare ſeu predicere. Faciet etiã ſicut dicitur apoc. eodẽ ca. ignẽ de celo i
terrã deſcendere. glo. i. malignũ ſpiritũ faciet ſupra ſuos deſcendere vt loquantur varijs
linguis. Spiritus eni̅ malignus deſcendet in eos in conſpectu hoim ſicut ſpũſſanct9 de-
ſcendit in apoſtolos chriſti. vnde iactabũt ſe eſſe meliores apoſtolis qui ſpm̄ ſanctũ acce
perunt. Itẽ per artẽ magicã ſimulabit ſe eſſe mortuũ ⁊ putabitur ab omnibus reſurrexiſſe
qui prius mortuus per triduũ putabatur. ⁊ tunc mirabuntur populi ⁊ adorabunt eũ atq3
laudabunt. Eccleſia vero tunc non faciet miracula. De hoc decipiendi modo dicit ps. In
ſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua. glo. recte antichriſtus ꝯparatur leoni exi
ſtenti in ſpelunca: q2 in eo vis ⁊ dolus operabitur. Uis eni̅ per leonẽ. Dolus per ſpelun-
cam intelligitur. propter hoc dicit Gre. penſemus que erit humane mẽtis illa tentatio qñ
pius martyr corp9 tormẽtis ſubicit: ⁊ tñ tortor ante oculos eius miracula facit. Sicut eni̅
antichriſtus finget ſe a mortuis reſurgere: ita ſe finget ad celũ aſcendere. apoca. xiij. ⁊ pla
ga mortis eius cauda eſt. glo. arte magica aſcendet antichriſtus in aera ferentibus eũ de
monibus. Faciet quoq3 ſubito arbores florere ⁊ areſcere. etiam mortuos in ꝯſpectu oi̅m
ſuſcitabit. Tertius modus decipiendi erit per munera. Ipſe eni̅ antichriſtus inueniet the
ſauros abſconditos per quos diuites huius ſeculi ad ſe attrahet. ⁊ tunc eoꝝ falſam felici
tatem ad decipiendũ aliquos oſtẽtabit. Quartus modus decipiendi erit per minas ⁊ tor-
menta quos aliter vincere non poterit. Tanta eni̅ ſicut ait dñs in euangelio Math. xxiiij.
tunc erit tribulatio vt in errorẽ ducantur. ſi fieri poſſet etiã electi ⁊ hoc tangitur in apoca.
in ſecundo ca. pedes ei9 ſimiles auricalco ſicut i camino ardenti. Per pedes vltima chri
ſti mẽbra. per caminũ ardentẽ tribulatio vehemens deſignatur. Exhibebit eni̅ antichri-
ſtus cuncta genera tormentoꝝ que in precedẽtibus martyribus impleta ſunt. ⁊ in illis re
gionibus fideles vehemẽtius ſunt vexandi vbi fuit dñs crucifixus. Et ſicut dicit gloſa ſu
pra apoca. illa tribulatio non partes ſed ſimul totũ mundũ examinabit. Soluentur eniꝫ
demones qui modo ligati ſunt nec poſſunt nocere q̄tum vellent. Fideles illo tempore nõ
predicabunt quia tanq̄ excõmunicati habebuntur tunc boni. nec vendetur eis nec emetur
ab eis quicq̄ niſi habeant caracterẽ. i. ſignũ quoddã ad litterã vt adherentes ſibi cogno
ſcantur ⁊ alij interficientur. Sicut eni̅ antichriſtus crudelior erit omnibus perſecutorib9
ita ſancti tunc temporis erunt fortiores omnibus ante martiribus. Cauda eius trahebat
tertiã partẽ ſtellaꝝ celi ⁊ miſit in terrã. apoca. xij. trahet malos per munera. bonos per tor
menta. ſimplices per predicationẽ ⁊ miracula. qui eni̅ ſancti ⁊ iuſti videbantur ⁊ credebã
tur adherebunt ei pro ſue voluntatis arbitrio. Habebit ſecũ magos ⁊ maleficos reges ⁊
principes. Unde apoca. xiij. vidi de mari beſtiã aſcendentẽ. glo. ideſt antichriſtũ habentẽ
capita ſeptẽ. i. principes vniuerſos. ⁊ cornua decẽ. i. eos qui impugnant decalogũ. Anti-
chriſtus eni̅ primo veniet in ſimplicitate benignitate ⁊ miraculoꝝ operatione. ⁊ tũc a iu-
deis ſuſcipietur qui ſpecialiter vt dixi ſuperius adherebunt ei. Ad quorum conuerſionẽ
venient Enoch ⁊ Helyas. Et tunc antichriſtus in apertam perſecutionem cõſurget. De
goc ⁊ magoc dicunt quidam ꝙ ſunt decem tribus vltra montes caſpios clauſe. tamen nõ
ita clauſe quin bene poſſent exire ſi permitterentur. ſed non permittuntur a regina amazo
num ſub cuius iuriſdictione ſunt ⁊ viuunt. Has tribus habent iudei in fine ſeculi exitu-
ras ⁊ venturas in hieruſalẽ ⁊ cũ ſuo meſſia ſcilicet antichriſto. ſcilicet dei eccleſiam deſtru
cturas. Alij dicunt ꝙ per goc ⁊ magoc intelligitur exercitus antichriſti qui in fine ſeculi
veniet expugnare eccleſiam. Per goc ſm̄ gloſam intelliguntur illi per quos latenter dya

bolus perſequit fideles. per magoc aũt intelligũtur illi per quos aperte diabolus pſequi
tur eccleſiã. vel per goc deſigantur occulta perſecutio chriſti. Et per magoc deſignat ma⸗
nifeſta antichriſti perſecutio. ſm aũt beatũ aug. goc refertur adgentes. magoc ad dyabo
lum. quia goc interpretatur domus ⁊ magoc detectio. Inter occultum aduentũ antichri⸗
ſti qui erit per natiuitatẽ ⁊ manifeſtũ eius aduentũ qui erit per predicationẽ ⁊ apertã per
ſecutionẽ venient Helias ⁊ Enoc ⁊ conuertẽt. ſicut dicitur malachie vlti. corda patrũ ad
filios. glo. i. inſtructionẽ poſterioꝝ de fide ſaluatoris in quẽ ipſi crediderunt ⁊ corda filio
rũ ad patres eoꝝ. glo. qꝛ ſuſcipiet fidẽ quã illi habuerunt. De eoꝝ predicatione ⁊ ſancta
conuerſatioue legitur Apoca. xi. Dabo duobus teſtibus meis. ſ. helie ⁊ enoc. ⁊ propheta
bunt diebus mille. ccc. lxvi. glo. i. tribus annis cũ dimidio. ſicut ipſe chriſtus p̃dicauit ami
cti ſaccis. glo. predicantes pniam ⁊ exemplũ oſtendentes. Hi. ſ. enoc ⁊ helias ſunt due oli
ue ſpiritu ſancto vncti ⁊ duo candelabra. glo. ideſt dantes lumen alijs. Tandẽ antichri⸗
ſtus faciet interfici enoc ⁊ helyã in hieruſalẽ ⁊ iacebunt corpora eoꝝ in plateis tribus die
bus ⁊ tribus noctibus cũ dimidio. qꝛ nullus audebit corpora eoꝝ ſepelire propter metũ
antichriſti. apoca. xi. corpora eoꝝ non ſinentur poni in monumento. Occiſores eoꝝ erunt
valde leti propter mortẽ illoꝝ. poſt dies tres ⁊ dimidiũ ſpiritus vite a deo intrauit in eos
⁊ ſuper pedes ſuos ſteterunt ⁊ timor magnus cecidit ſuper eos qui viderũt eos ⁊ audie⸗
runt vocẽ magnã dicentẽ illis. helya ⁊ enoc aſcendite huc. ⁊ aſcenderunt in celuꝫ in nube
⁊ viderunt illos inimici eoꝝ ⁊ in illa hora factus eſt terre motus magnus ⁊ decima pars
ciuitatis cecidit ⁊ occiſi ſunt in terre motu ſeptẽ milia hoim ⁊ reliqui in timore miſſi ſunt ⁊
dederunt gloriã deo celi. Apoca. xi. Antichriſtus vero regnabit poſt mortẽ illoꝝ quinde⸗
cim diebus. Regnabit enĩ antichriſtus ſicut dicit gloſa ſupra apoca. trib⁹ annis cũ dimi⸗
dio. vñ Dañ. xij. Iurauit angelus p viuentẽ ineternũ quia in tpe vnius anni ⁊ per tempo
ra ſcilicet duorũ annorũ ſpacio ⁊ dimidij temporis. ideſt dimidij anni hoc eſt ſm gloſaꝫ
ſpacio trium annorum cum dimidio durabit deſolatio ſub antichriſto. niſi autẽ abbreuia⸗
ti fuiſſent dies illi non fieret ſalua omnis caro. Mathei. xxiiij. ſed propter electos breuia⸗
buntur dies illi. vnde Grego. quia ⁊ ſuperbos nos ⁊ infirmos reſpicit deus dies quos
ſingulariter malos intulit miſericorditer breuiatos dicit Ex illa gloſa ſupra math. dicitur
ꝙ hec tribulatio q̃to ceteris grauior: tanto breuitate moderatior. Poteſtate ſua interfi⸗
ciet dominus antichriſtũ ſicut dicit gloſa ſupra Apoca. ſiue per ſe ſiue per Michaelem.
Occidetur autem in monte oliueti in papilione ⁊ in ſolio ſuo ⁊ in loco illo circa quem do⸗
minus aſcendit. Interfecto antichriſto non ſtatim dominus veniet ad iudicium. ſed ſm
gloſam ſuper dañ. concedentur quadragintaquinq; dies ad refrigerium ſanctoꝝ ⁊ ad pe
nitentiam ſubuerſorum. Quantum autem ſit ſpacium inter illos quadragintaquinq;
dies ⁊ finem mundi nemo ſcit. Miniſtri autem antichriſti poſt mortem illius gaudebunt
ducentes vxores. ⁊ dicentes. Licet princeps noſter mortuus ſit. tamen habemus pacem ⁊
ſecuritatẽ. Et cum hoc vel talia dixerint repentinus eis ſuperueniet interitus. Iudei vero
tunc conuertentur ad fidem ⁊ ſancta eccleſia vſq; ad finem mundi pacificata cõquieſcet.
quia ex tunc fraudulentia ⁊ ſeuicia dyaboli penitus deficiet. Anteq̃ dominus noſter Ie
ſus chriſtus veniat ad iudicium generale precedent quindecim ſigna vt recitat beat⁹ ber⸗
nardus Beat⁹ Hieronymus in hyſtorijs hebreoꝝ dicit ſe reperiſſe illa ſigna. Et plures
alij famoſi doc. dicunt ſic. In prima die. xv. dierum ante aduentum domini ad iudicium
mare eleuabitur quadraginta cubitis ſuper montes excelſos extra ſuum proprium locuꝫ
non effluens. Secunda die mare proſternetur baſſe ꝙ vix poterit videri. Tertia die mare
veniet ad ſuum antiquum ſtatum ſicut fuerat naturaliter ab exordio. Quarta die omnes
belue maris leuabunt ſe ſupra pelagus ⁊ mugiẽt more cõtentionis ⁊ neſcient homines
quid cogitent ſed deus. Quinta die volatilia congregabuntur in campis. vnũquodq; ge
nus in ordine ſuo ⁊ erunt quaſi plorantia ⁊ non guſtantia. ſed aduentũ iudicis timentia.
Sexta die flumina ignea conſurgent ab occaſu ſolis contra faciẽ firmamenti vſq; ad or⸗
tum concurrentia. Septima die ſydera errãtia ⁊ ſtationaria ſpargent ex ſe comas igneas

Octaua die terre motus erit magnus ita vt nullus poſſit ſtare ſed ad terraꝫ oĩa animalia
ſternentur. Nona die omnes lapides tã parui ꝙ magni ſcindentur in quattuor partes. ⁊
vnaqueq; pars collidet alterã. Decima die omnia ligna ſiluaꝝ ⁊ olera herbaꝝ ſanguineũ
fluent rorẽ. Undecima die omnes montes ⁊ colles ⁊ oĩa edificia humana arte conſtructa
cadent. Duodecima die oĩa animalia terre venient ad campos de ſiluis ⁊ montibus mu⸗
gientia nec tamen guſtabunt aliquod viaticũ. Decimatertia die oĩa ſepulchra ab ortu ſo⸗
lis vſq; ad occaſum patebunt cadaueribus ſurgentib⁹ vſq; ad orificiũ ſepulchri. Decima
quarta die omne humanũ genus quod inuentũ fuerit de habitaculis exibit non loquẽdo
nec aliquid intelligendo ſed nutentia. Decimaquinta die oẽs qui tunc erunt viui morient
vt reſurgant cũ mortuis longe ante defunctis. Queritur hic quid de illis qui in aduẽ
tu chriſti reperientur viui. Solutio. ſm mag. ſen. xliiij. di. iiij. recitantẽ apoſtolũ. i. ad Coꝝ
xv. oẽs quidẽ reſurgemus. ſ. tã boni ꝙ mali. ſed non oẽs immutabimur. ſ. in ſolennitatem
reſurrectionis. Huic concordat Ambro. ibidẽ per magiſtrũ allegatus. d. in ipſo raptu eo
rũ qui viui reperiẽtur mors erit ⁊ reſurrectio. vt anima quaſi per ſoporẽ egreſſa de corpe
eidẽ in momento reddatur. Tamen idẽ magi. ſen. diſtin. pcallegata ſubdit. Vellẽ de hijs
potius audire doctiores. quia hoc diffinire non eſt humani iudicij. Item apoſtolus. i. ad
Theſſal. iiij. dicit. mortui qui in chriſto ſunt reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui
relinquimur ſimul rapiemur cũ illis in nubibus obuiã chriſto. Ignis enĩ precedet faciem
iudicis permaximus: quia virtute diuina non ſolũ ignis qui eſt in ſpera ſua: ſed etiã oẽs
ignes qui in terra ⁊ ſuper terrã ſunt concurrent ad mundi conflagrationẽ. Iſte enĩ ignis
habebit officiũ quattuor igniũ. ſ. ignis infernalis reprobos puniendo. ignis purgatorij
bonos a venialibus purgando. ignis terreſtris vegetabilia ⁊ ſenſibilia ꝯſumendo ⁊ om
nium corpora incinerando. Et ignis elementaris elementa ſubtiliando ⁊ ad innouatio⸗
nem diſponendo. Per illũ enĩ ignẽ ita terre facies exuretur ꝙ figura huius mundi pribit
ſicut olim factum fuit per diluuium. Unde magiſter ſententiarum quadrageſimaſeptima
diſtinctione quarti. peribit celum ⁊ terra non ſolum ſm ſubſtantiam: ſed ſm ſpeciem que
immutabitur. gloſa. celum aereum nõ ethereum. Merito enim primum iudicium dei fuit
per aquam contra ardorem luxurie qui tunc enormiter viguit. vltimum vero iudiciuꝫ erit
per ignem contra tepiditatẽ charitatis que tũc quaſi ſeneſcente mundo refrigeſcet. Actio
enim illius ignis erit ſucceſſiua habebit enim initium medium ⁊ finem. precedet nanq; iu
dicis aduentum. Et quaſi ſimul fiet per illum ignem purgatio iuſtorum ⁊ punitio malo⸗
rum ⁊ incineratio corporum cum conſumptione terre naſcentium quo facto ſtatim erit re
ſurrectio corporum cum aduentu iudicis ad iudicium. ⁊ tũc inflãmabitur totus mundus
per circuitum. Deus ſicut eſt potentiſſimus in conſtitutione naturarum: ita eſt clementiſſi
mus in collatione gratiarum. Et iuſtiſſimus in retributione ſtipendiorum. quoniam ergo
homo meruit vel demeruit in anima ſimul ⁊ corpore punietur. vel premiabitur in vtroq;.
Unde in eiſdem oportet ipſum reſurgere. Ad vocem enim tube reſurgent mortui ſicut di
cit apoſtolus prima ad theſſal. quarto. quoniam ipſe dominus in iuſſu ⁊ in voce archan
geli ⁊ in tuba dei deſcendet de celo ⁊ mortui qui in chriſto ſunt reſurgent primi. ⁊ per ma⸗
giſtrum quadrageſimaſeptima diſtinctione quarti ſententiarum. ad iudiciuꝫ veniente do
mino emittetur vox illa magna qua reſurgent omnes mortui. Dupliciter autem poteſt in⸗
telligi illa vox. Uno modo dicitur eſſe imperium chriſti reſurgere imperãtis. Alio modo
poteſt dici illa vox manifeſta chriſti apparitio. vñ Grego. tubã ſonare nihil aliud ꝙ mun⸗
do iudicem filium demonſtrare. Reſurgent ergo omnes nulla in eis exiſtente differentia
q̃tum ad ordinẽ temporis. Sed magna erit differentia quantũ ad ordinem dignitatis.
Nam mali reſurgent difformes ⁊ paſſibiles. In bonis vero natura ſeruabitur ⁊ vita de⸗
trahentur. Omnes enim tam boni ꝙ mali reſurgent integro corpore debita ſtatura ſm
etatem plenitudinis chriſti. Gratia huius queritur qualis etas vel ſtatura aſſignetur re⸗
ſurgentibus. Solutio. ſm Bonauen. in diſpoſitione iuuenilis etatis reſurgent. ad q̃tita
tem autem ſtature nec fiet additio nec ſubſtractio: ita tamen ſi fuerit ſalua integritas ⁊ per

ſectio nature que habet determinatos terminos ſiue in proportione ſiue in magnitudine
inter quos ſtatura chriſti mediū tenere creditur tanꝙ perfectiſſima. ſed ſi fuerit in corpore
vitij deformatio tunc oportet addi vel minui vſqꝫ ad debitā ꝙtitatē. Vñ magi. ſen. xliij.
di. iiij. oēs enī in eadē etate reſurgent in qua chriſtus mortuus fuit ⁊ reſurrexit cuiuſcunqꝫ
etatis mortui fuerint. ſed non oēs eandē ſtaturā corporis obtinebunt: immo vnuſquiſqꝫ
ſuā recipiet menſurā corporis quā habuit vel erat habiturus ſi perueniſſet ad etateꝫ quā
chriſtus fuit mortuus. Hoc dicit Augu. in lib. de ciuitate dei. Etas vero chriſti ẜm magi.
ſen. diſtin. preallegata erat circa. xxxij. annos cū tribus menſibus. Queritur vtrū gy
gantes ⁊ alia monſtra reſurgant. Solutio. ẜm Bonauen. non reſurgent in ſtatura gygan
tee magnitudinis eo ꝙ non eſt ibi veritas nature ſed error. tñ aliqui tenent contrariū. Bi
membres vero ſi habuerint diſtinctionē in membris principalibus ibi tunc ſunt due ani
me ⁊ ſic reſurgent duo corpora. Si vero habeant diſtinctionē in membris non principa
libus reſurget vnū corpus. Itē hermofroditus reſurget in ſexu qui dñatur per naturam.
Monſtrū enī quod partim eſt homo partim beſtia ſi principales partes fuerint hominis
reſurget homo. Et huic ſnie ſatis concordant doctores ſupra. xliij. di. iiij. ſen. ẜm cōpen.
theo. reſurrectio tria corrigit in natura. ſ. defectū ſicut in pueris ⁊ in mutilatis ſiue in dimi
nuta natura mēbroꝝ. Corriget ſuperfluū. ſ. vnguiū criniū ⁊ hmōi. Corriget horrorē ſicut
in monſtruoſitate mēbroꝝ. Bonauentura dicit ſi aliqua mēbra plus habent de materia
ꝙ conueniens ſit forme mēbri illa pars diſpargetur per totū corpus vt vnū membrū non
abundet ab altero niſi ꝙtū debet. alias vnūquodqꝫ membrū ex ſua propria materia refor
mabitur ita tñ ꝙ ille vitioſitates que non ſunt de veritate nature humane ſed per errores
cōtigerūt nequaꝙ reſurgent. Unde Aug. ab erit ab electoꝝ corporibus oīs diffoꝛmitas
vitia detrahentur natura ſeruabitur. Gratia huius vltime partis. Queritur vtrū ca
pilli vngues humores inteſtina ⁊ ſpūs ⁊c. reſurgant. Solutio. ẜm Bonauē. omnia que
habent coniunctionē cū vita reſurgent. dicitur autē aliquid viuere tripliciter. aut quia reci
pit influentiam vite: ⁊ hoc modo viuit ſubſtantia corporalis ſeu caro. aut quia diſponit
ad vitam ⁊ ſic ſpiritus ⁊ humores. aut quia ortum ⁊ conſeruationem habet ex actu vite ⁊
ſic capilli ⁊ vngues ⁊ ſic omnia reſurgent que faciunt ad complementum ⁊ decorem ho
minis. Mathei decimo. veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt. Huic ſententie ꝯcor
dat magiſter ſententiarum. xliij. diſtinctione quarti. vbi dicit querendo vtrum capilli ad
capillos ⁊ vngues ad vngues redeant. quicquid eorum perierat mutabitur in carnē ⁊ in
partes alias corporis reuocabitur curante artificis prouidentia. Inde ecoꝝ quippe aliqͩ
non erit ibi. vnde beatus Thomas ſupra eandem diſtinctionem inteſtina non erūt plena
ſuperfluitatibus turpibus. ſed nobilibus humoribus. Queritur vtrum reſurrectio
erit omnium ſimul an ſucceſſiue. Solutio. ẜm Bonauenturam dicendum eſt ꝙ ſimul. ⁊
huius ſunt ſex rationes. Una ſeueritas diuini iudicij que inflixit penā damni corporib⁹
vſqꝫ ad ſecundum aduentum filij dei. ſicut penam viſionis dei vſqꝫ ad primum. Secunda
ratio meritum fidei in credendo nos remunerari. Tertia eſt vnitas corporis miſtici: quia
oēs ſumus vnū corpus in xpo. ideo neceſſe eſt ꝙ ꝙtum ad gloriā corporis ſimul reſurga
mus. Quarta ratio eſt ꝙtum ad gloriā aīe: qꝛ ſi differretur hoc eſſet importabile damnū:
quia ſancti dū ſua deſiderant corpora vehementius ſalutem noſtrā deſiderant ad Heb.
xi. in gloſa. Quinta ratio eſt manifeſtatio diuine iuſtitie. vt ſimul comparentib⁹ manifeſte
tur ꝙta iuſtitia dānet malos ⁊ ſaluet bonos. Sexta ratio eſt conſummatio glorie. qꝛ an
geli ſunt viatores quātum ad miniſterium ꝙdiu homines viuunt ⁊ gaudium eorum acci
dentale ſemper creſcit ẜm multitudinem electorum. ideo non debuit perfecte gloria con
ſummari niſi in omnibus ſimul. Chriſtus autem reſurrexit ante in adiutoriuꝫ fidei noſtre
ꝙ omnes ſimul reſurgent patet Iohan. v. omnes qui in monumentis ſunt audient vocē
filij dei ⁊ procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vite: qui vero mala egerunt in re
ſurrectionem iudicij ⁊ prima ad corinth. xv. omnes quidē reſurgemus ſed nō omnes im
mutabimus. Item beatus tho. ſupra. xliij. diſtin. quarti. ponit taleꝫ rationem. reſurrectio



ad hoc eſt dicta vt reſurgentes recipiāt pro meritis penā vel premiū: ſed omibus debetur
pena vel premiū pro merito ꝓprio ſicut adultis vel alieno ſicut paruulis. ergo oēs ſimul
reſurgemus: ⁊ hoc tenet magi. ſenten. in littera. Queritur vtrū angeli operentur in il
la generali reſurrectione. Solutio. prout ſcribi. i. ad Theſſal. iiij. dñs in voce archangeli
deſcendet de celo ⁊ mortui reſurgēt. Unde dicit beatus Aug. in. iij. de trini. ꝙ ſicut corpa
craſſiora ⁊ inferiora per ſubtiliora ⁊ potentiora quodā ordine regūtur ita oīa corpora re
gūtur a deo p ſpm̄ vite rationalē. ⁊ hoc etiā Greg. tangit in quarto dyalogi. Unde in oī
bus que corporaliter fiunt a deo vtitur deus miniſterio angelorū. In reſurrectione aūt eſt
aliquid quod ad tranſmutationē corpoꝝ pertinet. ſ. collectio cinerū ⁊ eorū preparatio ad
reparationē corporis humani. Unde ꝙtum ad hoc in reſurrectione vtetur deus miniſte
rio angelorū. ſed anima ſicut a deo immediate creata eſt: ita immediate a deo corpori iteꝝ
vnietur ſine aliqua operatione angeloꝝ. ſimiliter gloriā corporis ipſe de⁹ faciet abſqꝫ mi
niſterio angeloꝝ ſicut ⁊ aīam immediate glorificat. Et hoc dicit beat⁹ tho. ſupra. xlvij. di.
quarti. vbi dicitur mittet angelos cū tuba ⁊ congregabunt electos a quattuor ventis. i. a
quattuor partibus mundi. etiā de hoc legitur Mat. xiij. mittet filius hoīs angelos ſuos
qui colligent de regno ſuo ſcandala ⁊c. Reſurgent ergo corpora eadē numero que prius
erant ex eodē puluere in quē redacta fuerant. ⁊ ad eandē aīam que prius fuerat. Uñ bea
tus tho. ſupra. xliij. di. iiij. non enī reſurrectio dici poteſt niſi eadē anima que prius ad idē
corpus redeat: quia reſurrectio eſt iterata ſurrectio. ideo ſi non eſſet idē corpus quod aīa
reſumit non diceretur reſurrectio: ſed magis noui corporis aſſumptio. Queritur vtꝝ
reſurget idē homo numero. Solutio. ẜm beatū thomā ſupra diſtictionē preallegatā idē
homo numero reſurget cū eadē anima numero idē corpus numero reſumit. de neceſſitate
erit eadeꝫ humanitas numero. Huic concordat Iob. xix. quē viſurus ſum egoipſe ⁊ non
alius. ⁊ loquitur ibi de viſione poſt reſurrectionē. Ad idē beatus Auguſtinus in octauo
libro de trinitate. d. reſurgere nihil aliud eſt ꝙ reuiuiſcere. Niſi aūt idē homo rediret ad vi
tam qui mortuus eſt non diceretur reuiuiſcere ergo nec reſurgere quod eſt contra fidem.

Queritur vtrū femine reſurgēt cū apoſtolus dicat ad epheſios. iiij. donec occurram⁹
omnes in virū perfectū. Solutio. dicendū eſt ẜm Bonauen. ꝙ ibi vir non dicitur a ſexu:
ſed a virtute. non corporis: ſed mentis per quē modū mulier ſancta vir eſt. Beatus Tho
mas diſtinctione preallegata quarti ſententiarum dicit ꝙ ſicut homines reſurgent in di
uerſis ſtaturis ita in diuerſis ſexibus tamen ſexuū deerit confuſio viſionis. quia aberit li
bido incitans ad turpes actus quibus confuſio cauſatur. Unde dñs Mathei. xxij. in re
ſurrectione enī neqꝫ nubent neqꝫ nubentur. ſed ſunt ſicut angeli dei in celo. Tunc ad apo
ſtolū dicitur ꝙ per virū perfectū intellexit virtutē animi ⁊ non ſexū virilē ⁊c. Queritur
vtrū reſurrectio ſit naturalis an miraculoſa. Solutio. ẜm Bonauenturā in reſurrectione
tria ſunt ſcilicet corporis ex pulueribus reſuſcitatio. ⁊ hoc eſt contra ſolitū curſum nature
cuius eſt perfecta deſtruere non deſtructa reparare. Secundū erit ipſi corpori reformato
aīe vnio. ⁊ hoc erit aliqualiter ẜm naturaꝫ quia aīa deſiderat vniri ſuo corpori ſaltim ſctā
aīa. Tertiū erit corporis ⁊ anime vnitoꝝ inſeparabilis colligatio. ⁊ hoc erit ſupra naturā
ſcilicet ꝙ ex corruptibili fiat incorruptibile non ſeparabile. ⁊ ſic reſurrectio erit partim na
turalis. partim contra naturā. ⁊ partim ſupra naturā. Reſurgent enim homines vt patet
per predicta ꝙtum ad eſſe. ꝙtum ad integrum eſſe. ⁊ ꝙtum ad decoꝝ eſſe. Super hoc eſt
notandum ꝙ duplex eſt mors. ſcilicet anime per culpam ⁊ corporis per penam. Et his
reſpondet duplex reſurrectio. ſ. anime per gratiam ⁊ corporis per gloriam. Et ſicut in pri
mis parentibus mors culpe intulit mortem pene. ita reſurrectio anime per gratiam cauſa
bit reſurrectionē corporis per gloriā. In reſurrectione enim concurrent quattuor cauſe.
efficiens. ſ. ipſe deus. materialis. ſ. ipſi pulueres. formalis ſcilicet cōiunctio corporis ⁊ aīe
⁊ finalis. ſcꝫ vt recipiat vnuſquiſqꝫ prout geſſit in corpore ſiue bonum ſiue malum. ſecūda
ad corinthios quinto. Iſta enim reſurrectio erit iuſta quantū ad dominū. Perfecta ꝙtuꝫ
ad reſurgentes. miraculoſa quantū ad ipſam reſurrectioneꝫ. Queritur vtrum tēpus

reſurrectionis ſit occultū. Solutio. ſm Bonauen. dicendu ʒ eſt ꝙ toti trinitati ⁊ homini chriſto ſeu homini aſſumpto tēpus reſurrectionis ⁊ hora note ſunt. oibus aūt alijs igno te. Et ſi obijciatur illud Johan. xv. oīa quecunqʒ audiui a patre meo nota feci vobis. re ſpondetur ꝙ hoc intelligitur de neceſſarijs ad ſalutē. Itē ſi obijciatur illud quid eſt quod non vident: qui videntē oīa vident. Solutio. dicendū eſt ꝙ illud intelligitur de his q̄ ſunt de ſubſtantia beatitudinis. ⁊ intelligatur ꝙ tēpus reſurrectionis eſt occultū niſi reuelatōe detegeretur. Unde beatus Tho. in xlvi. di. quarti recitans aug. etas vltima humani ge neris que incipit a dn̄i aduentu vſqʒ in finē ſeculi quibus generationibus cōputetur in certum eſt. huius ratio eſt quia determinatus numerus futuri tēporis ſciri non poteſt: ni ſi per reuelationē. tempus eni quod erit vſqʒ ad reſurrectionē numerari non poteſt natu rali ratione. quia ſimul erit reſurrectio ⁊ finis motus celi. ex motu autē accipitur numerus oīm que determinato tempore per naturalez rationē futura preuidentur. ex motu aūt celi non poteſt cognoſci finis eius: quia cū circularis ſit ex hoc ipſo habet ꝙ ſm naturā ſuaʒ poſſit imperpetuū durare. de reuelatione aūt nō eſt allegandū nimis profunde qꝛ ſalua tor noſter noluit reuelare apoſtolis iuxta illud act. i. non eſt veſtrū noſſe momenta ⁊ tēpo ra que deus poſuit in ſua poteſtate. Unde beatus Aug. xviij. de ciuitate dei dicit qd̄ eni deus apoſtolis noluit indicare nec alijs reuelabit. ideo oīm de hac materia calculantium digitos reſoluit ⁊ quieſcere iubet. Queritur vtrū media nocte ſit dn̄s venturus ad iu diciū. quia dicitur Math. xxv. media nocte factus eſt clamor. Ecce ſponſus venit ⁊c̄. So lutio. dicit mag. ſen. xliij. di. iiij. media nocte dicitur venturus nō pro hora temporis: ſʒ qꝛ tunc veniet cū non ſperatur. ⁊ ibidē Augu. idē dicit. ideo dicit apoſtolus. i. ad Theſſal. v. dies dn̄i ſicut fur in nocte ita veniet. ⁊ idē. Lu. xij. Iteʒ reſurrectio dn̄i exemplar eſt noſtre reſurrectionis. ſed reſurrectio dn̄i fuit in nocte vt dicit Gregori⁹ in omelia paſcali. ergo. Beatus Thomas ſuper hoc dicit ꝙ determinata hora tp̄is qua fiet reſurrectio pro certo ſciri non poteſt. Tamen ab aliquibus dicitur ꝙ reſurrectio erit in crepuſculo ſole exiſtente in oriente ⁊ luna in occidente. quia in tali diſpoſitione ſol ⁊ luna dicuntur creati vt ſic eoꝝ circulatio compleatur penitus per reditum ad idem punctuʒ. tamen reſurrectio proprie non erit in tempore immo erit temporis termino. quia in eodē inſtāti in quo ceſſabit mo tus celi erit mortuorum reſurrectio. Poſt reſurrectionem ſtatim veniet dominus ad iudi cium. Luce. xxi. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna ⁊ maieſtate. Queritur hic vbi erit iudicium. Solutio. locus extremi iudicij erit in valle ioſaphat. Johelis. iij. conſurgent ⁊ aſcendent gentes in vallem ioſaphat: quia ibi ſedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. Et idem recitatur per magiſtrū ſententiarū. xlviij. diſtinctione quarti. non in terra ſed in ſpacio huius aeris ſedebit contra locū montis oli ueti ex quo aſcendit in valle ioſaphat. ideſt iudicij domini. congregabuntur omnes impij iuſti autem non deſcendent in vallem iudicij. ideſt damnationis. ſed eleuabuntur in nubi bus obuiam chriſto. Qd̄ locus iudicij generalis ſit in valle ioſaphat patet triplici perſua ſione. Prima quia locus iudicij generalis debet eſſe cōmunis. modo hieruſalē ⁊ terra ad iacens videtur eſſe cōmunis cū ſit locus quaſi medius noſtre habitationis. Secūda rōe quia locus ille eſt famoſiſſimus propter opera noſtre redemptiōis que ibidē geſta ſunt. Tertia ratione. ratione negocij: quia ibi eſt tractandū de operibus miſericordie ⁊ iuſtitie Mons autem oliueti qui eſt apud vallem illam deſignat miſericordiam. Joſaphat autē qui interpretatur iudiciū deſignat iuſtitiā. Ipſuʒ eni iudiciū p̄cedet trina monitio. prima fuit per prophetas. Unde prouerbiorum primo. vocaui ⁊ renuiſtis. Secunda monitio ſeu citatio fuit per chriſtū ⁊ apoſtolos ⁊ predicatores. Luce decimoquarto. Miſit ſeruū ſuū hora cene dicere inuitatis vt venirēt. Tertia citatio erit per vltimam vocem tube. Et hec citatio erit peremptoria. prima ad Theſſal. quarto. quoniā ipſe dn̄s in iuſſu deſcendet de celo ⁊c̄. ſm enim doctores multiplex eſt iudicium. Primum eſt vniforme. hoc eſt iudiciuʒ preſentis eccleſie que non iudicat niſi de ſola qualitate retributionē in genere tm̄ tribuen do ſcilicet ꝙ bona bonis ⁊ mala malis reddantur. ſed numeꝝ retributionū neſcit nec qua



litatē in particulari. Secundū iudiciuʒ dicitur multiforme. ſ. ꝙ quilibet experitur in morte accipiēdo ſniam de oibus bonis ⁊ malis que geſſit. ſed non oia bona vel mala ſtatim re cipit: qꝛ recipit in aīa tm̄. ſed non in corpore nec recipit ea cū manifeſtatione ⁊ ſolēnitate que erunt in vltimo iudicio. Tertiū iudiciū. ſ. vltimū erit omniforme qꝛ ſm numeꝝ ⁊ qua litatē recipiet quiſqʒ bona vel mala ī corpe ⁊ aīa. Iſtud vltimū iudiciū erit ex oī parte hor ribile ſm beatū Aug. ⁊ alios doctores ſupra erit iudex ſtrenuus ſubtus infern⁹ patēs in tus conſcientia remordens extra mūdus ardens a dextris pctā accuſantia a ſiniſtris de monia terrentia. circa illos malos erunt boni angeli in infernū ꝓpellentes ibidē oēs ſan cti ſniam approbantes ⁊ oēs. ſ. boni ⁊ mali pctā dānandoꝝ cognoſcentes. ꝙ tale iudiciū ſit horribile pʒ Lu. xxi. vbi dicitur. virtutes celoꝝ mouebuntur ⁊c̄. non quidē metu dāna tionis: ſed quadā admiratione eoꝝ que videbunt. ⁊ Job. xxvi. ſcribitur. Columne celi cō tremiſcunt ⁊ pauent aduentū ei⁹. Iſtud vltimū iudiciū erit ineuitabile. vt pʒ. ij. ad coꝝ. v. oēs nos manifeſtari oportet ante tribunal chriſti. Ultimū iudiciū erit inexorabile. ꝓuer. xxi. qui obturat aurē ſuā ad clamorē pauperis clamabit ⁊ non exaudietur. tunc inuocabūt me ⁊ non exaudiā. ꝓuer. i. c. Tanta eni erit ſeueritas tunc iudicis ⁊ inflexibilitas ꝙ ſi bea ta virgo ⁊ oēs angeli ⁊ ſancti genua flecterent ⁊ cū lachrymis per caſum poſitū rogarent pro aliquo dānando ſeu q̄ i mortali deceſſit iudex eos nō exaudiret. ideo ſcribit ꝓuer. vi. zelus ⁊ furor viri non parcet in die vindicte. ſ. in die iudicij. nec acquieſcet cuiuſq̄ precib⁹ nec ſuſcipiet pro redēptione dona plurima. Un̄ ad hoc p̄s. quis nouit poteſtatē ire ſue. ⁊ Yſaie. xlvij. vltionem capiam ⁊ non reſiſtet mihi homo. ideo dicebat Job triceſimo pri mo capitulo. Quid faciam cum ſurrexerit ad iudicandum deus ⁊ cum queſierit quid re ſpondebo ei. Ultimum iudicium erit erubeſcibile primo modo in veniendo ad iudicium quia mali habebunt corpora ponderoſa. ita ꝙ ſm aliquos oportebit illos portari per an gelos ad iudicium ſicut Abacuch portatus fuit ad locū leonū in babylone. Danielis deci moquarto. Alio modo erit erubeſcibile pro dānatis in ſtando coram iudice: quia peccata eorum erunt omnibus manifeſta. Unde Naum. iij. Reuelabo pudēda tua. i. peccata tua in facie tua ⁊ oſtendam cunctis gentibus nuditatem tuam ⁊ regnis ignominiam tuam. Non ſolū ſm poteſtatē diuinā ſed etiam in forma humana iudicabit chriſtus iuriſdictōe ordinaria iudicabit vt deus cū tota trinitate. Juriſdictione delegata iudicabit vt homo. Johan. v. omne iudicium dedit filio. ⁊ Mathei vltimo. Data eſt mihi omis poteſtas in celo ⁊ in terra. Circa hoc eſt notandum ꝙ quinqʒ ſunt ſeu reperiuntur modi iudicandi. Primus erit prime auctoritatis quo iudicabit tota trinitas. Secundus erit ſubauctorita tis quo iudicabit chriſtus homo. Tertius erit aſſeſſorie ſeu acceſſorie dignitatis quo iudi cabunt apoſtoli ⁊ viri perfecti qui cū iudice eminentius reſidebunt tanq̄ melius ſcientes leges ⁊ ꝯſuetudines regni dei. qb⁹ totaliter implendis ⁊ ſciendis operā dederunt. Quar tus modus erit approbationis quo iudicabunt oēs ſancti ⁊ angeli ⁊c̄. Quintus modus erit iudicandoꝝ ſeu dānandoꝝ culpas manifeſtare. ſic etiā mali iudicabūt. qa ſe conſcios ⁊ culpabiles reddent. In primo aduentu chriſtus venit ad iudicandū paſſiue. In ſcd̄o aduentu veniet ad iudicandū actiue. hoc ſm Bonauē. ⁊ cōpen. theologie. In primo ad uentu venit in forma ſerui. In ſecundo aduentu apparebit in glorioſa forma ſaltim ſctis Juſti eni videbūt xp̄m in natura deitatis ⁊ in natura humanitatis. a malis aūt nullomō forma diuina videri poterit. Et hoc duplici ratione. Prima propter defectum diſpoſitio nis in ipſo vidente. quia natura ſine gratia non ſufficit ad dei viſionem. Secunda ratiōe propter meritū delectationis que eſt in viſione diuinitatis. quia videre deum ſm beatum Johannē in ſuis can. eſt vita eterna que non poteſt cōmunicari reprobis. Uidebūt mali humanitatē chriſti vt timeant ⁊ non diuinitatem ne gaudeant ſm magi. ſen. xlviij. di. iiij. boni aūt vtrāqʒ chriſti naturaʒ videbunt. Quia dictum extitit Paulo ante ꝙ in ſecundo aduentu apparebit in forma glorioſa ſaltem iuſtis. Querit̄ vtrū in iudicio illa forma hūana apparebit glorioſa ſicut nunc eſt. an apparebit infirma ſicut in paſſione extitit. So lutio. mag. ſenten. xlviij. diſtinct. quarti dicit ꝙ quidam putauerunt ⁊ adhuc putant a ma

lis talē videri qualē crucifixerunt.ſ.infirmā.vt videant in quē pupugerunt. Augu. aūt di
cit ꝙ apparebit in forma ſerui glorificata ⁊ bonis ⁊ malis. Et ad illud Yſa. xxvi tollatur
impius ne videat gloriā dei. Reſpondetur gloriā dei.i.claritatē que deus eſt quā ſoli mū
di corde videbunt. Math.v. Et ſicut dicitur ꝙ chriſtus in forma humana iudicabit:ita in
illa forma dicitur ſuſcitaturus mortuos ꝙuis cū virtute diuinitatis ſit ſuſcitaturus. Et ra
tio quare in forma humana:quia in humanitate ſuſcepit quod eſt cauſa noſtre reſurrectio
nis.ſ.paſſionē reſurrectionē ⁊c̄ huic ſnīe concordat b.aug. Chriſtus enī apparebit blan
dus iuſtis ſicut dicit Greg.⁊ terribilis iniuſtis. Vn̄ malachie.iij.quis poterit cogitare diē
aduentus eius aut quis ſtabit ad videndū eū. Iſtud figuratū eſt in columna nubis in die
⁊ ignis in nocte. Chriſtus enī ſtigmata monſtrabit in iudicio ⁊ inſignia paſſionis.ſ.crucē
clauos lanceā coronā ſpineā. Vn̄ Criſoſto. Angeli deferent ante eū ſignū crucis. Unde
Mathei.xxiiij tunc apparebit ſignū filij hominis in celo. Sedebit chriſtus ſupra in loco
eminentiori cū ſanctis. Yſa.iij.dn̄s ad iudiciū veniet cū ſenatorib⁹ populi ſui. Et in libro
ſapientie nobilis in portis vir eius qn̄ ſederit cū ſenatoribus terre. Hoc etiā tenet magi.
ſen.xlviij.di.iiij. Mali vero erunt ſubt⁹ in terra quā dilexerunt.vt ſuperius expoſui. Chri
ſtus enī noſcit oīa merita ⁊ demerita. In ipſo enī ſunt oēs theſauri ſapientie ⁊ ſciētie dei
qꝛ ipſe eſt deus. Itē ipſe chriſtus nō eſt reus de aliquo eoꝝ ſuper quibus iudicabit. Nō
enī fecit peccatū nec eſt inuentus dolus in ore eius ⁊ hec precipue decēt iudicē g°. In iſto
iudicio erunt quattuor ordines.quidā enī iudicabuntur ⁊ dānabunt:vt illi quoꝝ merita
dānabilia permixta ſunt aliquibus bonis.ſicut ſunt illi qui habuerunt fidē ſine operib⁹.
quidā iudicabuntur ⁊ ſaluabuntur:vt quoꝝ merita bona permixta ſunt aliquib⁹ malis ve
nialibus.quidā non iudicabuntur ⁊ dānabuntur:vt quoꝝ mala merita omnino impermi
xta ſunt bonis.vt ſunt illi qui caruerunt fundamento fidei.quidā non iudicabuntur ſ; iu
dicabunt ⁊ ſaluabuntur:vt quorū merita bona impermixta ſunt malis ſicut perfectoꝝ pau
perū chriſti de quibus Math.xix.vos qui ſecuti eſtis me in regeneratiōe cū ſederit filius
hominis in ſede maieſtatis ſue ſedebitis ⁊ vos iudicantes duodecim tribus iſrael. Circa
premiſſa notandū eſt ꝙ oēs homines iudicabuntur iudicio retributionis ſed non iudicio
diſceptationis. Infideles enī quia non fuerunt ciues ciuitatis dei tanꝙ hoſtes ſine vlla
meritoꝝ diſcuſſione aut audientia punientur. Fideles vero mali tanꝙ ciues cū meritorū
diſcuſſione ⁊ audientia punientur. Iuſti aūt non iudicabuntur ideo vt merita eoꝝ de no
uo diſcutiantur an bona vel mala ſint.ſ.vt eoꝝ bonorū preeminentia omnibus manifeſte
tur ⁊ vt circa malos appareat iuſta ſententia dānatis.ſ.ipſis malis dānatis. In hoc eniꝫ
iudicio due ferentur ſententie.vna erit pro bonis alia erit contra malos. Sententia ꝓ bo
nis continet ſeptē clauſulas. In prima clauſula tangitur amabilis vocatio.cū dr̄ venite.
In ſecunda benigna nominatio:cū dicitur benedicti. In tertia tangitur paterna dilectio
cū dr̄ patris mei. In quarta tangitur remunerationis retributio:cū dicitur percipite. In
quita loci ꝓcioſi aſſignatio:cū dicitur regnū. In ſexta glorie ꝑparatio:cū dicitur quod vo
bis paratuꝫ eſt. In ſeptima tangitur eterna predeſtinatio:cum dicitur ab origine mundi.
Queritur vtrū ſenſus in patria habebunt ſuos actus. Solutio. ſm Bonauen.viſus
⁊ tactus habebunt ſuos actus:quia eoꝝ obiecta erunt in patria. Corpus enim glorioſuꝫ
reſurget cū luminoſitate ⁊ cū leuitate.ita vt vnuꝫ corpus poſſit aliud videre ⁊ amplexari.
guſtus ⁊ odoratus nō erunt in patria;qꝛ obiecta ipſoꝝ nō ſunt proprietatis corporis ab
ſolute ſed emanationis.ſ.odor ⁊ ſapor. De auditu vero relinquitur in dubio ſicut de lau
de vocali in patria. Queritur vtrū corpus glorificatū ſit palpabile. Solutio. ſm Bo
nauen:cū corpus glorificatū ſit verū corpus non fantaſticū poteſt tangi:quia poteſt im
pellenti reſiſtere. Et hoc eſt per virtutē nature. Itē latere poteſt ⁊ hoc per virtutē ſpiritua
lis potentie. Unde Grego.de corpore chriſti in omelia palpabile fuit per veritateꝫ natu
re ⁊ ſubtile per effectū ſpiritualis potentie. Sententia contra malos continet ſex clauſu
las. In prima tangitur ſeparationis iuſſio:cū dicitur ite. In ſecunda tangit terribilis no
minatio:cuꝫ dicitur maledicti. In tertia tangitur incarcerationis incluſio,cum dicitur in,



In quarta tangitur pene actiue acerbitas cum dicitur ignem. In quinta tangitur libera
tionis deſperatio cum dicitur eternum. In ſexta tangitur demonum aſſociatio cum dicit
qui paratus eſt dyabolo ⁊ angelis eius ⁊c̄. Terminato iudicio tota caliditas illius
ignis de quo ſupra exequetur ſentētiā iudicis inuoluet peccatores damnatos miſerabi
les ⁊ trahet in infernum. Et ita apparet ꝙ ignis de quo ſupra aduentum iudicis ꝓcedet
cōcomitabitur ⁊ ſequetur. Poſt predicta fiet mundi innouatio que non cōplebitur
ꝙdiu peccator erit in mundo niſi quouſq; detrudantur in infernū ⁊c̄. Sicut enī ille ignis
maximus elementa purgabit cum habeat virtuteꝫ expulſiuam forme extrinſece.ſic mūdū
innouabit cū habeat virtutē ſubtiliatiuā. Tamen inter purgationem ⁊ mundi innouatio
nem multiplex eſt differētia:vna quia purgatio erit penalium qualitatū detractio. Inno
uatio autem erit pulchrioris forme induitio. Alia differentia erit qꝛ purgatio erit elemen
torum ab impuritate quam habent ex commixtione ad puritatem mutatio. Innouatio
vero erit celorum a ſtatu veteri in ſtatum nouum cōmutatio.⁊ hoc per ceſſationē a motu.
In celis enim ꝓpter impermixtionem nulla impuritas eſt.ſed tantum imperfectio mo
tus.vnde non erit in eis purgatio per ignem ſed ceſſatio a motu. Innouatio enim in il
lis duo requirit.ſcilicet motus ceſſationem.⁊ ſplendoris claritatem ampliorem qn̄ ſtabit
ſol in oriente ⁊ luna in occidente vt creati ſunt.vnde Yſa.xxx.erit lux lune ſicut lux ſolis.⁊
lux ſolis ſeptempliciter ſicut lux ſeptē dierū.nec tendent ad occaſum.ſed ſtabunt ordine
quo creati fuerunt ſm Yſi.⁊ ſm mag.ſen.xlviij.di.iiij. Huius ratio poteſt eſſe.quia corpo
ra ſuperiora ſunt ad vſum hominis dupliciter. Uno modo propter neceſſitatem corporis
ſcilicet ad ſtatum generationis ⁊ corruptionis.⁊ ideo ceſſante illo ceſſabit motus. Alio
modo propter delectationem in pulchritudine creaturarum ⁊ propter cognitionem dei ī
illis.ideo lux eorum non ceſſabit ſed augebitur. Sic igitur purgabuntur elementa ꝙ pre
ſcindetur ab igne eius combuſtibilitas.ab aere obſcuritas.ab aqua glatialis frigiditas.
a terra grauitas ⁊ opacitas. Mundum enim innouari ſeu pulchriorem formam induere
debere oſtendit multiplicatione. Primo quia ſicut dignum fuit ꝙ elementa purgarentur
eo ꝙ infecta fuerant propter peccatum hominis.ita dignum erit vt mundus innouetur
propter glorificationem hominis. Secunda ratione vt creature remunerent pro labore
quo homini ſeruierunt. Tertia ratione vt totus mundus prout poſſibile eſt conformetur
homini glorificato. Quarta ratione quia mundus factus eſt vt homo nūc per ſpeculum
creature deum cognoſcat quem in ſua natura videre non poteſt. Unde in futuro oportet
ſpeculum purgari in pulchritudine creaturarum vt amplius reluceat ſpecies creatoris.
Hoc autem non erit ad neceſſitatem quaſi deus aliter videri non poſſit ſicut mō ſed hoc
erit ad iocunditatem vt delectationi viſionis intellectualis addatur delectatio viſionis
ſenſualis. Circa elemēta notanduꝫ eſt ꝙ terra erit ſicut criſtallus ⁊ planabit. Aer erit
clarior.nec habebit impreſſiones quas habet modo.qꝛ nec erūt nubes.nec venti.nec plu
uie.nec ros.nec grādo.nec nix nec tonitrua nec fulgura ⁊c̄. Ignis ⁊ aqua fient puriores
⁊ manebunt non ſolū ſm ſubſtātiam ſed etiā ſm ſuas qualitates quas habebant ꝙtum
ad habitū ſed non ꝙtum ad vſum.qꝛ cū in hijs elemētis magis vigeant ꝗlitates actiue.ſ.
frigiditas in aqua ⁊ caliditas in igne magis ſunt generationis ⁊ corruptiōis principium
Et talis effectus ipſoꝝ non erit amplius ⁊ propter hoc dicunt interire.vel dicunt ideo in
terire hec duo elemēta.qꝛ dn̄s tunc intercidet in illis teſte Baſilio. Uox domini interci
dentis ita ꝙ calidum vſtiuum ⁊ frigidum glatiale tendent inferius. Perſpicuum autem
in aqua ⁊ lux in igne manebunt.quia de omnibus elementis ignobile tendet deorſuꝫ:ſic
groſſum terreſtre opacum tenebroſum ⁊ hmōi. Ex premiſſis patet elementoꝝ trāſmu
tationes terminari.ſ.generationem aīalium plantarum ⁊ ſimilium.qꝛ cauſe iſtorum ceſſa
